BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
M 8
23 — B
47

M.

# CONCIONES IN SACRVM QVADRAGESIMAE TEMPVS ET IN DIES DICATOS

Sanctis illo tempore occurrentes.

*Admodum iocundæ, ac perutiles.*

FRANCISCO DE AVILA, DOCT. Theologo, & Belmontano Canonico Auctore.

*Cum Indice rerum memorabilium.*

CVM PRIVILEGIO.




BIBL. SS. IO. & PA. DE URB.

Ex libris Recessus D. Joj, et Pauli

VENETIIS, MDXC.

Apud Io. Antonium Bertanum.

# CAROLO COMITI;
## ANCONAE PRAESVLI,

*Mæcenati ſingulariſſimo, & Heroi Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo.*

VIRTVTEM cunctis rebus præcellere, nulli dubium eſſe creditur; quod ſi nondũ aliunde appareret, in te vno, Vir ampliſſime luce ipſa clarius habetur. Mirabilis eſt nempè, Maiorum tuorum nobilitas, magnus eſt ſummm. Pontiff., & DD. Cardinalium, ac Principum numerus, qui ex antiquiſſima Comitum progenie, Vr-

bem, & Orbem, vitæ ſanctimonia, in rebus gerendis prudentia, in armis tractandis peritia, & doctrinarum cognitione, ac tutela, decorarunt, illuſtrarunt. Sed maiorem, mirabilioremve fore, non ambigimus, omnium virtutum cumulum, quo te vndique Illuſtriſſimum videmus, & ſumma reuerentia dignum; dum citra puluerem ad glorię terminum aſcendis, & a uita ſtemmata augere contendis. Vnde, naturæ muneribus prædiuitem, in ijſdem rebus habilem, & ornatum, excellere omnes te prædicant; vt non natum, ſed à ſupremo cœli Parente ab alto demiſſum, proque archetypo datum aſſerere non dubitant; vt pietatem erga gregem Anconitanum, in exteros humanitatem, in omnes propenſam vo

lun-

luntatem geras, & vitæ inſtituto, præclariſſimi Præſulis vices, ac nobiliſſimi Reguli exemplum (vt facis) te præbeas. His ego ductus, ſub tuis auſpitijs in lucem prodire volui Franciſcum Auilam, virum de veritate Euangelica diſſerentē acri iuditio; vt dum à viris doctis habebitur, Mœcenatem habeat & ipſe, habeat & clypeum, ac protectorem CAROLVM COMITEM, ab omnibus laudatum, & admiratum. Viguit Auila optima dicendi arte, & ſubtiliſſimè de rebus noſtræ fidei ſcripſit contraquè vitia obiurgauit; iccirco à viris emunctoris naſus, ſcio eum non contemptum iri. Quicquid igitur eſt, boni conſulito, & ea qua ſoles humanitate hillari fronte illum excipere, non dedignieris præcor; quo neque iocundius,

 neque

neque carius mihi, nil omnino accidere poteſt. Dabo inſuper operam, vt eius te nunquam pœniteat; & hæc ſi aliqua ex parte ad palatum tuum ſe cerint, multum lucri me habuiſſe lætabor. Dignare igitur, ſeruitutis meę in te pignus haud ſpernere, quod vt facias humilimè, etiam atque etiam rogo.

Venetijs, vltima Septembris, 1590.

Amplitud. T. Illuſtriſſ. & Reuer.

*H*umilimus cliens

Barezzus Barezzius.

# INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC VOLVMINE continentur.


A

Admirationis ratio, elucet in omnib. à Deo factis. fol. 58
Adulationis pernicies 21
Adulationis vitiũ fugiant cõcionatores 20
Adulterium, de illo multa 95
Amicitię, diuinę præſtantia, de illa multa 105
Amicitia diuina, ad illam omnes poſſunt aſpirare ibid.
Amicitia diuina in aduerſis potiſſimum agnoſcit. 106
Amicitia q̃ ſimilis diuinę. 14
Amicitiæ laudes, & cõmoda ex ſacris & prophanis. 106
Amicitiæ, hodiernæ, in multis quales. ibid.
Amici ſubuentio, non differenda. 108
Amor maternus omnem amicitiam ſuperans. 31
Angelus cur ad virginem miſſus. 151
Angeli nomen cur in annunciatione expreſſum. ibid.
Animæ à dæmone vexatæ mœror fuſe 56
Animæ à dæmonæ liberatæ iubilum, fuſe. ibid.
Apoſtoli quomodo ſal terræ, fuſe. 169
Apoſtoli cur electi illiterati & humiles. ibid.
Apoſtoli cur lux & ſal dicta, fuſe, 155
Apoſtoli cur luci & ſali rebus cõmunibus comparati. ibi.
Apoſtoli quomodo cõdierint, & illuſtrauerint mundũ. 169
Apoſtolorũ, ſapiẽt sũtes facti diſcipuli, potẽtes, ſerui. ibi.
Apoſtolorum munus uexatos à dęmone adducere ad Chriſtum. 55
Apoſtoli magni diuinę doctrinæ annunciatores. 45
Arma quę ſint Chriſtiani, & quam inuiolabilia. 9
Armis Chriſtianis qui & pro quibus vſuri. 11
Auaritia ex profanis. 49. 50
Auaritiæ deteſtatio. ibid.
Auaritiæ cauſa, quam multa mala patrata. ibid.


a 4 Aures

Aures detractionis audiẽtes quomodo detractionis ſint cauſa. 55
Aures detractionis audiẽtes, quibus ſint ſimiles fuſe. ibi.

B

Baptiſmi beneficium maximum. 26
Beneficio antiquo collata populo, noſtris minora. 143
Beneficia antiquo collata populo, noſtris cõparata. 140
Bonum eſſe cum malis, egregium, fuſe. 29

C

Cananeæ encomium. 29
Calicis diuini præſtantiã, quã multi nouerint. 46
Calicis diuini cõmunicatio, ingens beneficium. 47
Cinis quam multa faciat cognoſcere. 2. & 3.
Cineris impoſitio, & cur idẽ, & eiſdem uerbis, fuſe. 1
Cinere cur inſignitur homo in fronte & cur primo die Quadrageſimæ. 2
Cæſares Chriſtiani bonorum fautores fuſe. 110
Cordis boni & mali ſimilia. 62
Confeſſorum & concionatorum munus. 54
Concionatores non deſiſtant, ẽt populo nõ proficiẽte. 29
Concionandi & docendi dignitas fuſe. 54
Concionandi, & inſtruẽdi hominis munus digniſſimum 55
Concionatori animus in dicẽdo commendatur fuſe. 93
Concionatores obſcuritatem affectantes, fuſe. 109
Concionatori quæ ſint neceſſaria fuſe. ibid.
Concionatoris dignitas, fuſe. 61
In concionatores ignauos. 44
Correpti ſapientes emendantur. 85
Correpti ſtulti ægre ferũt. 86
Chriſti amor in Iſraelitas. 35
Chriſti certamen cum ſathana quid habeat admirationis. 9
Chriſtus cur certat cum ſathana. 9. & 10
Chriſtus in docendo, & concionãdo frequẽtiſſimus. 92
Chriſtus cur uſus ſimilibus in docendo. 13
Chriſtus honoris Dñs. 129
Chriſtus honorem mutabili ſuæ naturæ reliquit. 130
Chriſtus cur ĩſedit aſinæ. 131
Chriſtus rerum & locorũ opportunitate gaudet. ibid.
Chriſti ad paſtores & prælatos exemplum. 144
Chriſtus diligẽs, quid pro ſua dilectione expoſcat. 143
Chriſtus ſuos cõſolatione egẽ-

tes

tes ſolatur. ibid.
Chriſti in ſuos amor in electione Petri. 71
Chriſti liberalitas immēſa. 84
Chriſtus quam abunde ſuorũ neceſſitatibus conſulat. 58.
Chriſtus in externa corporis compoſitione humini magiſter. 84
Chriſtum quam ſint innumera q̃ Deum eſſe probent. 71
Chriſtus quibus nominibus promiſſus. 113
Chriſtus magiſtri nomine ꝓmiſſus. 114
Chriſtus quibus laudibus gaudet. 82
A Chriſto nihil dicitur aut fit ſine myſterio, fuſe. 117
Chriſti opera quam ſint diuerſa, à ſathanæ operibus fuſe. 116
Chriſtiani populi felicitas. 123
Boni Chriſtiani, bonum teſtimoniũ reddunt opera. ibi.
Chriſtianus multis modis arbori comparatur, fuſe. ibi.
Chriſtiani populi decus ĩ multis deformatum. ibid.
Chriſtiani uita, peregrinatio fuſe. 124
Chriſtianus cur oui comparatur fuſe. ibid.
Chriſtiani vita, quomodo trāſitus ad æternum patrē. 125
Crucis ſermones cur non intellexere diſcipuli, fuſe. 43
Crucis myſteria, quibus communicanda. ibid.
Crucis colloquia vtiliſſima & gratiſſima Deo. 44
Conſiliarij & iudices in republica, de illorum munere fuſe. 126
Cõſiliarij aut iudices cur plures in republica ſuſe. 127
Conſilij optimi præſtãtia, ibi.
Coniugij optimi laudes. 156

D

Deus ſuorum defenſor & uindex, fuſe. 116
Deſertum cur petiuit Chriſtus. 17
Dies feſtiui quomodo ſanctificandi. 23
Dilectio Chriſti noſtræ dilectionis regula. 89
Dilectio & charitas mire cõmendatur. 5. & 6
Dilectionis Chriſtianæ præſtantia. 5
Diligẽdi inimicos rationes. 6
Ad dilectionem inimicorum quã multa obligent fuſe. 8
Diligẽtum inimicos gloria. 6
Dilexere inimicos etiã æthnici. 8
Diſcipulorum Chriſti perfectio, & imperfectio multorum qui nunc ſunt. 95
Diabolus homini nocere mille modis curat, fuſe. 116

Diabolum

Diabolum quæ impulerint, ut tentaret Dominum. 9
Diaboli ſtudium & calliditas in tentando. 11
Diabolus cur pios proſequitur & tentat. 9
Diabolus quo ſuperandus. 11
Diabolus magnorum malorũ autor & inſtigator. 50
Detrahunt qui maioribus ſcatent uitiis. 59
Nulli detrahunt, inculpate uiuentes. ibi.
Indetrahẽtes, multa ex ſacris & prophanis. 56
Deambulatio Chriſti in atrio Templi illo fuit digna. 117
Deambulationes in Templo irreuerentes. 118
Dominus cur ſerui munera, in ſeruos exercuerit. 103
Doctrina, vita, miracula Chriſtum Deum teſtantur. 35
Doctrinæ diuinæ commendatio. ibid.
Doctrinæ diuinæ cõmoda. 93
Doctorum ſacrorum munera, fuſe. 137

E

Eccleſię fundatio & perpetuitas 74
Electio Petri glorioſa illi, & Eccleſię. 71. & 72
Electio perſonarum, ad ſacra munera nimis commendatur. 52
Eligendi, & pręſentãdi à principibus quales fuſe. 37
Electionem ad ſacra munera præcedat oratio. 52
Eleemoſynę conferendę ordo commendatur fuſe. 26
Eleemoſynę modus qui gratior Deo. 26. & 27

F

Fatigatus quomodo refrigeret Chriſtus. 75
Fatigatio Chriſti quies noſtra. 76
Fatigatio vnde euenit Chriſto. ibid.
Fatigatur Chriſtus in noſtrũ exemplum. 77
Fatigationes & labores pręlatorum, quales. ibi.
Fatigatio Pauli pro animarũ ſalute. ibid.
Familiæ felicitas, quę vera. 64
Filij quomodo puniuntur propter delicta parentum. 88
Filij bonorum & malorum parentum quomodo ſe habeant. 92
Filiorum parentes non colentium punitio. 62
Fidei neceſſitas. ibid.
Fœminæ honeſtæ laudes, fuſe. 159
Fœminę inhoneſtę uituperium. 160
Fontes miſerię, vt fontes miſeriarum inuenti. 82

Fla-

Flagellantur pij à Deo qua ratione. 159
Flagellantur à Deo impij. ibi.
Flagella piorum, flagella Filiorum. 104
Flagella piorum breuia, merces æterna. ibid.
Flagellorum commoda mirabilia. ibid.
Flagellantur multi, ut in ſe redeant. 105
Flagellantur multi, ut mancipia. ibid.
G
Glorificetur, quomodo Deus in nobis. 90
Gregorij encomium benemeritum. 137
Gregorij nobilitas, virtute decorata. ibid.
Gregorij ſtudium diuinũ. 138
Gregorius creat ſummus Pőtifex. 83
Gregorius ſummus honores fugiens. ibid.
Gregorius coactus ſummum Pontificatum accepit. 84
Gulæ vitium & in illud multa. 78
H
Hæreticorum bene meritę penæ. 89
Homo, ſymbolum. 63
Hominis natura miſera fuſe. 47
Honoris ambitio quid faciat. ibid.
Honores non debent mutare mores, fuſe. 131
Honores mores, quomodo mutent. ibid.
Honoris inconſtantia. 130
Honoretur vt virtus nulla reget. 134
Honoris qui ſint auidiſſimi. 131
Honor hominis ſummus. 157
Humiliũ orationes exaudiuntur à Deo. 30
Humilitatis magiſter cur Chriſtus. 147
Humilitas maxime commendatur. ibid.
Humilitatem cur commẽdat Chriſtus tãtopere ſuis. ibi.
Humilitate innitantur opera noſtra. ibi.
Hora Chriſti, cur dicta, fuſe. 141
Hoſpitalitas gratiſſima Deo. 23
Hoſpitalium erectio grata Deo. 24
I
Ieiunium & oratio, res Deo gratiſſimæ. 3. & 17
Ieiunij neceſſitas, quibus maxime. 18
Ieiunium commendatur ſanctorum doctorum ſententijs. ibid.
Incarnationis myſterium celſiſſi-

ſiſſimum. 148
Incarnatio Chriſti cur dicta. 150
Incarnationis Chriſti immenſitas. 149
Incarnatio innumerabilium reparatrix damnatorũ. 150
Ex incarnatione cõmoda honorificẽtiſſima deriuata homini. 151
Inuidiæ peruerſitas. 120
Inuidia Phariſæorũ in Chriſtum. 116
Inuidia in propria mala ceu in aliena oculata. ibid.
Ingenium muliebre quando laudabile. 29
Ira & illius impietas ex ethnicis. 6
Iudiciorum diuinorũ profunditas, ex d. Gregorio 49
Iudicum æquitas, & iniquitas. 126
Iudices ęqui quam ſint vtiles, iniqui quam pernicioſi. ibi.
Iudices, aut auditores quo cõſilio multi. ibid.
Iudicium iniquorum pernicies. 128
Iudices & magiſtratus antiqui. 127
Ioſeph virginis ſponſi benemeritæ laudes. 153. & 154
Inconſtantia rerum humanarum. 158

L

Lachrymarum virtus & laudes, fuſe. 100
Legis diuinæ encomium. 35
Legis diuinę cõmẽdatio. ibid.
Legis diuinæ meditatio, quibus animis digna. 158
Literæ diuinæ, quo animo legendæ, fuſe. 67
Literarũ diuinarũ laudes. 68
Literarum diuinarũ teſtimonia ſuo ſenſu citanda. ibid.
Lætitia reſurrectionis qualis. 100
Lætitia reſurrectionis omnẽ lætitiæ occaſionem ſuperat. 171
Lætitia reſurrectionis fugat peccata. ibi.
Lætari in die reſurrectionis omnes debent. 172
Lux dicti Apoſtoli. 136
Lucis effectus mirabiles. 137

M

Mariæ nomen laudabiliſſimum. 54. & 55
Mariæ fauores diuini innumeri. 60
Mariæ pręſtãtia & gloria. 97
Maria bonarum & omnium fœminarum magiſtra. 159
Matrum in filios amor ardentiſſimus, fuſe. 29
Matrum multarum amor in filios inuerſus. 30
Magiſtratus antiq, quales. 77

Mi-

Miſeria, miſericordia eget. 31
Miſericordiæ diuinæ noſtræ innitantur preces, fuſe. ibi.
Moſis & hodie cum Chriſto colloquium quale fuſe. 40
Moſis & Heliæ laudes. 41
Moſes & Helias de ſupremo agunt cum Chriſto negotio. ibid.
Morbi cur ſepæ immittantur à Deo, aut permittantur. 25
Morbi animi & illorũ ex ſcriptura deſcriptio. ibid.
Magdalenæ conuerſæ lætitia. 101
Magdalenæ ingenium in conuerſione. ibid.
Magdalena ſe ſuaque omnia dicat Deo. ibid.
Magdalenę obſequia abunde compenſata. 102
Magdalena, non ſolum peccatorum, ſed iuſtorum magiſtra. ibid.
Magdalenæ corpus ante conuerſionem, idolum. ibid.
Magdalenæ pulchritudo ante conuerſionem, fuſe. 99
Magdalenæ cõuerſæ, integra pulchritudo. ibid.
Magdalena magis ad ſe allicit conuerſa, quã antea 102
Magdalena multi peccãtem, rari ſequuntur pœnitentem. 100
Magiſter verus Chriſtus. 22
Magiſter qui perfectus fuſe. 150
Magiſtrorum nomine qui indigni. 11
Magiſtri perfectio in quibus conſiſtat. 148. & 149
Magiſtri optimi quæ ſit potentia. 175
Magiſtrorum & diſcipulorũ munera. 88
Mariæ encomium. 52
Miſericordia in proximos ex ſacris. 59
Miſericordia quæ gratior Deo. 60
Miniſteriũ quid, & miniſtri. 52
Multitudo cur ſequebatͬ Chriſtum. 83
Mulier mala, de illa fuſe. 103
Mulieris bonæ encomium. 99
Mulier honeſta de illa multa. ibid.
Modus in omnibus rebus & in docendo ſeruandus, fuſe. 80
Medium cur elegit Chriſtus diſcipulis apparens. 177
Mendacij ignominia. 78
Mundare quam ſit proprium Chriſto. 140

N

Nazareth laudes. 152

O

Odij deteſtatio. 6
Odij damna. 5

Odij pernicies. ibid.
Odij execratio. 7
Odio habētium inimicos miſeria. 6
Odij ſeminatores deteſtati. ibid.
Obedientia cōmendatur. 141
Obediētia, & de illa multa. 91
Oculorū habēda cura, fuſe. 83
Oculi, multorum cauſa malorum. ibi.
Oculi, quomodo, & ad quid potentiſſimū attollendi. 84
Oculorum acie priuati, cum ſolamine laboris. 90
Ocij damna, fuſe. 155. & 156
Orationes quæ pennatæ. 104
Oratio præcedat omnem electionem. 38
Orationi iuuat deſertus locus. ibid.
Oraturus, quid debeat expendere. ibid.
Orōnis, laudes & cōmoda. 39
Orantium debite, candor & ſplendor. ibid.
Orationis cōmoda, ex ſacris doctoribusq́. ibid.
Orantes debite transfigurantur. ibid.
Orans, ne deſiſtat non exauditus. 34
Orans luctari vr̄ cū Deo. 35
Ordo, in omnibus rebus ſeruandus. 86
Ordo, omni operi faciendo quam ſit vtilis. 87
Ouis ingenium & commoda, fuſe. 124
Ouis dotes ſacris in literis cōmendatæ. 76

P

Pauperes Chriſto chari. 36
Pauperibus ſubueniendum & potiſſimum infirmis. 23. 24
Patres familiæ ignaui multi, fuſe. 64
Parentum exemplum liberis neceſſarium. 83
PaſſionisChr̄i acerbitas. 165
Paſsio Chriſti, & in illa quæ ſint conſideranda. 168
Paſſionis Chriſti fructus. 170
Paſſionis Chriſti memoria ad magna excitat, fuſe. 44
Patientes pp innocentiā, quomodo defendit Deus. 170
Panes & piſces cur multiplicauit Chriſtus. 86
Pax & pacis ſalutatio commēdatur fuſe. 177
Parabolarum fructus & commoda fuſe. 116
Parētū debita antiqſſima. 108
Parentum cultus & ueneratio commendatur, fuſe. ibid.
Paterni nominis ſuauitas. 110
Patria & natio multū ad virtutem iuuant, fuſe. 28
Phariſęi conuiuiū cur admiſſit Chriſtus. 96
Petri encomium. 72

Petri electio Deo digniſſima fuſe. 71
Petri electio, ex ſacris doctoribus. 72
Petrus Eccleſiæ fundamentum. 74
Prælati in alienos humeros onera reijcientes. 145
Prælati quibus cum onere partituri. 144
Petitiones indignæ omni homini negandæ. 44
Petentibus digna Deo conceduntur. 45
Petētibus, cum negat magna concedit Deus. ibi.
Petētibus ſuis uiribus maiora cōmodiſſime negantur. 47
Petentes munera quibus ſunt in idonei neganda. ibid.
Petendi modus mirabilis, in Chriſto. 80
Petit Chriſtus, ut maiora donet. 78
Petit Chriſtus vt inuitet ad petendum ab illo. 79
Pigritia & pigri vituperātur, fuſe. 113
Pij laborib. cur exerceanť. 88
Proximorum malis tangi docet Chriſtianum. 132. 133
Puerorum cantus quales, & quales hodie fuſe. 9
Potentiæ diuinæ cognitio. 52

R

Regnorū & rerum omnium humanarū inconſtātia. 162
Reſurrectio Chrī noſtræ reſurrectionis aſſertio. 173
Reſurrectio aſſeritur à Chriſto multis modis. 180
Reſurrec. nrã ꝓbať, fuſe. 173

S

Sacerdos creandus, quid debeat expendere. 82
Sacerdotum admiranda poteſtas. 75
Sal dicti Apoſtoli. 85
Sal, de illius natura, fuſe, ibidem. 136
Sapiētia diuina, quā diſtet ab humana fuſe. 133
Sanctorum interceſſio, de illa fuſe. 73
Sanitas quam fuerit ſemper magni habita. 25
Salus & ſanitas quo animo appetenda. ibid.
Status quo perfectior hoc caſus grauior timendus. 27
Sathani quæ impulerint ad tētandum Chriſtum. 9
Salutationes vanæ reprehenduntur. 177
Samaritanæ humanæ ſapientiæ ſymbolum. 80
Scriptura Sacra non utatur illiteratum vulgus. 11
Script. abutuntur hæretici. 15
Scripturæ Sacræ encomium ex d. Auguſtino. ibid.
Secretum quibus committendum

dum. 43
Seruitus peccati miſeria. 23
Sitis rerũ humanarũ, fuſe. 87
Sitis rerum diuinarum ſedat humanarum ſitim. ibid.
Societas mala vitãda fuſe. 17
Solis pſtantia, & commoda. 8
Somnus mors, & mortis imago cur dicatur. 106
Somnus peccatum. 107
Splendor Moſis & Heliæ, q̃d ſignificant. 40

T

Trãsfigurationis myſteriũ. 35
Transfiguratio, cur de illa tẽpore Quadrageſimæ. ibid.
Trãsfigurationis maieſtas. 36
Tẽtatio exploratoris lapis. 84
Tẽtatione q̃ta manifeſtẽt. 85
Ex tentato Philippo commoda deriuata. ibid.
Tentat cur diabolus Chriſtũ, & illo modo, 11
Tẽtatoris diaboli calliditas. 11
Tentans diabolus cur leoni comparatus. 14
Templa debita reuerẽtia defraudantes fuſe. 118
Templis quanta reuerẽtia debeatur fuſe. ibid.
Triumphus Euangelij. 134
Teſtimonia mortis & reſurrectionis Chriſti. 117
Thomas, quomodo ſal terræ & lux mundi. 165
Thomæ cum ſanctis comparatio. 166
Thomas attendit ſibi & doctrinæ. ibid.
Thomam digniſſimè totus ſonat orbis. 167
Thomas vtiliſſimus mũdo. ib.
Thomæ encomium benemeritum, 163. & 165

V

Vita lenta mors. 141
Vites quales à Deo plãtatę. 65
Vita, militia, & hoſtes, quales. 10
Viri ad magna eligendi, quales. 36. & ſeq.
Viri & uxoris aĩus unus. 85
Vocum Ionæ & Chriſti comparatio. 21
Vulnerum cicatrices Chriſtus cur ſeruauit, fuſe. 179
Verbi diuini ignes. 176
Verbum diuinum pie audientem incendit. ibid.
Virginitatis laus. 152
Virginitas multis modis commendatur. 153
Virginis Marię benemeritę laudes, fuſe ibid.
Virgo cur electa Maria. ibid.
Virgo cur deſponſata. 154
Vrbes quę Deo gratiores. 152
Vrbes q̃ maxime nobilitẽt. ib.
Vrbium gloria, quæ ſanctos gennerunt. ibid.

FINIS.

# CONCIONES, IN SACRVM QVADRAGESIMAE TEMPVS,

FRANCISCO DE AVILA,
Doctore Theologo, & Belmontano Canonico, Auctore.

## SALVTATIO.

*Vnaex potiſſimis diſpoſitionibus, non tantum ad diuinam ſuſcipiendã doctrinam, ſed ad enunciandam illam, eſt propriæ cognitio fragilitatis: reddit enim illa, & humiles, & paruulos. Paruulis autem reuellat Deus my- ſteria ſua, quæ a tumidis abſcondit ſapientibus. Precemur vt & nos paruulos reddat; & vt reuellet illa. Et vt exaudiamur, oremus intercedat Virgo Deo gratiſſima Maria.* *Mat.10*

## THEMA.

Memento Homo.

QVANTI ſint verba iſta momenti, & quantæ hominibus deriuentur ex illorũ memoria vtilitates, quanta, & quàm magna ex illorum obliuione damna, ſufficientiſſimum eſt argumentum quòd hodie ab Eccleſia huiuſmodi verba profe-

runtur. Quæ omnia, qui aut dicit, aut facit, ingenti cum ſapientia facit. Si enim tantam habuit apud antiquos autoritatem in loquendo Cicero, in diffiniendo Plato, in diſputando Ariſtoteles, in conſulendo Seneca: vt in rebus modo iſto ab illis factis, pro autoritate ſufficeret feciſſe illa aut dixiſſe illos (cùm horũ omnium Sapientia eſſet ſtulta) quantò maiori cum ratione, quæ ab Eccleſia, cuius ſponſus, Chriſtus, cuius rector, Spiritusſanctus, cuius patronus, Pater, qui tres, vnum ſunt, (Cuius Sapientiæ non eſt numerus) ſufficiet nobis pro autoritate, quid illam aut dixiſſe, aut diffiniſſe.

*Magni ſunt momenti quæ cunq; ab Eccleſia proponuntur.* *1.Cor.1.* *Pſ. 146.*

Ego credam prius, regulam eſſe obliquam, pondus iniquum, lucem obſcuram quàm erraſſe illam.

Sed quæramus, cùm tanta ſint quorum opportuiſſet hominem habere memoriã, quia grauiſſima illa ſunt & vtiliſſima (vt ſunt illa, Memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ, illa item, Memento iræ quoniam non tardabit, & Memento nouiſſimorum, & de fine inimicari.) Cur de iſtis nulla hodie facta eſt mentio, ſed tantum dictum eſt, Memento homo quia cinis es? Plane quia tempus eſt humiliationis. Neque quidquam eſt quod ita humiliet hominem, illiuſq; ſuperbiam deponat quam propria cognitio. Interim enim, dùm vitrum cenſetur margaritum, dum adulterina gemma reputatur vera, magni habentur, ſeruantur. At, cùm, quàm ſint illæ natura ſua viles, agnoſcũtur, contemnuntur & nihili habentur. Sed quæramus, cur eadem verba & idem in imponendo cinere, modus, obſeruetur in omnes? quia omnes vnius patris filios ſiue minores illi ſint natu, ſiue maiores, eodẽ patris nomine nuncupamus, & dicimus illos, aut Mendoças, aut Entriquos, aut Pachecos. Et panes, ex eadẽ maſſa factos. Vnde, cùm omnes vnius ſimus matris ac patris filij, & ex eodem luto formati (fecit enim dominus hominem de limo terræ eodẽ) homine appel-

*Eccl.12.* *Eccle.7. & 28.* *Tempus humiliationis.* *Cur idẽ cinis eodẽ modo, & eiſdẽ verbis omnibus imponitur?* *Ge.2.& Eccl.17.*

lamur,

lamur,& cunctis maioribus & minoribus dicitur, Memento homo. Rurſum & diuinarum legum æquitas in hoc manifeſtatur (quæ eadem metitur vlna vulgarem vt cenſet vulgus pannum,& quem cenſet ex auro contextum) non eſſe acceptorẽ perſonarum Deũ, ac tandem quod Regum ſubſtantia ante illum tanquam nihilum. Sed ſuffeciſſet ſenſato homini, dixiſſe, Memento homo quod cinis eſt, ſine hoc quod inſigniretur illo, aut inſigniſſe, & nõ dixiſſe. Multa enim & grauiſſima illa, ſine vlla verborum expreſſione, non in antiqua lege tantum ſed in humana docebantur, ut oculo ſceptro impoſito, manu oculata, freno manu comprehenſo, temperata lyra. Verbis etiam ſolis, vt, Ignem gladio ne fodias, Stateram ne tranſilias. In lege autẽ noſtra (quæ ſapientiam omnem humanam obſcurat) in iuſſione, quod piſces habentes ſquamas & pennas comedere liceat, & quod illicitum eſſet comedere anguilas, & ruminantia animalia & vngulas non findentia, quod nõ liceret bouem aſino iungere, neq; telam ex duplici fili (vt ſic dicamus genere) incluere, & quæcunq; verbis docentur. Sed hodie vſa eſt hoc dicendi modo, vt ſcias, ideo dici, vt fiat, ac ita, dicitur hodie Memento, &c. Alioqui parum erit vtilis doctrina, & fit impoſitio cineris. Et non vtile quod ab illa fit opus, ſi non recordaris te eſſe cinerem, & illo te habes in precio quo cinerem habuiſſes, cinerem inquam mortuum. Multi enim etſi cinerem ſe cenſent, igneus cinis ſunt & diſſimulatum ignem habent quem leui quacunque occaſione manifeſtant. Sed cur in fronte? In primis, ne erubeſcas fateri quod es, ex hoc enim in numera mala habent ortum, fatebatur id ſponte Abraham, Loquar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis. Fatebatur Iob & impuluerem, &c. Præterea in fronte aut capite inſigniris, vt reſcias, quod ſi corporis tantum pars potiſſima cinis eſt reliquæ corporis partes infimæ, quid erunt? Rurſum, vt il-

*Aequitas rerũ diuinarũ Act. 10. & Deut. 10. & Sapiẽ. 6. Pſal. 38.*

*Multa omni tẽpore, rebus ſine verbis docta.*

*Leui 11. Deut, 14 Deu. 22.*

*Horũ explicatione ſi placet vide in Theodoreto de quaeſt am big. vet. teſtam. in Leuit.*

*Cur cinere inſignimur in fronte?*

*Gen. 18 Iob. 30.*

ſi parti vnguentum imponatur, quæ ægrotat, Laborat enim morbo, caput, illud enim varia cogitat, agitat, voluit, quæ nequaquam cogitaſſet, agitaſſet, aut voluiſſet, ſi ſe cinerem eſſe recordaretur. Sed cur ex cinere factum eſt vnguentum? quia vt in plurimum, contraria contrarijs curãtur, ac ita oportuit ſuperbiam capitis, humili ex cinere confecto medicamento, curari, vt in ſe reuertatur homo, qui cùm in potentia diuitijs, & maieſtate diſſimilis ſit Nabuchodonoſori, inſania eſt ſimilis, ille.n.regni amplitudine, ciuitatis opulentia
Dan. 4. elatus, ita loquebatur, Non nè hæc eſt Babylon ciuitas magna, quàm ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ & in gloria decoris mei?

Statuamq; fecit erigi, & illam præcepit adorari, genuque omne ante illam flecti. Ac ita multi inopes
Dan.3. cum ſint & obſcuri, ſi Nabuchodonoſori conferantur, & non tantum habentes inclytam vrbem quæ cum Babylone contendat, ſed aut anguſtã domum, & terræ portiunculam, aut quid iſtis vilius, vt numina volunt haberi miſeri, Ideo ad aurem hæc illis voces dicũtur, Memento homo, &c. Et quia illas in ſufficientes ad medelam tantæ inſaniæ arbitratur Eccleſia, cinerem addicit, ut quemadmodum cribratus à Daniele cinis, pro manifeſtauit Regi, & idoli vanitatem & frau-
Dan.14. dem ſacerdotum. (Atulerunt enim cinerem, & cribrauit per totum templum, coram Rege, ecce pauimentum, animaduerte cuius veſtigia ſunt hæc, & dixit Rex video veſtigia virorum, & mulierũ & infantium,) ita & cinis hic, propriam illis manifeſtet deceptionem, & quàm ſint illi innane idolum.

Eccl,10. Hinc illa Sapientis verba cum admiratione dicta, Quid ſuperbis terra & cinis? Ac ſi diceret, ſi argenteus eſſes, aureus, aut gemmeus, non videretur mirum, ſi te in precio haberes & ſuper vires, ſed terra elementorũ viliſſimum, cum ſis, & illa in vtilior cinis, quæ tibi ſuperbiendi occaſio eſt, præter propriam inſaniam? Sed

cur

cur hoc in hoc primo quadrageſimę die planè, quia tẽpus pœnitentiæ humiliationis & diuinæ iræ placandę eſt. Et ut iſta contingerent frequentius, erat apud antiquos vſus cineris. vt abunde iſta docent de Betulianis, illa ſunt, Præcincti cilicijs, erat cinis ſuper capita eorum, & ex corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret populũ ſuũ. De Mardocheo, pro morti à dicto populo, Et ſpargens cinerem capiti, in platea ciuitatis, clamabat, de Niniuitarum Rege & populo, Sedit in cinere Rex, &c. Sedendum enim in hoc eſt vt ſediſſe etiam in ſterquilinio dicitur Iob, eſt enim ſedes illa viliſſima homini, gratiſſima Deo cùm non perfunctoriè ac veluti ſtans, cinetem ſe eſſe cogitat, ſed ſedens aſſiduè, & lente. Sed quæramus rurſum, cur huiuſmodi cineris impoſitio hac prima die fecit plane quia cum excelſum ędificium eſt erigendum, cimentum in primis fit, eſt autem totum tempus quadrageſimæ tempus bona opera ædificandi, quorum culmen non tangat tantum, ſed penetret cœlum. Eſt igitur in primis humilitatis cimentum aut fundamentum ſtatuendum, ita profundum, vt non contentus homo noſſe quod, Menſurabiles ſunt dies eius, quod Tanquam flos agri ſic eflorebit, quod, vniuerſa vanitas omnis homo viuens, cinerem ſe eſſe agnoſcat, rem inaniſſimam, & inutiliſſimam, huic humilitatis fundamento, quæ innituntur, opera, & ſublimia ſunt & accepta Deo, ſiue orationis illa ſint, de qua veriſſima ſunt illa, Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit. Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum, humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit de precatio. Si eleemoſynæ ſint illa, grata etiam illa eſt, quàm non vitiat inanis gloria, ſed à grato & humili animo proficiſcitur. Si ieiunij ſint, illa etiam accepta Deo ieiunia ſunt, quæ humili & animo & corpore fiunt, & quę Deum quærunt inſpectorem, non hominem, & à Deo mercedem ſpectant,

*Iudi.4.* *Heſt.4.* *Iob.3.* *Pſ. 143.* *Pſal.38.* *Pſ. 102.* *Eccl.35.* *Pſ. 101.* *Iudith.9* *Mat.6.*

non ab homine, ut Euangelica docet lectio. Cumque ſacri huius temporis commodata opera iſta ſint, hæc & grata Deo, commoda homini reddit humilitas, quã perſuadet impoſito cinere Eccleſia. Quæ etiam cognitio ex diuina iſta perſuaſione & cineris impoſitione orta, facit, vt libentius corpori (quod cinerem eſſe ſcimus, & memoria tenemus) & ſubtrahamus, quæ grata illi ſunt & ieiunare cogamus, feratq; iniurias leuius, & ignoſcat promptius, quæ etiam Euangelicæ lectiones, futuris diebus enunciandæ, docent nos. Et quia primum quod nobis commendatur, eſt ieiunium, breuiſſime docebunt nos ſacri Doctores, quale ſit futurum illud, vt Deo ſit gratum, nobis vtile, neque enim a vana gloria tantum liberum eſſe debet, vt perfectum ſit illud, ſed a peccato, & miſeria conditum. De voluntario ieiunio loquens Niſſenus, ita fatur, Quid confert ieiunium corpori, niſi mens pura, mundaque ſit? Nihil prodeſt currum validum ſtrenuis quadrigis inſtructum eſſe, ſi auriga inſaniat. Nulla erit bene fabricatæ nauis vtilitas, ſi ebrius ſit ipſe gubernator, ieiunium, virtutis eſt fundamentum. Climacus, ex icatum lutum, iam nõ porcis vſui eſſe, vt ibi ſe voluntent, poteſt, ita & caro per abſtinentiam marcida effecta, Dæmonibus vltra non præbebit in ſe quieſcendi locum, Iſidorus, Qui à cibis abſtinent & mala agunt, Dæmones imitantur, quibus culpa adeſt, & cibus deeſt. Diuus Leo, non in ſola cibi abſtinentia, ſtat noſtri ſumma ieiunij, haud fructuosè corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Et Maximus (vt hoc vnico teſtimonia cuncta in ſe complectenti, finis noſtræ imponatur concioni) ieiunium Chriſtiani egentis debet eſſe refectio, ieiunium pacem debet nutrire, non iurgia. Quale eſt illud, Quòd non veſceris carnibus, & de ore tuo, omni eſca ſordido, egreditur maledictum, Quale eſt illud, Quòd ſanctificatur venter ieiunio, & poluitur lingua menda-

*Niſſe, ora ti de pauper. amor*
*Climach. de deſcretion. gradus 16.*
*Iſido. li. 1 ſenten. c. 44.*
*Leo de ieiun. ſeptim mẽs.*
*Maxim. in natal. dom.*

mendacio. Ieiunet igitur,quo debet modo,homo, ſacris obſequatur Eccleſiæ præceptis , ſerbet illa,animi qua tenetur puritate, ſubdat ſe in omnibus illi, humiliet ſe,quia ſe puluerem agnoſcit,& in æternum exaltabitur. Qua exultatione,vt gaudeamus omnes , faxit diuina pietas.

## SALVTATIO.

*Deus,cuius benignitas tanta eſt, ut ſolem ſuum faciat oriri ſuper bonos,& malos,& nubes pluere ſuper iuſtos & iniuſtos : dignabitur, gratiæ ſuæ ſolem ſuper nos oriri: qui gratiſſimis ſuis radijs ita nos illuminet, ut quæ obſcura ſunt ſacris ſuis in literis,videamus: & cæleſtes ſuper nos imbres pluet,pro clementia ſua,vt optatos feramus fructus:euenietq; id nobis ſacratę interceſſione Virginis. Aue Maria.*

## THEMA.

Diligite inimicos ueſtros, &c. Matth.5.

MIRA ſunt quæ à Dauide,& reliquis prophetis, in diuinæ legis laudem canuntur: omnia autē, ſunt illius præſtantia minora: Nam cùm in reliquis dicatur ſermo animi ſimulachrum , cum ille diuinæ ſit ſimulachrum mentis,& cœleſtis interpres uoluntatis,quan-

ta illius præſtantia erit? Hinc vt illius ſuauitatem, æquitatem,& utilitatem miſſam faciamus, quæ integrum,ſi eſſent explicanda,requirebant volumen, de illius valore loquens. Dd. ait: Bonum mihi lex oris
*Pſ.* 118. tui,ſuper millia auri & argenti, & vicæ illam precioſiſſimi theſauri habens,in medio cordis reponit; Et
*Pſal.* 39. legem tuam, inquit, in medio cordis mei, ut regat illud,uiuificet, & ueluti illius cor illa ſit, ac arcis illius cuſtos.) Cumque reſciret omnem vitæ fœlicitatem,& præſentis, & futuræ, in illius eſſe obſeruatione ſitam,ait, portio mea domine, dixi, cuſtodire legem tuam.unde,hominum commoditati conſultum cupiens, ita precabatur, Conſtitue domine legislatorem
*Pſal.* 9. ſuper eos, ut ſciant gentes quoniam homines ſunt. Quæ omnia,cum in numera ſint,quę pro
*Suauitas & æquitas diuinæ legis.* bent, euangelica hodie probat, lectio, quæ inimicos iubet diligere. Quæ enim ſanctior,æquior,commodior potuit concipi lex, lege dilectionem præcipiente,& odium deteſtante? præcipienti, inquam quod ſuauiſſimum, quod gratiſſimum, quod commodiſſimum homini eſt, deteſtante quod amariſſimum, quod infeſtiſſimum, quod pernitioſiſſimum eſt illi? Quid amore Chriſtiano gratius,quid iucūdius,quid amabilius? qui purus eſt, candidus, ſincerus, uerus pius,beneficus. Audi de illo, mirabilia prædicantem
1. *Co.*13. Paulum Apoſtolum,Charitas patiens eſt,benigna eſt charitas, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt,non irritatur, non malum cogitat, non gaudet ſuper iniquitatem,congaudet autem veritati. At hic amor ita præcipitur à Deo, ut non tantum dilectionis lex ab illo ſanciatur, ſed tota illius lex ſit dilectio,
*Rom.*13: totaque ad ſonet,doceat,præcipiat, iubeat, qui enim diligit proximum,legem adimpleuit, nam,non adulterabis,non occides,non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces,& ſi quod eſt aliud,

mandatum,

mandatum, in hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximum, ſicut te ipſum. Dilectio proximi, malum non operatur, plenitudo ergo legis, eſt dilectio, & alibi, Omnis enim lex in vno ſermone impletur diliges proximum ſicut te ipſum, & rurſum, Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, à quibus, quidam aberrantes, conuerſi ſunt in uaniloquium. *Gal. 5.* *1. Thi. 1.*

Eſt Chriſtianus amor, lux in tenebris, ſolamen in aduerſitate, opis in reſtitutione, omnium amaritudinum, quibus redundat uita, condimentum, facit ille, non tantum omnia communia (vt de humano & laudabili amore eſt dictum), ita ut contingant illa, quæ de membrorum compaſſione dixit Apoſtolus, perſe: inuicem ſolicita sũt membra, & ſiquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiue gloriatur unum membrum, cõgaudent omnia membra) ſed facit, ut proprijs neglectis, aliena quæ magis propria cenſemus procuremus, ut docet Apoſtolus, Itaque conſideremus inuicem, in prouocatione charitatis & bonorum operum, non quæ ſua ſunt conſiderãtes, ſed quæ aliorum. Quid igitur potuit homini præcipi ſanctius, aut commodius illi? aut in quibus diuinus amor in illum magis manifeſtari, quàm in huius ſuauiſſimæ legis ſanctione? Aut quo erat opus præmio, ut lex ita iuſta, & amica ſeruaretur? Aut quo opus ſupplicio in contemnentes illam? Sed adhuc tanti habet Deus hominem, ut pro obſeruatione legis tantopere ſibi utilis, Commodæ, gratæ, & neceſſariæ, præmium illi ſtatuerit, ſupplicium pro tranſgreſſione. Curemus igitur contingat nobis Chryſoſtomi illud, Sicut in corporali ædificio lapis ad lapidem, cemento mediante, conſtruitur, ſic in ædificatione Eccleſiæ, Chriſtianus ad Chriſtianum, mediante charitate, connectitur, ſcientes certiſſima eſſe eiuſdẽ ſuauiſſimi doctoris, illa: Quemadmodum ſi manus fue- *Præſtantia Chriſtiani amoris.* *Eccle. 6.* *1. Co. 12.* *Heb. 10.* *Phil. 2.* *Chryſ. h. 7 oper. in perfecti.*

rit à corpore diuulſa, ſpiritus è, cerebro deſcendens,
*Hier. 11.* atque in illam ſeſe effundere quærens, ſi non inue-
*in epiſt.* nerit in corpore, extra illud utique neq; exilit, ne-
*ad Gal.* que perforato illo, ad manum auulſam egreditur,
ſed quam in corpore poſitam non inuenit, non con-
tingit etiam, ita, niſi charitate colligati fuerimus, ſpi
*Odij per-* ritus ſubminiſtratem nõ capiemus. Deteſtatur odiũ,
*nities.* quia, quemadmodum in dilectione tota lex impletur,
in odio tota lex infringitur, & (vt ſic dicam) dilace-
*Expende* ratur, & quia odium; idem eſt quod incendium in po
*odij ſimi* pulo, quod naufragium in mari: docentque iſtorũ
*lia.* veritatem, frequentiſſima ubique exempla, uix enim
villa eſt, etſi anguſta, in qua Caynum & Abellum nõ
inuenias, aut ſaltim multos Cainos. Dilectionis præ-
*Gen.4.* ſtantia quanta ſit, abunde manifeſtat (præter quotidia
na experimenta. & ſententias de illius celſitudine in-
numeras) quod commẽdata ſit illa à Deo æquiſſimo,
ſapientiſſimo, optimo, maximo, & nobis amiciſſimo,
& tantopere commendata, ut omnia quæ à nobis
fiunt, in charitate iubeat fieri, quæ ſi cum illa fiant,
*Luc. 21.* etſi exigua illa ſint, & communia, precioſa ſunt illi
& grata, ut uiduæ minuta duo, uaſis aquæ largitio,
*Mat. 10* utque illa firma ſit, ita loquitur Apoſtolus. In chari-
*Epheſ. 3.* tate radicati, Cum enim radices habet illa & creſcit,
*Epheſ. 4.* vt idem hortatur, in charitate creſcamus, & ſuauiſſi-
mos charitatis fert fructus, de quibus, idem fructus
*Gal. 5.* ſpiritus, eſt charitas. Cum autem ſine illa fiunt, quæ
alioquin maxima ſunt, uilia ſunt, & ingrata illi. Si
*1. Co. 13.* linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem
autem non habeam, factus ſum uelut æs ſonans, aut
cimbalum tiniens, ac tandem, legis ſuæ, finem illam
eſſe dicit, Finis præcepti eſt charitas.

*1. Hie. 1.* Odij quanta ſit pernities, abundè manifeſtat, quod
*Odij pe-* abominatur illud Deus, & ꝙ humani hoſtis generis,
*ſtis quan* tantopere curet ſerere inter homines illud, quia nouit
*ta ſit.* illorum eſſe ruinam, pernitiem, mortem, & quod red

dit

dit illos illorumque omnia, ingrata Deo, unde, nulli ſunt illi magis amici, quam qui odium excitant, nouit, his ignibus abſumi ſolere, non fortunæ corporisve bona tantum, ſed animi, hinc tanta illius ſolicitudo in ſuſcitandis illis, & adijciendis, ne extinguantur, lignis, hanc excitat ille tempeſtatem, quam ſequi naufragium apprime nouit. Odium ita definit Auguſtinus, odium eſt uetus ira ex pluribus cauſis collecta, diuturno tempore perſeuerans. De ira autem, illa ſũt feritatem illius teſtantia, quiſquis iræ præceps indulget, in malum finem exijt, plurimum enim hominibus incommodat; Herodotus nonnè vides, quòd ab omnibus, quæ per iram committuntur, ratio recedit, fugiens iracundiam tanquc acerbum tyrannum? Sophocles dixit, Per iram ſcio cuncta prodire mala. Vis tandem noſſe quanta ſit gloria dilectionis, audi in dilectionem & pacem ſuadentes, & odij extinguentes ignes, Beati pacifici non dixit diuites, nobiles, aut ſtrenui, ſed, Beati pacifici, ratio autem tantæ beatitudinis illa eſt, quoniam filij Dei uocabuntur, quia patris illi exercent munus. Iſti enim erga miſticum corpus, idem exercent officium, quod erga membra quaſſata, componentes & in ſuum natiuum locum reſtituentes illa. Sunt erradicatores ſpinarum, quæ ſuffocant uerbum Dei, ſtatuunt procellam in auram, & ſilere faciunt fluctus: quod Dei eſt opus, reddunt è feris homines, & manſuefacientes illos, & è furibũdis cordatos, Nouit iſta omnia, qui dixit, benedicta tu, & benedictum eloquium tuum, quia prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & ulciſcerer me manu mea. Vis noſſe quanta ſit pernities odij? Expende, quod non tantum illud abhominatur Deus, ſed illud ſeminãtes, ſeptimum, quod deteſtatur Deus eum, qui ſeminat inter fratres diſcordiam. Iſti Dæmonum ſunt procuratores, folles, quorum flatu, Tartareos excitant & adaugent ignes. Sathan uo-

*Auguſt.* *Stobæus ſerm. 18. de ira.* *Herodo.* *Sophocl.* *Matt. 5.* *Pſ. 106.* *1. Re. 25* *Deteſtatio odiũ ſeminantium.* *Pro. 6.* *Odijſemi natores quibus ſimiles.*

luntatis

1.*Ioã*.4. luntatis interpretes, pro quo legatione funguntur,
*Et Rom.* hoĩes Deo inimiciſſimi; cum ſuaſores ſint illi odij,
16.*&* 1. aduerſus ꝙ tã magna ſunt à Deo, & dicta & præce-
*Cor.*148 pta, charitatis hoſtes, quam tanti habuit, ut & eſſe, &
*&* 2.*Co.* dici charitas voluerit, cũ igitur certę ſint, diligite ini-
13.*&* 1. micos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, orate
*Theſ.* 5. pro perſequentib. & calumniantibus vos, in hoc enim
(præterquam quod rem Deo acceptiſſimam facitis,
& tot, tantisq; modis uobis commendatam) uos ip-
ſos diligitis amore & ueriſſimo, & utiliſſimo, nam è
pectore veſtro venenum odij expellitis, dilectionẽ &
pacem, res ſuauiſſimas, admittitis, rei, nomini, vitæq;
veſtræ, conſulitis, & pro ſæua tempeſtatę rerum om-
nium veſtrarum, læta tranquillitate gaudetis, & quia
iſta minora ſunt, maiora, imo ſumma audite. Vt ſitis
filij patris ueſtri, qui in cœlis eſt. Præ cuius hono-
ris cupiditate, & aſſequutionis, mittes oues debent
*Dan.*3. videri, Danielis Leones, caminus ignis, uernans
*&* 14. campus, optabiles lapides Stephani, deſiderata crux
*ait* 7. Andreæ, quod ſi generoſæ ueſtræ mentes tantæ glo-
riæ cupiditate non tanguntur, bonis quæſo animis
*Eccleſia.* quæ ſequuntur expendite. Qui non diligit, ma-
net in morte, qui odit fratrem ſuum homicida eſt.
Homo homini reſeruat iram, & à Domino quærit
medelam, in hominem ſimilem ſibi non habet mi-
*Vim diui* ſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur, ipſe
*ni huius* dum caro ſit, reſeruat iram, & propritiationem pe-
*diſcurſus* tit à Deo. Ac ſi dicat, quæ poteſt impudentia eſ-
*expendi.* ſe maior, aut temeritas hominis impudentior, Ho-
*Pſal.*38. mo homini. Ac ſi dicat, nihilum nihilo, uanitas ua-
*&* 106. nitati, fumus fumo, aut puluis pulueri reſeruat iram,
13. *&* & quia aut dicto aut operæ læſit ille, homo, ignoſce-
102. re non uult, & quod in ſe fuit, læſit ille Deum, Cui
*Gen.* 17. nomen omnipotens, cuius maieſtate plena eſt om-
*& exod.* nis terra, cuius magnitudinis non eſt finis, qui au-
15. fert ſpiritum principum, Cui nomen ſanctum, &

terribile, à cuius facie montes ſicut cera fluunt, qui *Pſal.71.*
ſolo aſpectu facit terram tremere; Cuius, cum pla- *Pſ.141.*
cet, inimicos, aut deglutit terra; aut uorat ignis, *Pſal.75.*
aut operit mare, & quærit ille à Deo medelam? In *Pſ.119.*
hominem ſimilem ſibi, non habet miſericordiam, *Pſal.96.*
ad quam, mille modis, ipſa propendebat ſimilitu *Pſ.103.*
do, quia terrei ambo quia fragiles, quia fænei, quia *Num.16*
homines, & tot modis ſimiles, & de peccatis ſuis *Exo.14.*
deprecatur, quæ tantò grauiora ſunt, quanto ſub- *Homo hō*
limior maieſtas in quam ſunt ad miſſa, tantò grā- *mini ſi-*
uiora, quantò in illum fuit illa magis benefica, & *milis.*
omni obſequio digna, & nulla omnino digna in- *Eccl.13.*
iuria, & qui in numeris eſt illi modis diſſimilis; *& 17.*
quia homines ſterni ſunt, de Deo autem, æquiſſi- *Diſſimi-*
me dictum, Tu autem idem ipſe es & anni tui non *lis Deus*
deficient, de homine, quod, Fugit ſicut umbra, de *homin.*
Deo; Tu autem Domine, in æternum permanens, & *Iob.8.*
memoriale tuū, à generatione in generationem, de *Pſ.101.*
homine: Ecce uos eſtis ex nihilo, & opus ueſtrum *Iob.13.*
ex eo quod non eſt, de Deo, quod dixit, & facta *Pſ.134.*
ſunt mandauit, & creata ſunt, ſed quorſum iſta trā- *Eſai.41.*
ctamus, quæ tam ſunt illa manifeſta, aut quę pōt in- *Pſal.32.*
tercedere ſimilitudo impotentię, ad omnipotentiam,
ignorantiæ, ad immenſam ſapientiam, nihili, ad fa-
ctorem omnium? Quæ omnia cum certiſſima ſint,
& ueriſſima, ut magis diuinæ pietatis uiſcera mire-
ris homo, & ablato tibi iam corde lapideo, carneum
fiat, immani & fero, fiat humanum, audi, Relinque *Mirabi-*
proximo tuo Nocenti te, & tunc deprecanti tibi pec- *le Dei cū*
cata ſoluentur. O pactum mirabile & immenſa cle- *homine*
mentia dignum. Quæ mens hoc poſſet concipere; *pactum.*
aut qui animus credere, modo dictus id fuiſſet à
Deo? Tu umbra, tu humus, tu fænum, tu teſta de *Pſ.101.*
ſanijs terræ tu uanitas, tu nihil, relinque proximo *Pſal.36.*
tuo nocenti te, te inquam qui repletus es multis miſē *Eſai.45.*
rijs, & fugis uelut umbra, & nunquam in eodem ſtatu *Iob.7.*

perſtanes,

permanes, cuius iniuriæ non poterunt te eſſe maiores, Relinque proximo tuo nocenti te alioqui ſi neq; uerbo, neq; opere nocuiſſet, q̃d eras? O ſtulte relicturus? Nocenti igitur te, aut linguæ gladio, aut gladio, aut quouis alio iniuriæ, aut ingratitudinis genere, & tunc, deprecanti tibi peccata, hoc eſt, admiſſæ in Deum offenſæ, pro quarũ patratione æternis eras dignus crucia tibus, quia admiſiſti in patrem clementiſſimum, qui
*Pſal. 6.* tot modis tibi benefecerat, in Dominum cũcti poten tem, in iudicem iudicaturum orbem in æquitate, in bra
*Pſal. 36.* chio peccatorum conterentem: ſoluentur dimiſſæ illę, & tu, ab illis quibus eras colligatus, ſolueris. Quod ſi iſta, maxima cum ſint, & ipſa tibi magis neceſſaria, nõ te, ad ignoſcendum inimicis & benefaciendũ illis, inclinant, (quæ ſaxeum ſi ſapuiſſent propendiſſent homi
*Gloria ſi liorum Dei.* nem) inclinent, plena honoris & gloriæ, illa quæ Angelos ipſos, poteſtates, & virtutes poſſent ſua cupiditate inflammare, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, præ cuius honoris aſſequutione, nihil tam ſalebroſum ac difficile, quod facile nõ ſit, Nihil tam durum ac laborioſum, quod non ſit leue & mole, nihil tam inſuaue & amarum, quod non ſit dulce, nihil tam periculoſum & horribile, ꝙ nõ ſit gratum, ſi tamen in mentẽ ſubit tuam, quanta ſit huius policitationis maieſtas,
*1. Re. 17* quantus ſplendor & gloria, quam ingens vtilitas, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, non Dauidis; leones & vrſos ſuffocantis, & magnos Theſauros poſſidẽtis (Regis alioqui potentiſſimi, auguſtiſſimi, & gratiſſi
*3. Re. 10* mi, Deo) non Salomonis, cuius ſapientiã, opes & ſplendorem, ſacræ ipſæ mirantur literæ, quia ſi patres iſti fuiſſent tui, fuiſſent illi in terris, in qua omnia ſunt incerta, breuia, anguſta, anxia, ſed in cœlis, cuius ætas æternitas, cuius opes immenſę, cuius ſapientia ſumma, cuius ſplẽdore, prædicti Reges, & qui floruere omnes effulſere. In quibus, quod maxime glorioſum fuit, fuit omnino huius eſſe patris ſerui, patris, qui eſt in cœ-

his,

lis,& te veabit in illis,,Cuius cum filius fueris,amaue-ris ab illo vt filius,paterna aula & ſummis illius bonis gaudebis vt filius.Sed dices,rem abſtulit inimicus.Ino pia illa eſt (& ſi pretioſiſſima fuiſſet comparata rei pe-renni qua potieris,Dei filius effectus,ac ſi quis è mina aurea abſtuliſſet granum obſcurauit honorem. At hic honor quo decoraris,cum Dei filius efficeris,ſplendo-re ſuo, quam obſcuritatem non reddet luce ipſa niti-diorem. Vitã abſtulit.At id quod eſt eſſe Dei filiũ,Iar gitur illam æternam , & rerum omnium humanarum iacturam , ęternarum & diuinarum compenſat lucro. Neq; petit a te,quod ipſe non facit tecum,& cum illis omnibus quos admiſſa ſcelera reddunt illi inimicos,& ſolent huiuſmodi principum,regum,& maiorum exẽ-pla,minores miro modo excitare, cum operantes illos vident, cum tam ſint illi inſignes, quæ ab illis operata cupiunt, qui tam ſunt illis inferiores , qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos,& pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Sed expende quàm ſint exigua bona, qui bus tu afficere potes inimicos,& quàm anguſta illa,ora tiones,quibus illos iuuare præciperis,quã frigidæ ſint, quia tuæ ſunt;beneficia,quàm anguſta,quia tua,Deus autẽ,ſolem ſuũ facit oriri,qui illos hilari ſuffundat lu-ce,qui magna,precioſa & vitæ ipſi neceſſaria generet illis,de quo manna ab humanis & diuinis literis præ-dicantur,pluit illis,vt colles exultatione accingantur , ut ualles abundent frumento, vt producat terra herbã uirentem,ut fructificent arbores,ſine quibus deficeret uita hominum,qui ergo tantis afficit bonis malè de ſe meritos,id exigit à te,ut filius illius ſis,& paterno ſimi lis ingenio,quando maiora illa beneficia conferre nõ potes in inimicos,exigua illa quæ potes conferas. Et petit,quod non ſolum cœleſti dilectionis & remiſſio-nis iniuriarum doctrina imbuti præſtitere(vt antiquæ legis ſancti omnes)ſed quod plures lumine tantum ra tionis illuſtrati præſtitere,quia dignum illud & natura

*Fœlicitas filiorũ Dei*

*Roma.8.*

*Humana omnis pro Christo facta iactura mirabili lucro cõpẽſatur.*

*Commendatur dilectio inimicorũ.*

*1.Ioan 3*

*Bona hominis anguſta.*

*De ſolis præſtantia uide. Iſid.li.5. Climol. c.30. & Iuſtin.2. Chriſ.*

*Pſal 64.*

*Dilectionis exempla.*

*1.Reg 2.*

*Pſal 7.*

*Ti alph. 5. de Ori fide.* li conditione,& lege arbitrantur, Ariſtides Atheniēſis (qui propter admirandam æquitatem, iuſtus appellabatur) cùm ab ingrato populo in exilium mitteretur, ſublatis in cœlum manibus Deos comprecatus eſt, ſic proſperarent res Athenienſium, ut illis Ariſtidis nomē nunquam ueniret in mentem, in rebus enim afflictis, ſolet populus ad egregios uiros confugere, id quod poſtea euenit. Quòd ſi præſtari iſta potuere ab ethnicis, ſine ulla præmij expectatione, cur non præſtabuntur à Chriſtiano, in menſi policitatione præmij? quod ut aſſequamur, faxit diuina pietas.

## SALVTATIO.

*Virtus, & præſtantia, Sacroſanctæ doctrinæ, in hoſtem, quo, cum perpetuum gerimus bellum, in hac euangelica lectione nobis manifeſtatur: illa enim & proſtratus ille fuit & fugatus. Noſtra autē ſumme intereſt & proſtrare & uincere illum. Precemur illius uictorem Chriſtum, ut & arma miniſtret, & opem ferat, ut tantæ compotes uictoriæ euadamus, interceſſione Virginis matris ſibi chariſſimæ. Aue Maria.*

## THEMA.

Ductus eſt Ieſus. Matth. 4.

QVAECVNQVE à Deo fiunt, ita ſunt mirabilia, ut omnem hominem rapere illa in admirationem

tionem poſſent. Vnde, meritò Dauid dixit. *Qui facit* *Pſal.* 71. mirabilia magna ſolus, tu es Deus qui facis mirabi- & 76. *lia*. Sed neſcio quomodo, quæ magis mirabilia ab il lo fiunt, minus mirabilia mihi videntur, & quæ mi- *Quæ mi-* nus mirabilia videri poſſent, hæc mihi videntur ma- *dentur in* gis mirabilia, quod fundauerit terram ſuper ſtabili- *Chriſto* tatem ſuam quod extenderit cœlos ſicut pellē, quod *mirabi-* ambulet ſuper pennas ventorum, quod producat ven- *liora.* tos de theſauris ſuis, quod dominetur poteſtati ma- *Pſ.* 134. ris & motum fluctuum eius mitiget, mirabiliſſima *Pſal.* 88. ex ſe ſunt, ſed me in admirationem non rapiunt, *Pſal.* 77. cum expendo, quod fiunt ab illo, cui nomen omni- potens, qui omnia quæcunque voluit fecit, in cœ- lo, in mari, & in omnibus abyſsis. Agnito enim *Exo.* 15. Sanſonis robore, illius robur in primis admirationi eſſe poterat, ſed quæ iam fiebant ab illo, cum à San *Pſ.* 134. ſone reſcirent illa fieri, non erant admirationi. *Iud.* 16. Agnita Dauidici animi præſtantia, & corporis agi- 1. *Re.* 17 litate eximia, lacertorumque virtute, quæ omnia mirabilia erant, iam ſinebat eſſe mirabile, quod comprehenderet ille leones, ſuffocaret vrſos. Cum igitur à Deo fiunt quæ Dei ſunt, quali erunt admi- rationi cum ab illo fiant? Nam ſi in ſapientia fiunt, *Pſ.* 146. eſt ille, cuius ſapientiæ non eſt numerus; ſi in poten tia, ille eſt, cuius poteſtas æterna, ſi in imperio, ille eſt, cui omnia ſeruiunt, Vnde cum abſens (hominum *Dan.* 4. iudicio) expulit à filia Chananeæ vexantem illam, Dæmonem, cum dicto expulit, dicens, exi ab eo. *Matt.* 15 Cùm ab ire illos in porcos promiſit, non ſunt demi- ratus. Neque enim miramur quod Sol luceat, qui *Mat.* 12 fons eſt luminis, neque quod mare aquis abundet, quia congeſtæ ſunt in illud, diuino iuſſu, aquæ, Neq; quod qui omnipotens eſt, illa faciat, quæ admiratio- *Mat.* 17 ne afficiunt illa ſunt, quòd fatiguetur, qui laboran- *Ioan.* 4. tes à ſe inuitat vt reficiat, quod eſuriat, per quem *Mat.* 11 neq; ales eſuriit, quod ſitiat, qui de petra elicit aquas, *Exo.* 17.

& qui aquę uiuę fons eſt, quod congredi hodie voluit cum Demone, qui condidit ex nihilo illum, & in nihilum non diſſimili facilitate poſſet conuertere. Quæ nam eſſet gloria Dauidis, ſi cum pugione certaret? aut qui honos Sanſonis ſi duellum iniret cum rudi adoleſcentulo? At gigantes iſti ſunt, in horum comparatione hominum, Si vires, ſi dolos, ſi artes, ſi potentiam Sathanę, cum Chriſti potentia compares, non enim illi opus eſt lapidibus vt proſtraret illum, vt Dauid in Goliam, & quotquot è cœlo in Tartareum exilium ſunt miſſi, neque nutu, ſed ſola voluntate. Eſt igitur res mirabiliſſima, & myſterio plena, velle Deum cum formica iſta aut ſcarabæo certare, idque cunctis admirationi eſt, & rationem inquirere facit facti, & plane illa eſt, ut qui doctrina vincere illum docuerat doceret opere milites ſuos vincere, frangeretque illius vires nobis, qui noſtri dominus erat & caput, & ut in congreſſu artes, vires odium obſtinationẽ & malitiam, manifeſtaret hoſtis, & quomodo illa omnia eſſent ſuperanda. Quibus ẽt potiſſimum armis, eſſet ille fugandus & uincendus, & ut fugam caperet cõpellendus, & quæ gloria, qui triumphus ſpectarent victores, quæ omnia maxima cum ſint, & animarum ſaluti maximè neceſſaria, latuiſſent, ſi id non fuiſſet certamen à Chriſto optimo maximo initum, diuinam illius potentiam conſultò, illo diſſimulãte, latuiſſent etiam, ſi primo ſtatim inſulto fuiſſet in fugam uerſus. Vt igitur milites ſuos inſtrueret, cęlitum, imperator, ductus eſt ab ſpiritu, in deſertum, vt tentaretur à diabolo. Sed quæramus, quæ impulere illum, ut degentem illum in deſerto aggrederetur? Quia qui in deſerto ſunt, quodãmodo in campum (vt dicunt) videntur illum prouocantes, cõuictus enim hominum vitare, vacare orationi, ieiunio indulgere, & id genus, pijs alijs operibus in ocio illo & ſolitudine operam dare, capere in illũ arma.

*Res mirabiliſſima quòd cum ſcarabęo certet omnipotens.*

*Certaminis ratio.*

*Quæ impulerint hoſtem in tentationem.*

ma, iſta ſunt, vnde, ſtatim ſe accingit ipſe, congreſſui. Neque id tantum facit in eos, qui in deſertis agunt locis & ſolicitudine, ſed in eos omnes qui norunt deſertum habere in ciuitate, ut nouit Daniel in Babylone, ſolitudinem habere in conuictu, vt nouit Ioſeph in Aegypto, ac ita Deo dedunt ſe, illius gloriam ſuis in operibus procurantes. Sed quænam tanti in illo odij ratio eſt? Ratio nulla, neque enim, vnquam ratione agitur ille, ſed malitia, liuore, inuidia. In primis, quia diſſimiles illi ſunt, Veraces enim ſunt qui probi ſunt, mendax ille, obedientes, inobediens ille, humiles, ſuperbus ille, probi, improbus ille, imò improbitatis Pater, ac ita, quemadmodum in rebus à natura conditis quæ contrarietatem habent interſe, inimica ſunt, ut aqua & ignis, ille corrupta voluntate ſua, omni probitati, cui ſua aduerſatur malitia, inimicus eſt, ac in indulgentes illi, tanquam in hoſtes arma capit, vnde; grauiſſime Gregorius, Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, non enim ait ad requiem, ſed ad tentationem, quia hoſtis noſter, adhuc in hac uita poſitos, quantò magis nos ſibi rebellare conſpicit, tantò magis expugnare contẽdit, eos enim pulſare negligit quos quięto iure poſſidere ſe ſentit. Rurſum, quemadmodum qui hærebant Dauidi, ingrati erant Saul, & illorum ille necẽ & perditionem curabat, quia hęrebant illi, quem ipſe præmalitia ſua habebat odio, ita & tenebrarũ princeps iſte, omnes hærentes luci, omnem hominẽ uenientem in hunc mundum illuminanti, habet odio, perſequitur illos, arma contra illos parat, & necem illis molitur, ſed, Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe, eſtque cum illis in tribulatione, ut eripiat & glorificet. Ex dictis colligamus, opportere nos habere hoſtes, eſſeq; vitam noſtram militiam, & eſſe hoſtes, quos deſcribit inuictiſſimus militiæ Chriſtianæ ante

*Cur pios tẽtat Satanas.*

*Eccle. 21*

*Greg. li. in 24. 12 & 13.*

*Expende uerba.*

*1. Re. 5.*

*Ephe. 6.*

*Ioann. 1.*

*Pſal. 35.*

*Tob. 7. & 2.Co. 10. & 1. Tim. 1. Eph. 6.* ſignans Paulus, Induite uos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli, q̄m non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores, Tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, ideſt, contra inuiſibiles hoſtes & nō ſpirituales nequitias propter cœleſtia. Noſcamus ēt uictos (quia ignauia ſua victi ſunt) æternæ ignominiæ nota inurendos eſſe ac detrudendos in inferos, vnà cum uictore & triumphatore ſuo, uictores autē, & qui ſtrenuis fuerint animis, immarceſſibili gloriæ corona decorandos, & triumphatorum glorioſo cœtui ad ſcribendos. Vincenti dabo manna abſconditū, & dabo illi calculum candidū, & in calculo, nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit, quæ victorum ſplendida fuit merces. Rurſum, & colligendum eſt, quod huius ſunt certaminis ſpectatores, vniuerſi cœli cætus, qui noti ſpectant tm̄, ſed opem à Deo implorantes ferunt, vt pudore accendamur, & animos recuperemus. Rurſum quod cùm proſtrato hoſte certamen mimus, fracto ſpoliato, & quod à dextris eſt omnipotens, qui ſuperauit illum, fregit, & uires contuſſit, Vnde, ſi nos illi non dederimus, proculdubio uincemus, Vicere enim illū octogenarij ſenes, vt Eleazarus, Antonius, Macharius, impubes adoleſcentes, vt Laurentius, & Sebaſtianus, Tenelli pueri, vt Paſtor & Iuſtus, Floridæ uirgines, vt Agatha & Catherina, quis iam de illo victoriam nō ſpectabit, Deo uires & animos ſuppeditante? ſunt enim illa Auguſtini certiſſima, Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato, ſine tentatione, quia præfectus noſter per tentationem noſtram fit, neq; ſibi quiſquam innoteſcit, niſi tentatus, nec poteſt coronari niſi vicerit, neq; poteſt certare, niſi inimicum & tentationes habuerit. Sed uide iam, quomodo emerita clemētia diſſimulet malitiam, & Zeloſamis, quā

*Victorū dedecus & ſupplicium. 1.Pet. 5. & 1.Co. 9. & Iacob. Vinc. gloria. Apoc. 2. Chriſtiani certaminis ſpectatores qui ſint. Hoſtis fractus. 2.Ma. 2. Augu. in Pſ. 60.*

nouerat iam in Chriſto, dicat illi, Dic ut lapides iſti
panes fiant. Sed cur qui Euæ & Adamo pomum o- *Gen. 3.*
ſtendit, ſuaue ad veſcendum & aſpectu delectabile,
non tulit panes, vt offerret illos Chriſto, ut ſpectatis
illis fami ſuæ ſuccurreret? Omnino, quia maiora de
Chriſto conceperat, illos enim homines eſſe nouerat,
hunc Deum eſſe odorabatur, & vt certior fieret, ita
rogat, Dic ut lapides iſti &c. Si id enim non ſuſpica-
batur, quæ erat illius ſtultitia, ut hominem edere ro-
garet, quæ non ualeret edere niſi Deus? Quem ex *Cur hæc*
prophetis, lapides in panem conuertiſſe legerat? qui *forma ro*
ſi præſtitiſſent, neque id quidem ſua uirtute præſtitiſ- *gand. v-*
ſent, ſed diuina, idque docet loquendi modus non *ſus eſt ho*
enim dixit, precare Deum (cui longo ſeruiſti ieiu- *ſtis.*
nio) vt lapides iſtos in panem conuertat, ſuorum e-
nim ille ſeruorũ gratia multa ſolet & magna facere,
Vt Moyſi, Ioſue, Heliæ, Heliſæi, ſed ita loquutus *Exo. 15.*
eſt, Dic ut lapides iſti panes fiant, ita apud ſe cogitãs, *Ioſ. 10.*
ſi dicto, lapides conuerterit in panem, planè ille eſt, *3. Re. 19.*
qui dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt, Cu- *4. Reg. 4.*
ius uerbo, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis *Pſal. 32.*
virtus eorum. Sed ſi hanc illum habere uirtutem ſu- *& 148.*
ſpicabatur, & illum eſſe timebat qui pluit ſeruis ſuis *Pſal. 32.*
manna ad manducandum (Panem cœli dedit eis) po *Exod. 16*
tuit etiam intelligere, poſſe etiam ſeipſum cœleſti *et Pſ. 77*
paſcere pane, qui tantò magis erat dignus illo, neque *Cur ĩma*
exemolitis lapidibus & in ſubſtantiam panis conuer- *gis ſua*
ſis, opus eſſe illi pane. Et ſi ſuſpicabatur illum Deum *sia nõ ro*
eſſe, cur non rogabat lapides conuertat in precioſos *gauit ĩc*
& delicatos cibos, & illius ſalſitudine dignos? planè *uerteres*
quia uiderat eum antea negligere illos, & nulla illo- *panes.*
rum cura teneri, & communibus cibis paſci, & hoc
modo, illius perfectioni inſeruiens, & aliena ab illius
perfectione non petens, ſperauit illum in ſuam ſen-
tentiam pertracturum, omnia enim explorat cali-
dus hoſtis, qui tunc maximè ſæuit, cùm blandus eſt,

*Tentato ris caliditas.* tunc magis immittis, cùm ſimulat ſe eſſe miſericordem, tunc magis inimicus, cum fingit ſe amicum, tunc magis bonis nos priuare nititur, cum bona promittit, vnde tunc maxime cauendus, maiori enim cautela opus eſt,ut noſcamus illum, cum ſe in Angelum lucis trãsformat, quàm cum ſe tenebrarum principem manifeſtat, cùm quid ſub ſpecie pietatis exigit,quàm cùm aperte nepharium quid efflagitat.

*Dira inventãdo induſtria.* Vide etiam,in tentando, artem,alio.n.modo uiros ille tentat perfectioni deditos, alio ſibi indulgentes,in minima pertrahere laborat illos,reſciẽs,certiſſimum eſſe, quod qui ſpernit modica, paulatim decidit,& *Eccl.19.* quod neglecta ſcintilla ſumere ſoleat ures. Eos autẽ qui laxius uiuunt,& curã carnis faciũt in deſiderijs, *Rom.13.* aperto aggreditur ille Marte, & maiora ab illis exigit. Ad hęc,quid Chriſtus,ſacris utens uerbis(quorũ *Diuina ſcriptura in noſtros ſcripta uſus.* ille autor erat) blãde,ſed ſapiẽtiſſime rñdet? Scriptũ eſt,nõ in ſolo pane uiuit homo,ſimul docẽs, quę ſcripta erant in antiqua lege, & quę erant in noua ſcribenda,in noſtros fuiſſe ſcripta uſus, & ad Demonis artes illudendas eſſe oĩa aptiſſima, & appoſitiſſima,capiendumq; ex Sacris ſcriptis conſiliũ, Cùm tentat ille,ut illius tentationẽ illudamus,ideo illa dicta ſunt, *Pſ.118.* Præceptũ lucidum,illuminãs oculos, ut à Sathana paratas noſtris pedibus pedicas uideamus, dicta cõſiliũ, vt in rebus oĩb.quę ab illius uerſutia nobis ꝓponunt, cõlulamus illã,ne quid illi aduerſum, illius inſtigatione faciamus.Sed dices,pręſtari potuerunt iſta à uiris *Pſal.1.* Sapientib. qui in lege dñi meditantur die ac nocte, qui ſcrutãtur teſtimonia eius,qui ex hoc ſacro armamentario capere arma norunt, & illis in aduerſarios cũ opus eſt uti. Nos qui ex populo ſumus, qui iſta ne- *Leui.14.* que extremis labijs vnquã deguſtauimus quib.in Sancta ſanctorũ ingredi non permittitur, quõ ſacris his *Ezech.2* ſententijs vtemur? inuolutus eſt hic liber nobis, ex cuius ſacra lectione, capiendę illę ſunt, non deſunt

qui

qui expendant illud, nō deſunt concionatores & magiſtri, qui arma tibi miniſtrirent, ſententiaſque ſuppeditent, quoties enim illos audis pro Chriſto legatione fungentes, toties tuis manibus arma parant, quibus illum vincas, doctrinā docent, qua verſutias illius intelligas, certiſſimaq; ſunt Dauidis, illa, Multi dicūt, quis oſtēdit nobis bona? Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui dñe. Suntq; planiſſima quæ te abūde inſtruūt, vt in his quę ad mores ſpectāt non vincaris, quid.n. breuius, quid planius, aut lucidius, iſtis quę ab Euangeliſta Luca ſcripta ſunt? Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, au illis quę literis ſunt mandata, à magno Apoſtolo Paulo? Omnis lex in vno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut te metipſum, quibus obſeruatis (vt docuit magiſter uitæ) & uiuens, & uictor tentantis & illius tentationum euades, quod ſi in fide tentauerit uerſutus hoſtis, tu annoſſæ ſimilis quercui, perſta in his quæ didiciſti, & quæ edocta te ſunt ab indulgentiſſima matre Romana Eccleſia, quæ omnia ueriſſima ſunt, certiſſima & compertiſſima, neque tuis ad iſta opus eſt armis, illa, acies ordinata eſt, & te defendet, illa erit tibi locus munitus & turris fortitudinis à facie inimici, ab illa mille Clypei pēdent, & omnis armatura fortium, habetq; illa non ſexaginta fortes, qui illius pacem tueantur (ut de lectulo dictum fuerat, Salomonis) ſed innumeros, qui habent enſes ſuper fęmur ſuum, & ad bella ſunt doctiſſimi, tamen tibi iſta, nimia cum ſecuritate dicito, In pace, in idipſum, dormiā & requieſcam, quoniam dominus ſuſcepit me, dicito, Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo? & hac uitæ ſimplicitate contentus eſto. De qua, egregia ſunt illa magni Auguſtini ita loquētis, In Catholica enim Eccleſia (ut ommittam ſynceriſſimam Sapientiam, ad cuius cognitionem pauci ſpirituales in hac uita perueniunt, cæteram quippe

*1. Co.3.* — *Pſal. 4.* — *Luc.6.et Matt.7.* — *Roma.13 et Gal.5.* — *Mar.10. & Luc. 18.* — *Cant.6.* — *Pſal.7* — *Cant.4* — *Pſalm.4* — *Pſal.26* — *Aug.lib. cōt. epiſ. fund.&c.*

1.Re.14 turbam non intelligendi uiuacitas, ſed credendi ſim plicitas tutiſſimam facit,) euenit his, qui arroganti animo,ut hæretici omnes,gladios ex diuino hoc armamentario capiunt, & qui indigni militum gregariorum nomine duces & magiſtros ſe belli profitentur,quod Philiſtinis, cũ Ionathas in monte aſcendit dictũ,& ecce uerſus fuerat gladius unius cuiuſq;,ad proximũ ſuũ,& cædes magna nimis,ac ita iſti mutuis ſe vulnetibus cõfodiunt, Neq; huius,de quo agimus hoſte,inferior uerſutia iſta eſt,uulgares inducere homines,ut ex cœleſti ſcriptura ſumptis teſtimonijs,ſe defendere abilius tentationibus laborent, quibus armis corrupto ſenſu ab illo deprauatis,in illos ipſos inſurgit ipſe. Chriſtus uitæ magiſter,docẽs hoc magiſtrorũ eſſe munus,pro omni ſua ſchola certãs.Et quos orbis erat creaturus magiſtros,exẽplo ſuo inſtruens, ut pro ſuis illis,diuinis iſtis armis certarent, uibrat coruſcantẽ cœleſtis ſcripturæ gladiũ,in illum,inquiens, Scriptũ eſt,non in ſolo pane uiuit homo. Non enim diuina uirtus à qua omnia ſpectãt, ut det illis eſcã in tẽpore opportuno,& qui hominis iumenta ſaluat & ſuſtentat, alligata eſt ut ſolo enutriat ſuos pane, potens illa eſt,ſolo (ſi placuerit illi) uerbo ſuo ſuſtentare illos,quod omni pinguiſſimo, & gratiſſimo cibo ſuauius & efficacius alet,non enim penu Dei,ut penu eſt hominum,quod annumeratos habet cibos,quibus deficientibus,non habet quo conuiuas ſuos alat,Habet illud innumeros,quorũ omnium uicem,cum placet,verbo ſuo ſupplet.Hęc enim hominũ ſapiẽtia eſt, quæ publicam uiam ſciat,& Dei uias ignoret, pane tantũ credit ſedari famem,aqua ſitim gladio obtineri uictoriã, nauigijs. Tranari maria ſterilem terram non poſſe eſſe frugiferã Manifeſtarunt iſta Iſraelitæ poſt cõſumptũ conſperſum ex Ægypto adductũ,ita loquentes,Cur induxiſti nos in deſertum iſtud, ut occideres multitudinem fame? Et cùm a tergo inſtantem

*Boni munus magiſtri.*

*Pſ.103.*

*Pſal.70*

*Dei penu abundãtiſſimũ*

*Exod,14*

rem uidebant hoſtem,& ante oculos mare, uiam occludens,nullis occupatum nauigijs quibus ſolet illud ſecari,dixerunt ad Moyſen, Forſitam non erant ſepulchra,in Ægypto, & ideo Tuliſti nos ut moreremur in ſolitudine? Non expendentes,quod non in ſolo pane uiuit homo,ſi potentiam Dei conſideret,quo tantum anguſta ſua potentia conſiderata,ſe poſſe ſuſtineri credit non.n.uiæ Dei,ſunt uiæ hominum,ſed mirabilis illis facta eſt ſcientia Dei. Vnde cùm econtra contingere uident, & paſtoſſe contemplantur in deſerto ubi non erat panis,aqua refrigeratos in loco ubi non erat aqua,& terram ſine aqua conuerſam in exitus aquarum,& terram ſterilem mutatam in fructiferam,mare conuerſum in aridam,ſuæ ſapientiæ anguſtiam confitentes,quæ credebat ſolo poſſe paſci pane hominem,mirati ipſi diuinam potentiam,ab illius mirabiliū prædicatione non ceſſant, Cantemus Domino,glorioſe magnificatus eſt,equum & aſcēſorem defecit in mare. Memētote mirabiliū eius. quæ fecit,pdigia eius & iudicia oris eius.Cōfitemini Domino quoniā bonus,quoniam in ſeculū miſericordia eius. Dicāt qui redēpti ſunt à Dño, quos redemit de manu inimici &c.Extollamus igitur,& nos animos, in illius oīpotēti uirtute ſpē noſtrā cōſtituētes,ſperātes, ꝙ cū cōmuni quo ſolet rebus modo,nobis nō cōſuluerit,cōſulet pro ſua pietate mirabili,& ꝙ noluit Dæmonis facere ſuaſum,ut & nos nihil illius inſtinctu faciamus etiā ſi humano iudicio uideatur conueniēs,utile & neceſſariū,ut uideri potuit panis sūptio, ut diutinę ſuccurreretur fami faciet noſtris precationibus,lapides conuertens in panes,aut multorum hominum duritiem emoliens, ut noſtræ illi neceſſitati pane,ſuccurrant nobiſque ſubueniant,aut deſperata tempora(ut ſolent uideri illa in quibus cœlum apparet, ferreum,terra, non lapidea tantum, ſed ignea) ſuo uerbo emolita reddens, & in panes conuertens,

*Eſai.55*

*Pſal.138*

*Exod.15*

*Pſal.77*

*Pſal.106*

*Quomodo lapides conuertit Chriſtus in panē.*

*Leui.26* tens, illa. Conuertens etiam lapides in panes, duros labores, quibus ſolet mortalium uita redundare, ita temperans, ut, illorum duritiæ emolita, comedi iam poſſint ut panes, qua potentia aperte uſus eſt in Iob, ita loquentem, Flagellis ſuis cinxerit me, ecce *2.Cor.11* clamabo uim patiens, & non exaudiet? Et in Paulum, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter ſic potuit hoſtis, hoc primo inſultu ita ſapienter repulſus, à ſecundo deſiſtere congreſſu, ſed non is fuit illius unquam in pios animus, aggreditur illos, neque ad extremum uſque congreſſum deſiſtit, ne *Vide Gregor. lib. in 13. c. 9.* quo ſpem uincendi deponit aut arma, & ſi millies diſceſſerit uictus, perſtat ille in malo ſtudio, quod ſi nos in boni conſecutione apponeremus, conſequeremur illud, ſed nos ſtatim fatigamur, laſſamur, deſiſtimus, ſi cumprimum oppoſita cura eſt; fruſtra- *Inconſtãtia in aſſequutione bonorum.* mur optatis. Idq; nobis, in animi contingit bonis, nam in his quæ corporis aut fortunæ ſunt, conſtantiſſimi ſumus, pro horum aſſequutione. Etſi ſæpiſſime fruſtrati ſumus, aut in ſolo, aut in ſalo, aut mari, ſiue fauore Principum ſiue mercium diſtractione, conſtamus, Cumque una non ſucceſſit uia tentamus aliam, Eneique in his ſumus. In animi autem bonis, tenelli pueri, Quæuis occaſio, etiam ſi læuis illa ſit, retrahere facit manus. Carnis mortificationem es agreſſus ieiunio illam & oratione conſequi utcunq; laboraſti, non ſucceſſit, ſtatim deſiſtis. Et ab alio quouis utili nobis ipſis opere, ita deſiſtimus, *Sathan in tentando cõſtat.* ac ſi noſtra non intereſſet. Non ita tuam quærit Sathan perditionẽ, ut tu ſalutem tuam, tu ignauiter, timide, remiſſe leuiter, inconſtanter quæris illam, ille pertinaciter, uigilanter. & una alteraque & multis tentationibus tuæ inuigilat perditioni. Id hodie manifeſtat, cum tot fruſtra tentationes uigilijs apponit. Explicuitque iſta Petrus, cum, ut illius

ferocitatem in homines & immanitatem & ferita- *1.Petr.5*
tem explicaret, non conſulit illum cani, non vul-
pi, aut lupo, ſed leoni ferarum omnium magis
terribili, neque dixit illum inſidiari, ſed circuire, *Cur ho-*
vt ex omni parte impeti nos ab illo intelligamus, *ſtis leoni*
qui circuit, ut ſi quam partem, imparatam inue- *compara-*
nerit aggrediatur, ſimul & nocendi nobis iuge ſtu *tus.*
dium explicans, noſque terribilis & horrendi ho-
ſtis prædictione, vigiles eſſe iubens, ideo & adie-
cit, Quærens, non in quem dentes infigat, non
quem feriat ille vnguibus, ſed quem deuoret, & vi-
tam animi deuoratus amittat. Hoc modo Satthan
in nos immanitem, & in defeſſum in noſtram perdi-
tionem ſtudium explicuit, Non tamen, ſiluit ſum-
mus Apoſtolus arma, quibus erat illi reſiſtendum,
Cui, inquit, reſiſtite fortes in fide, omnino hoc modo *Gen.6*
reſiſtendum illi eſt, fide, non metu, non puſilanimita *1.Reg.17*
te, ſed fortitudine. Neque fortitudine lacertorum,
fortes enim fuere gigantes, fortes Goliath & Saul,
& tamen ille vicit illos, ſed tantum fortitudine &
ſtrenuitate animi, qua præditos, fugit ille, etiam
ſi adoleſcentes illi ſint aut teneræ virgines, Reſiſtite *Iaco.4*
(inquit idem) diabolo, & fugiet à vobis. Expende,
iam quanta ſit fortitudo piorum, quæ leonem ver-
tit in fugam. Fortes igitur in fide ille timet, vt timuit
plane illos, de quibus grauiſſime Paulus. Sancti,
per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, ob-
turauerunt ora leonum, & extinxerunt impetum i-
gnis, & in fide illi animoſe reſiſtentes fugit, vt fugit
ſtos. O ſpecioſum certamen, ſi tam fuiſſet aſpectu *1.Reg.17*
gratum Dauidem cum leone contendentem ſpe-
ctare, quanto erit gratius, lætius & iucundius, Chri-
ſtianam virginem ſpectare, cum immaniſſimo leone
certantem, & illum in fugam vertentem, ut certa- *Victoria*
runt Agnes, Lucia Dorothea, & innumeræ quæ cer- *Virginū*
tant hodie intra priuatos parietes, quas nunc ipſe, *ſpecioſa*
nunc

nunc ſuo acti multi ſpiritu ad mala tentantes ſollicitant.

*Text,* Repulſam paſſus Sathan, aſſumpſit eum in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit ſupra pinaculum templi. Hæc ſunt illa, quæ à principio diximus eſſe mirabilibus mirabiliora, quod permittat ſe aſſumi Chriſtus à Diabolo, & in Sanctam ciuitatem deduci. Quæ omnia, cum hominum amore fiant, & in illorum exemplum & inſtructionem, quò humiliora illa ſunt, tanto in maiorem admirationem rapere debent illa hominem, noſſeque debet ille, quantopere ſeruire teneatur illi, qui, vt illi benefaceret, ad tanta tamque humilia, ſe dimiſit, ut permittat ſe à Diabolo nunc huc nunc illuc aſſumi adduci. Si quemadmodum Sanſon nolens & inuitus à Philiſtinis ductus eſt in Piſtrinum munus ita vile & indignum homine, volens pro alicuius amore, commodo, & honore duceretur, quanto ille Sanſoni teneretur? Permittit igitur aſſumi ſe nunc a Diabolo, qui poſtea ab illius miniſtris, vt optime Gregorius, permiſſit ſe comprehendi, illudi, flagellari, & arundine percuti, omnia ferens ac permittens in hominum amorem, & Redemptionem. Conſtituto igitur, iam Chriſto ſupra pinaculum, ita illum alloquitur, Mitte te deorſum. Non diſſimilia ſunt quæ ſemper ille ſuadet, omni cum ſint ſemper rationi aduerſa. Quis enim cerebro valens, pro hominum inani gloria deorſum erat ſe dimiſſurus? qui ſaltem Angelicis ſe manibus ſuſcipiendum ſpectaret. Nam qui iſta præditus eſſe ſpe pios, ſanctos, & gratus futurus erat Deo, cui rem ingratam ſe factuum ſciret, ſi abſque vlla neceſſitate ſeſe deorſum dimitteret, ſciret etiam ſtatim, quod inanis intuitu gloriæ, ſimilia faceret, quod ſeruus illius eſſe definerer, vnde, neque Angelorũ, ut promittebat ille, auxilio & cuſtodia potiretur, ſed collideretur, vt Simoni euenit mago, in cœlos

*Amor Chriſti in ſuos.*

*Iud. 16*

*Gregor.*

*Stultiſſima ſemper petit Sathan ſi expendãtur illa.*

ſe

aſcēdere fingenti. Vnde quiſquis quæ à Dæmone cuntur aut ſuggerantur, diſcuſſerit, diſſona ſem- r omni rationi inueniet: & quibus non niſi ſtultis leat ille imponere, ſiue illa ad inanes honores ſpe- ent, ſiue ad corporis indulgentiam. Non ne ſtul- ſſima ſuaſio fuit illa Simonis, cum donum Dei, om ſuperans precium, ſuaſit poſſe parari pecunia? Et ltiſſime, quibus ad idolorum adorationem indu- gentes, impellitq; filios filiasque ſuas immolare s. Sed ò miſeri quod ille in ſublime extulit. Ex- it autem omnes, quos non probitas uitæ, non in- gritas morum, non uirtus, ſed ambitio, cupiditas, ndanus fauor, importunæ preces, & dona ſine ullo merita habito reſpectu extulere. Elati enim illi it, vt deorſum ſe mittāt, & tantò fit grauior ruina, antò excelſius, a quo dimittantur, faſtigium. vides iuſmodi homines demiſſos ſtatim deorſum, nihil olimè, nihil excelſum, nihil cœleſte, aut diuinum gitantes, & tantum quæ ſuper terram ſunt ſapien- , tumentes illos inani odore, incenſos diuitiarum piditate uentri ſeruientes, & modo etiam ſuo ſępe inaculo honoriſq; vertice deturbatos, ut uidiſtis ſalonem, Amanum, & his ſimiles innumeros. De quos modo etiam ſuo conſtituit, ſupra pinaculum npli, ut concionatores, prælati (ſi qui horum ſunt il à nobis dicendum, neque gladius in ueſtem un- orum Domini eſt extendendus, ut abſcindat illam, nos dolores tactus docuit Dauid. De magiſtris, os ille hodie ſupra pinacula templorum conſtituit; us modi ſunt hæretici, qui etiam & quæ ille illis erit loquuntur, longa poſſet haberi oratio, ſed miſ faciamus illos, & quæ docent omnia, quibus ſe ac os deorſum demittunt demittentq; in infernorū a. Sed quid ad illa Chriſtus ſanctiſſimus, Scriptum , non tentabis Dominum tuum, Ecce diuinarū ſcri rarum diuerſum uſum Chriſtus utitur illis natiuo

*Acto. 8. & 12.*

*Pſ. 105.*

*Miſeri quos ad honores extulit Sathan.*

*Col. 3.*

*Qui ſint qui ſi de- orsū mit- tunt.*

*2. Re. 28*

*Heſt. 7.*

*1. Re. 24.*

*Text.*

ſuo

ſuo ſenſu,quem nouit,qui illarum auctor erat, utitur
Pſ. 118. ad idipſum ad q. ſcriptæ ſunt. Scriptæ enim ſunt ut
ſeruentur,ut cõſilium noſtrum ſint, vt ad illarum nor
mam nos factaq; & mores noſtros componamus, ut
non diſcedamus ab illis. Veriſſima enim illa ſunt,in
quo corrigit adoleſcentior uiam ſuam? in cuſtodien-
*Bonus ſcriptu-rarum uſus.* do ſermones tuos. Illa item, tunc non confundar, cũ
proſpexero in omnibus mandatis tuis, utitur illis, in
hominum utilitatem,& patris gloriam Chriſti veſti-
gijs hærent qui pro illo legatione funguntur, tanquã
2.Cor.5. Deo exhortante, per illos qui declarant ſermones il-
& Eph. lius,ut illuminent & intellectum dent paruulis, qui
Pſ. 118. ſecundum eloquium illius,dirigere ſuos laborant, ut
non dominetur illis omnis iniuſtitia,ita ut apud ſe di
cere quiſq; poſſit,uiam ueritatis elegi, & iudicia tua
non ſum oblitus,quærentes, non quod ſibi utile eſt,
1.Cor.10 ſed quod multis,ut ſalui fiant. Diuerſo & contrario
modo Sathan ille ſacris utitur ſcripturis, ſed non in
Genuino ſenſu (cuius modi eſt, quem complectitur
Romana mater Eccleſia) ſed uitiato,corrupto,de tor
*Abutuntur ſcripturæ perfidi hæretici.* to, idque in hominum, pernitiem, omnes deorſum
mittere laborans, ubi infœlix ſuum habet locum. Il-
lius maligno loquuntur ſpiritu Aepicuri de Grege
porci,Lutherani,& perfidi hæretici omnes, ſalutife-
rum diuini uerbi gladium in mortiferum uertentes,
ſuaues illius,& animos inflammantes ignes, in ignes
Tartareos, ſplendorem illius illuminantem, in excæ
cantem fulgorem,facientes ſcaturire uermibus, cœle
Exo. 16. ſte illud manna. Docuit iſta Chriſtus optimus ma-
ximus, ſapientia, qua diximus, & bonitate inenar-
rabili, ſacra loca citans; unde, inter innumera illa
Aug.ſer. 38. ad fratres. commoda,quæ de ſacra ſcriptura refert magnus Au-
guſtinus,diabolum illam reijcere dicit, Diſcite diui-
nam ſcripturam filioli, ſæpe eam legite, quia lenior
oleo,ſublimior auro, argento purior. Hæc eſt quæ
præcipue in Deum prouocat,& Deum diligere inui-
tat,

eat, corda illuminat,linguam purificat, conſcientiã probat.animam ſanctificat,fidem confortat, diabolum reijcit. Simul docens,certiſſimam eſſe regulam non uitę,& agendorum tantum diuinam ſcripturam ſed ad diſcernendum quæ ſint grata Deo,quæ ingrata, quæ præcipiat ille, in quæ inducere laborat Sathan.Quotienſcunq; enim contraria illi ſuadet ſano, uero,pie intellecte modo quo à ſãctiſſima matre Romana Eccleſia inſtruimur,mẽdacium illud eſt, & manifeſtus dolus, error in noſtram perniciem machinatus,alieniſſimus à ſenſu pio,& uero, etiam ſi mendaciſſimè dicant ſermonem illa ſonare Græcum,Chaldæum,aut Hebræum. Sonet noſtris auribus uox Eccleſiæ dulcis.quæ utinam in illorum ſonaret.Eant miſeri iſti in adinuentionibus ſuis, qui traditi ſunt in deſideria cordis eorum, iſta omnia relucent, in Chriſti mitiſſimi,ſapientiſſimo reſponſo. Scriptum eſt,non tentabis dominum Deum tuum. Quorſum ab illo miraculo petenda aqua ubi torrentes inundarent? Quorſum panes,ubi copia eſſet magna tritici? quorſum exiccatio maris, ubi innumera eſſent nauigia? Quorſum me deorſum mittam vbi oppoſita ad deſcendendum ſchala eſt? Neque enim piorum eſt, Deum tentare, neque Deus talis ut tentari debeat. Adiutor enim ille dicitur,in opportunitatibus,& vbi opportunitas non eſt,neque miraculoſum illius auxilium implorandum eſt, neque ipſe concedet illud. Adhuc eſcæ eorum,erant in ore eorum,& ira Dei deſcendit ſuper eos, quia cum manna haberent, cœli panem, uolatilia appetiuere. Cum autem neceſſitas inſtat, nil hæſitantes,petamus.Dat enim ille affluenter,& non improperat, Fecere ita Moyſes, Helias, Heliſæus,Ioſue,Petrus,Paulus, Ioannes, imo & ipſi, cum opus erat,ſuo nomine miracula ædidere. Nolis igitur tu,cum ſcholæ ſint & gymnaſia,miraculo doceri.Nolis ubi ad manum panes ſunt,miraculo ſuſtenta

*Encomiũ ſcripturæ*

*Romana Eccleſia fidiſſima diuinarũ ſcripturarum iterpres.*

*Pſal.26.*

*Pſal.9.*

*Pſal.77.*

*Iacob. 1.*
*Exo. 15.*
*1.Re. 17.*
*4.Reg 6.*
*Ioſ. 10.*

*Pſal. 9.* *Pſal. 8.* *Text.*

ri. Noli ubi medicina eſt, ſpreta illa, ſanari miraculo, ſed utere iſtis, quæ etiam à Deo in tuum commodũ inſtituta ſunt, & te actua commenda illi. Et caue, ne quando diuinam illius benignitatem tentes, quæ cũ cogitationes cordis audiat, & in neceſſitate clamantes iuuet, tentantes illum reſpuit. Tunc aſſumpſit in montem. Mirari oportet Chriſti lenitatem ſapientiſſimam.

*Magna de Chriſto concipit quando ita maxima perſi-dus promittit. text.*

Omnia hæc tibi dabo, ſi cadens adoraueris me, Tunc repellit cùm maiora promittit, tunc dicto fugat illum (ut imperij illis, uis magis agnoſcatur) quãdo telo utiliter ille maiori & magis metuendo. Expende, quomodo ferre non poſſit diuini ictum uerbi, quomodo inuitus, iubenti, obſequatur, & momento eodem, eodemq; modo quo præcipitur illi, neq; de poſuit adhuc Chriſtus (uertẽdus cum ſit ille in fugã) arma ſacra, ſed dixit, Vade retro Sathan: ſcriptum eſt enim dominum Deum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ut oſtenderet, non potentia tantum uiciſſe fugaſſeq; illum, ſed ratione, & ueritate; quando quidquid ab il lo fiebat, conſonum, cœleſti ſcripturæ erat quidquid dicebatur ſumptum ex illa; Quæ autem à Sathana, rationi & ſcripturæ omnia diſſona, ſiue dicta illa eſſent ſiue facta. Vnde, utroque uictus ille modo, diſceſſit miſer, & iubentis potentia, & ueritatis uirtute, ſimul & ſuos inſtruens, ad extremum uſque certamen non eſſe deſerenda arma ſacra, precantes ſemper, dirige me in ueritate tua, & ut doceat, manus ad prælium, & digitos ad bellum.

*Pſal. 24. & 5. Pſal. 17.*

## *BREVIS QVAEDAM alia Euangelica conſideratio.*

IAM igitur expende, & ita ducem ſummum alloquere. Quorſum ò bone, aut deſerta petis loca, aut

aut ieiunas? Hæc enim opportunitas loci, hoc ſilentium, hæc ocaſionum fuga nobis neceſſaria eſt, hoc nobis neceſſarium ieiunium, ut ſpiritu, facta carnis mortificemus, ut Agar ſubijciamus ancillam, carnem ſcilicet, aduerſus dominam rationem inſurgentem, ut rebelle corpus ſpiritui ſubijciamus, cogamusq; illud ferre iugum, & illius dictis obſequi, nobis inquam, in quibus caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & qui intra noſmetipſos, duos populos rixantes ſentimus. Tibi quorſum deſertus locus, qui pax eſt ipſe, & cui cuncta ſilent, cui non maris rugitus, non urbium ſtrepitus impedimento eſſe poſſunt, ut tibi ipſi patriſq; tui ſupernis negocijs non uaces, & qui non tantum peccatorum conuictu non inficeris, ſed alli tuo mundantur? Vnde neque illorum conſuetudinē ob idipſum eſt dedignatus, ſed curaſti ſemper illam, ut tua luce illorum fugares tenebras, ut tua doctrina, omni medicamento magis efficaci, ſanares illos, ut exemplo tuo, ſemper prouocares illos ad meliora, errantes, ſemper ſicut oues quærens. Quorſum tibi deſertus locus, qui tua præſentia ciuitates honorificas & ſanctificas? Quorſum tibi ieiunij dieta (vt ita dicamus) qui non tantum non es infirmus, ſed ſalus ipſa & ſanitas, & qui ſanas omnes infirmitates noſtras, & redimis de interitu vitam noſtram, in quo nihil eſt, quod aduerſetur rationi, nihil qđ contrarium ſit ſpiritui, nihil deniq; qđ ieiunio egeat? Sanitas ipſe eſt pax tranquilitas, decus gloria. Nequaquā indiget ille iſtis, quemadmodum neq; ad ſuam ſanctificationē, aut redemptionē, quia ſanctificator ille erat, & redemptor, paſſionis non egebat ille tormentis) ſed quia attritus poſtea fuit pp ſcelera nr̄a, ut eius liuore ſanaremur, nūc pp eadē, & deſertum petit, & orōni uacat, & longo tpe ieiunat. Pro nobis igitur, qui in hoīum conuictu uiuimus, ut purè uiuamus, petit deſertum. Pro nobis ad patrem preces fudit, ut noſtri miſereatur. Pro

*Col. 3. 1. Pet. 3. & Ro. 8. Gen. 21. Galat. 5. Gen. 25. Chriſtus cur in deſertū petierit. Pſ. 118. Mat. 12. Chriſtus nō egerit ieiunio. Pſ. 102. Eſai. 53. Expende Chriſti ī hominē amorem.*

nobis ieiunat, quibus eſus tantopere nocuit. Nobis enim eſt natus, nobis datus, ſimul etiam docens, res eſſe gratiſſimas patri, orationem & ieiunium, prodeſſeque nimis, ut perfectè iſta fiant, deſerti petitionem loci eſſeq; iſta, nos, pro nobis ipſis facturos, quādo pro nobis illa ipſe fecit. Eſt igitur nobis deſertus locus, non tantū ut uacemus orationi & ieiunio opratus, ſed ut fugiamus de medio Babylonis, ubi tanta rerum confuſio & perturbatio eſt, atque ut id celerius fiat, ita noſtrum quiſque precans, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcam, & fugiam in ſolitudinem?

*Res Deo gratiſſima, oratio & ieiunium.*
*Hier. 51.*
*Pſ. 105.*

Sed dices, nō omnes deſerta loca petere poſſumus, neque ſolitudinem quęrere, hoc ſaltem poteſt & tibi ſupra modum neceſſarium eſt deſerta loca ab improbis, à nefarijs, à ſceleratis quærere, ſolitudinem iſtorum inquirere. Expende deriuata damna. Iſraelitico populo, ex commixtione gentium, Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierūt ſcruptibilibus eorum. Vera iſta reſciēs Paulus, cum alioqui magnus eſſet pacis & contubetni amator, ita loquitur. Si qui frater nominatur inter uos eſt fornicator, aut æbrioſus, aut auarus, aut maledicus, aut idolis ſeruiens, cum huiuſmodi neque cibum ſummere. Expende typum Exod. 23, Ne inibis cum eis fœdus, non habitent in terra tua (rationem reddit) ne fortè peccare faciant. Arma & gladij in uia peruerſi, cuſtos autem animæ ſuę, longè recedat ab eis. Hinc Dauid Rex, cum eſſet propheta & ſanctus, ait, O diui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo. Vides, quomodo deſertum petiuit Dauid, nequaquam ſibi ſidens? Tu pete, & ſi quam habiturus es in hac ſolitudine ſocietatem, illa ſit, quæ tibi auxilio ſit, & non impedimēto ieiunio orationi & laudabili omni actioni, & ſilens dicto, quod loquens dixit, Si quis domini eſt, iungatur mihi, oculi mei ad fideles terrę, ut

*Pſ. 105.*
*1. Co. 5.*
*Exo. 23.*
*Pro. 22*
*Pſal. 25.*
*Exo. 32.*
*Pſ. 100.*

vt ſedeant mecum, innocentes & recti adhæſerunt mihi, quia ſuſtinui te domine. Non adhæſit mihi cor prauum, detrahentem à me malignum, non cognoſcebam, detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Nobis igitur, ſolitudo neceſſaria eſt, ſi nō illa in quam Chriſtus migrauit hodie hæc de qua loquuti ſumus, quæ non erit nobis impedimento, ſed iuuamini, ut uacemus orationi & ieiunio, ut in noſtram vtilitatem & exemplum vacauit Chriſtus. Vacandum eſt igitur orationi & ieiunio, & hoc potiſſimum tempore ad opera iſta piaque alia ſanctiſſime dicato, & deſtinato. Hoc, huiuſmodi bonorum ope rum emporium, hic horum fructuum autumnus, & maiarum meſſium æſtas. Sed modo quo debent iſta fieri, noſſe maxime oportet. Vacandum orationi, cumque nec omnes neque ſemper uacare poſſint ei orationi quæ dicitur mentis, vacent ei quæ dicitur uocis, mente tamen, nam vera ſunt illa Pauli Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſalam ſpiritu, pſalam & mente, & orantes expendant iſta quæ ſumma cum breuitate dicimus, ne plus ſolito prolixi ſimus, quis ſit quē orat, & quæ morat, & quæ ſunt quæ orat, ut humilis ſit & ſubditus in orando, & reuerens & adorans Deum quem orat, & digna quæ exaudiantur ab illo, quę orat.

*Pſal.24.*

*Bonorū operis ſ. rax quadrageſimum ma.*

*1.Co.14*

*Quæ expendēda in oratione.*

Ieiunium item ſit, quale ille elegit illud, ita, ut corpore ieiunante, ieiunet & mens ſobria, à labe prorſus criminum, nam egregia ſunt illa Bernardi, Si gula ſola peccauit, ſola ieiunet, ſi uero peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipſa? Illa item Gregorij. Illud ieiuniū Deus approbat, ut hoc quod tibi ſubſtrahis, alteri largiaris, ut unde tua caro affligitur, proximi caro reparetur.

*Ieiuniū quale.*

*Bernar. ſerm.28*

*Gregor.*

Non poſſunt ſacra interſe diſſona eſſe teſtimonia, neque quæ antiqui ſunt teſtamenti, neque quæ noui, neque quæ utriuſque ſunt interſe. Cum enim uaria

*Vtriuſq; teſtamẽti autor uirus.* ſint capita, varij etiam ſolent eſſe ſenſus, & ſententiæ, vtriuſque autem teſtamenti, & eorum omnium quæ in illis ſunt, vnum idemque caput ſit Deus, vnde, non poterunt omnia non eſſe certiſſima, & certiſſime conſona, ideo vtraque teſtamenta dicta ſunt *Cant.* 7. duo humuli gemelli, dicta Cherub, è regione ſe in propiatorio ſpectantes, vndè, cum in nouo teſtamẽ-*Exo.* 25. to dicitur, Nemo cum tentatur, dicat, quod à domino tentatur, Deus enim intentator malorum eſt, *Iacob.* 1. ipſe autem neminem tentat, & in veteri, Quia tentat vos dominus ueſter, vt palam fiat vtrum diliga-*Deu.* 13. tis eum an non, & nunc, Fratres, quoniam vos eſtis ptesbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet ani *Iud.* 8. ma illorum, ad eloquium veſtrum corda illorum erigite, vt memores ſint, quia tentati ſunt patres no-*Sap.* 3. ſtri, vt probarentur, ſi verè colerent Deum ſuum, & alibi, Quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe, non diſſonant iſta, ut ex illorum con-*Cur tẽtari homo permittitur.* textu conſtat & ſenſu. Nam Deus intentator malorum eſt, vt Iacobus docet, Non enim tentat ille, vt ad mala pertrahat tentatos, ſed tentat ut excitet illos, ut ſuæ fragilitatis admoneat, ſeque indigere diuina ſemper agnoſcant cuſtodia, & vt illa indigi, ſemper illam & expectent & petant, vndè, ille qui *Eccl.* 34. non eſt tentatus quid ſcit? Tentat etiam vt mundo etiam fiant illi cogniti, quorum abſcondita cordis cum noſſet ille, noſſetque omni theſauro eſſe precioſiora quæ latebant in illis, neſciebat illa mundus. *Vtiles mundo piorũ tẽtationes.* Quis in humano, mollique ſua natura corpore, animum crederet eſſe adamantinum, ut fuit in Iob, intentatus fuiſſet ille, latuiſſetque nos, ſol ille ſplendidiſſimus, qui abſolutè cuiuſdam perfectionis radios *Dan.* 3. in omnia ſecula emiſſit, Latuiſſent tandem, & in *Gen.* 39. fractum Danielis robur, & Ioſeph puritas adamata, & lumina alia, in ſecula omnia nitentia, ni tentatio nobis illa manifeſtaſſet, quæ ueluti clauis eſt, qua

latentia in corde aperiuntur, & manifeſtantur. Ex- *Tentatio*
plicuit id nobis ſacri hiſtoria Thobiæ. Hanc autem *pectoris*
tentationem, Dominus permiſit euenire illi, vt po- *clauis.*
ſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſan- *Iob. 1.*
cti Iob, vndè, & eodem dictum, Et quia acceptus *Iob. 12.*
eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.

Digniſſima conſideratione ſunt Angeli uerba, Quia acceptus eras Deo. Vide tentationis redditam mirabilem rationem. Acceptionis igitur diuinæ iudicium, in multis, tentatio eſt & immiſſus labor, non odij. Sonant ad ipſum, illa, Multæ tribulatio- *Pſal. 60.*
nes iuſtorum, quem diligit dominus flagellat. Sed vt diſcerent quaſque tentationes ſuperare, & poſt ſuperatas expectare gloriam, fecit illa omnia Chriſtus, &c.

## Magiſter volumus a te ſignum uidere. Matth. 12.

VERISSIMA ſunt, quæ ab *Eſa. 30.*
ſcribis dicuntur Chriſto, ille e- *& Io. 2.*
nim mundi magiſter eſt, cœleſtis doctrinæ auctor & doctor, hocque fuerat ipſe pollicitus à prophetis, nomine. Hoc ſuum *Mat. 3.*
eſſe munus, oſtendit in transfiguratione cœleſtis pater, cum dicit. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè *Mat. 28.*
complacui, ipſum audite. Hoc ſe digniſſimum nō- *& Mat.*
mine expreſſit Apoſtolis ipſe, cum dixit, Vos voca- *10. &*
tis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum ete- *Ioā. 13.*
nim: Et alibi, Vnus eſt enim magiſter ueſter. *Luc. 11.*
Hacque potiſſimum de cauſa, ſapientia, ille, pa- *& 1. Co.*
tris uocatus eſt, & tributa illi quæcunque ſapien- *1. et co. 2.*
tiæ ſunt, quod mundum eſſet diuina prorſus illu- *Pſ. 134.*

ſtraturus doctrina. Signorum item operator potentiſ ſimus ille erat, omnia enim quæcunque uolebat fa ciebat in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus
*Exo. 15.* abyſſis, eratq; illi nomen omnipotens. Quæ nam igi tur cauſa fuit, propter quam, qui cum conuiciaretur
*Pſal. 37.* factus erat ſicut homo non audiens, &, non habens
*1. Petr. 2* in ore ſuo redargutionem? Qui cum malediceretur non maledicebat, qui cum pateretur non commina-
*Mat. 11.* batur, qui ad impias, peccatoris uoracis dæmoniaci
*Chriſtus* voces, nimis blanda exhibebat reſponſa? Quin & po
*cur ad cō* ſtea præcipitari illum è montis uertice uolentes, cō-
*uitia ſi-* prehendere, lapidibus impetere, nihil neque dixit ne
*lit.* que fecit nō molle & manſuetum, nunc ad ueras cer
*Ioan. 10.* táſque de illo uoces, ita reſpondet acerbè, Generatio
*Pſal. 11.* mala & adultera. Acceſſerunt hi, labijs doloſis in corde, & corde loquentes, hac uerborum blanditie uenenum pectoris diſſimulantes, acceſſerant perſo- nam gerentes amicam, inimicam vero faciem. Id
*Pſ. 138.* intelligens, ſecretò cupiens mederi uulneri, Chri- ſtus, cui non eſt occultatum os in occulto factum, quique cognoſcit nouiſſima, & antiqua, reſpon- ſum exhibens non fictis uerborum blanditijs, ſed peccatorum, crudeliter durum reſponſum exhi- bet. Neque illorum annuit ſimulatæ rogationi, quia non utilitatis capiendæ cauſa, quærebant ſi- gnum, ſed calumniandi, cauſam capere curabant, potentius, & mirabilius miraculum exhibens re- ſpondendo, quàm ſi uiſum reſtituiſſet cæco, aut So- lem medio cœlo iuſſiſſet ſtare, nam maioris po- tentiæ eſt pectoris abdita noſſe, cogitationes cordis audire (quod ſolius Dei eſt) quàm externa alia mi- racula operari. Hac igitur de cauſa, ita reſpondet a- cerbe, quod indecens eſſet fieri ad conuitia. Nam
*Pſal. 26.* præterquam quod agni manſuetiſſimi pollicitus erat
*Mat. 11.* nomine, dicere poſtea nequiret, Diſcite à me, quia mi tis ego ſum & humilis corde, neq; ferendæ ignoſcen

dæque

æque iniuriæ doctrinam dare, quæ tantopere ſa- *Matt. 5*
cris ſuis in literis commendata eſt. Docuit præter-
eà, blandam adulationis peſtem optimis ſæpe homi-
nibus pernicioſiorem futuram, apertis conuitiis,
apertaque conuitia patientia eſſe ſuperanda, igneſ-
que illos molli manſuetudinis aqua extinguendos,
Vincendumque in bono malum, adulationem uero
excutiendam, adulatores acerba reprehenſione fe- *Adulato*
riendos, quia eorum molliti ſuper oleum ſermones *res excu*
iacula ſunt, pluſque nocent manifeſtis inimicis, nam *tiendi.*
illos metuimus, cauemusque ab illis, hos foue- *Pſal. 54.*
mus, credimuſque nos, noſtraque illis, oſculoque *Luc. 22.*
ut quondam Iudas tradunt, & vt Ioab Amaſiam gla- *2. Re. 20.*
dio transfigunt, cùm tñ [ut optime quidam) expedi
ret, nos in coruos quã in illos incidere, nã illi uorant *De adu-*
mortuos, iſti uiuos. Nos uero nequaquam Chriſti *lationis*
Optimi Maxime ueſtigijs hærentes (cum tamen *pnitie uid*
reliquerit nobis, ille exemplum, ut ſequamur ueſti- *de Aug.*
gia eius) iniurias non ferrimus, ſed cum fœnore reta *ſer. 29.*
liamus, excandeſcimus debacchamurque in autores, *ad fratr.*
blandis autem uerbis imponentes, Et ſi menda- *hic epiſt.*
cia illa nouerimus, hos amore proſequimur, be- *ad ruſti*
neficijs dementatores noſtros, ac prorſus incanta- *col. 49.*
tores afficiente. Qui ſimiles ſunt aucupibus, uena- *1. Pet. 2*
toribus, piſcatoribus, qui exitium harum rerum *Adulato*
appetentes, & ſuam vtilitatem curantes, illarum ſe *res quib.*
ingenijs accomodant. Falax hoc uitium, pernitio- *ſimiles.*
ſum quidem in omnibus ſed in Scribis & Phariſæis
pernitioſiſſimum. Sunt enim illi, & doctrinæ, & *Adulatio*
religionis titulo commendabiles populo, unde, *in magi-*
nimiam habent apud illum ſua dicta, autoritatem. *ſtris per-*
Id nunc contigiſſet (quod auertat Deus) ſi ſacerdo- *nitioſa*
tes, ſapientes & prædicatores, adularentur & pruri-
rent auribus. Nihil minus adulari nouit, quàm ſal *Matt. 6*
& ignis, quia ſal ubiq; cõdit, quibuſcunq; cibis aſper
ſus, incorruptionẽ & ſaporem impartit, ignis & vbi-

que ſuo fulgore illuſtrat, & veras rerum naturas manifeſtat. His autem nominibus, dignata eſt diuina Sapientia Euangelij promulgatores, nè vnquam viſi ſordidoque adulationis vitio ſeruirēt. Sed quæramus, qua de cauſa illos malam adulteramque generationē appellâuit? Omnino quia debitam deo fidem non ſeruabant, ob illam enim rationem antiquos iſtorum patres, quos ipſi moribus exprimebant, eiſdem appellationibus, dehoneſtauit, inquiens, Generatio praua atque peruerſa hæccine reddis Domino? popule ſtulte & inſipiens nunquid,&c.

*Cur dicta gene ratio ma la & adultera.*

*Deu. 32*

Faxit Deus, ne nos (in quos tanta tamque grandia cumulata ſunt beneficia, ob noſtram ingratitudinem, atque à Deo noſtro defectionem) miſeris hiſce nominibus ſimus digni, qui illlorum quodammodo impietati ſimiles, paſſim idola erigimus, quibus libamus, quibus modo noſtro genua flectimus, honoris ille, iſte ingluuiei, alius autem auaritiæ, quæ idoli nomine ſacra ipſa ſcriptura appellat, unde illa Pauli, Quorum Deus venter eſt, Auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus. Signum autem, quod dandum illis, ipſa teſtatur veritas, ſignum fuit Ionæ prophetæ, quo expreſſit Chriſtus, & mortem & ſepulturam, & reſurrectionem ſuam. Hoc autem ſignum, longe erat maius, quàm dicto ſedare maria, fugare Dæmones, ſuſcitare mortuos. Quis enim vnquam mortuus cum eſſet, ſeipſum ſuſcitare potuit, cum neque ſe ipſos excitent dormientes? Fecit autem horum mentionem futurorum, præſcius Chriſtus, ut vita illa iam functo, recordarentur reſurrectionis, quàm prædixerat ipſe, ſcirentque non fuiſſe ob impotentiam paſſum, dum uiueret, qui tantæ eſſet potentiæ, vt mortuus ſeipſum ſuſcitaret.

*Multorum idola quæ ſint.*

*Phil. 3*

*Signum mirabile*

His autem dictis, in illorum duritiem & ingratitudinem inuectus, inquit, Viri Niniuitæ, ſurgent in iudicio

dicio aduerſus generationem iſtam, & condemnabunt eam. Illi enim Æthnici cum eſſent, ad incogniti hominis minantes voces, illarum fide & timore perculſi, acerbiſſimam pœnitentiam egerunt, vos autem, ad meas, quæ ſalutis ſunt, quæ remiſſionem peccatorum prædicant, quæ regnum cœlorum inſtare dicunt, quæ non euerſionem, vt Ionæ voces, ſed redemptionem ſonant, increduli, obſtinati, nefarij, ſceleratique eſtis, cum tamen tam diſtem à Iona, quàm ſeruus à Dimino, à conditore creatura. *Vocum Ionæ & Chriſti comparatio.*

Vtinam huiuſmodi voces, merito non intonentur in nos, qui ad Chriſti uoces ita obſurdeſcimus, in quos tanta ſunt cumulata beneficia. Quis enim ante actæ uitæ pœnitentiam agit? Cùm non Ionas intonet iſta, ſed Prophetæ omnes maiorque prophetis Ioannes, omniumque prophetarum virtus, Chriſtus. Hinc Paulus, quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit tu autem ſecundum impœnitens cor tuum, &c. Qui igitur vitijs infecti ſumus, fletibus maculas diluamus, exitus, cum Dauide, lacrymarum deducant oculi noſtri, quia non cuſtodierũt legem Dei, qui vitiorum morbis afflicti, amaram pœnitentiæ potionem ſumamus, vt purgati, ſalutem recuperemur peccata confiteamur ſacerdoti noſtra, neque id frigidè ſed corde præ dolore comminuto, firmiſſimo, nõ labendi in illa, propoſito concepto, dicamus, Miſerere mei Deus, quia iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Miſerere mei Deus, quoniam infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Miſerere mei Deus, & auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, ſpeque concepta conſequutæ veniæ, ſerpentis iterũ voces non auſcultemus, quæ ſemper vetiti fructus male ſuauẽ ſuadete ſum, cũ ad vindictam impellit ad congerendas quomodocumq; *Hier. 16. Ezec. 14. Sap. 21. Eccl. 17. Matt. 3. Rom. 2. Pſal. 118. Pſal. 37. Pſal. 68. Pſal. 50.*

diuitias

BIBLIOTECA [illegible]

diuitias incitat, ad uoluptates emollit, & ad uitia omnia ſollicitat. Expendamus, ob quæ, tot nos implicemus malis, tot priuemur bonis. Quod ſi iuxta Iſa-
*Eſai.1.* iæ ſermones, (quia ita inquit, Lauamini, mundi eſto-
*Pie con* te, auferte malum cogitationum veſtrarum, quieſci-
*ſcientia* te agere peruerſe, diſcite benefacere ) mores noſtros
*ſecuritas* compoſuerimus, neque Niniuitas, neque Auſtri reginam, neque Ionam ipſum, neque Salomonem ti-
*Pſ. 111.* mebimus, neque ipſos Apoſtolos, quos iudices orbis
*Niniuita* futuros, dixit Chriſtus. Non timet reſidentiam æ-
*rũ ad nos* quus iudex neque iudicem ipſum qui non eſt reus.
*ſermones* quòd ſi perſtiterimus in malis, ſurgent ómnino ad-
*Hebr. 1.* uerſus nos uiri Niniuitæ, & hæc, atque his plura &
*Matt. 4.* horribiliora dicent. Ad uos. venit Chriſtus, æterni
*Marc. 6.* Patris ſplendor, uoluntatis ſuæ interpres, ſuam uo-
*Apoc. 1.* bis doctrinam prædicauit, obtinendæ ueniæ uiam
*tit. 2.* docuit, vobis conuixit, vos docuit & inſtruxit, ante
*1. Pet. 2.* ueſtros oculos mirabilia eſt operatus, uos ſuo lauit ſanguine, propriæ uitæ precio redemit, & populum in tenebris degentem, in admirabile lumen ſuum vocauit. Neque tamen tot emoliti fuiſtis beneficijs, neque tanto uitæ ac doctrinæ ſplendore illuminati, ſed reliquiſtis illum illiuſq; præcepta poſt tergũ proieciſtis, ſpreuiſtis præmia, contempſiſtis minas, damnabimini meritò, comparationeque noſtra, iniqui, iudicabimini. Qui fletu, ieiunio, ſacco, cinere, lamentis, uitæ emendatione, ad incogniti hominis voces (barbari cum eſſemus) ueniam à Deo im-
*3. Re. 10* petrauimus, eadem dicet Regina Auſtri, quæ viſum, auditumque perrexit Salomonem, atque ad illius rerum diſpoſitionem ordinemque miniſtrantium, & ſermones quos loquebatur ille, ita expauefacta, dixit, Maior eſt ſapientia & opera tua, quam rumor quem audiui &c. nos uero neque ſermones miramur Chriſti, qui uitę ſunt, indicibiliſque ſapientiæ, neq; domus illius, id eſt Eccleſiæ maieſtatem, neque mi-

niſtrantum in illa ordinationem, cum iſta omnia ante oculos verſentur noſtros?

Cum aut immūdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiē & nō inuenit. &c.

Loca illi arida ſunt, vbi requiem dæmon non inuenit, quæ Chriſto hortus ſunt irriguus, quæ paradiſus illi ſunt, quæ lectulus floridus, vt piorum animæ. *Text.*

Tunc dicit, reuertar in domum meam vnde exiui, & ueniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ. *Quæ ſint dæmoni loca arida.*

Domus cęleſti ſpiritu vacua, dicitur anima, quæ, ob id ꝙ diſpoſita illa ſit ad ſuſcipiendum dæmones. Aptaq; illis, ſcopis mundata dicitur & ornata, erit autem mundatio, & ornatus, digna hoſpitibus. *Cant. 1.*

Inuenit igitur mundatam domū, oculos pudicitia, linguam veritate, manus pietate. Cor virtute, quæ munditieſ, immundiſſima cum ſit, placet illi, quemadmodum placent tenebræ veſpertilioni, ſtercora vermibus. Fætidæ carnes, canibus & vulturibus, reuerſio in domum quam exiuit, cautos eſſe iubet confitentes, qui ob actam pęnitentiam expulere dęmonem, ne ſe negligant, dormiant ve. Dęmon enim velut iniuria affectus, ob expulſam ab illo paſſam, acriori illos perſequetur odio illorumq; perniciem vehementius curabit. *Text.* *Quæ ſit domus vacua.* *Quæ ſint quæ placent dæmoni.*

Inter dicendum iſta, ecce mater eius & fratres ſtabant foris quærentes loqui ei &c. Quę eſt mater mea & qui fratres mei? ſic ex reſponſo, perpende ad quantam dignitatem eleuet homines, diuinæ legis obſeruatio, diuinæ voluntatis exequutio, quæ facit illos, non Chriſti tantum ſeruos (quod omni erat glorioſius regno) ſed fratres, ſorores matrem, & in poſterum æternæ gloriæ participes. *Cautio pęnitētibus neceſſaria.*

SALV-

## SALVTATIO.

*Verbo, Chriſtus optimus maxi. Sanauit inueterati morbi infirmum, verbo ſolet ipſe Euangelico, ( quod omnino ſuum eſt, vt fuerat illud ) infirmos animos ſanare, etiam ſi inueteratis morbis ſint illi afflicti. Precemur illum, vt hodie ita contingat, diuina nobis conceſſa gratia, diuinæ virginis interceſſione. Aue Maria.*

## THEMA.

Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus, Domine hominem non habeo.

*Tota Chriſti vita hominis fuit beneficium*

IN omnibus noſtram vtilitatem ſitiens, nobis benefaciendi occaſiones, non exigua cura, pro curabat Chriſtus, vnde, digniſſimè, tota illius vita, noſtrum poteſt dici beneficium. Vtinam, in tanti recompenſationem beneficij, tota noſtra, obſequium illius dici poſſet, vtrunque noſtrum beneficium eſſet. Poſt hæc, erat dies feſtus, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, vt ſuo exemplo ad legis obſeruationem incitaret, & quibus operibus feſtiui dies eſſent ſanctificandi oſtenderet. Abſtinendum enim in illis (vt illorum ſit perfecta & Deo grata obſeruatio) non tantum à ſeruilibus corporis operibus, ſed à ſeruilibus operibus animi. Quid enim magis nobile & ingenuum, quã peccatis non fœdare animam, & diuinis vacare colloquijs, & cum Deo illa miſcere? aut quid ſeruile ma-

*Dies pentecoſtes Chriſ. li. 2. in Io. c, 123.*

gis,

gis,& ingenuo indignum homine, cuius modi ſunt Chriſtiani omnes, liberati autem à peccato ſerui fa-ꝰti eſtis iuſtitiæ,qua libertate Chriſtus vos liberauit, quàm ſeruire peccato,opus ex ſe vile,abiectū,ſordidū,& ignominioſum? De qua ſeruitute loquēs Ioannes,ait.Amen,amē dico vobis, quia oīs qui facit peccatū ſeruus eſt peccati,& Paulus.An neſcitis,quoniā cui exhibetis vos ſeruos ad obediēdū, ſerui eſtis eius cui obeditis ſiue peccati ad mortem,ſiue obeditionis ad iuſtitiā? Et Petrus libertatē illis promittens, cum illi ſerui ſint corruptionis,à quo.n.quis ſeparatus eſt, huius ſeruus eſt.Abſtinendum igitur eſt, ab externis illis ſeruilibus & ab internis. *Eſai.58* *Gala. 4.* *Ioan. 8.* *Rom. 6.* *2.Pet.2.*

Hinc,grauiſſimi Auguſtini grauiſſima illa,Bonus, etiam ſi ſeruit,liber eſt,malus autem,etſi regnet,ſeruus eſt, neque eſt vnius Domini, ſed quod grauius eſt) tot dominorum quot vitiorum.Et Seneca,ſeruus eſt,ſed fortaſſe liber animus ſeruus eſt,oſtende, quis non ſit? Alius libidini,alius auaritiæ,alius ambitioni omnes timori, Nulla ſeruitus turpior eſt, quàm uoluntaria. *Aug. li. de ciuit.* *Sene. epiſtol. 47.*

Abſtinendum, vt dixi,& ab internis,quo enim præſtantior dies eſt, tanto præſtantioribus operibus magis dignus,ſi candidis,& precioſis induit,illis diebus, corpus, cur & animus non induetur? Si quieſcit illud,cur non quieſcet ipſe? Si gaudet,cur non gaudebit? Abeāt igitur qui,ſacros hos dies,& ſolēnes,quos ſibi dicauit Deus, operibus prophanāt nō ſacris,& q tēpore quo illorū ceſſant à labore boues, laborare cogunt animos,Chriſtus vt hoc oſtenderet,& Hieroſolymā aſcendit,& ſe dignis operibus feſtiuum ſanctificat diem, miſero homini ſubueniens, & miraculo multitudini,quæ ad feſti celebrationē conuenerat,oſtendēs,quis ille eſſet ac quantus.Erat autē Hieroſolymis probatica piſcina,quæ cognominabatur Hæbraicè Betheſda,quinque porticus habens.Cum enim eſ- *Feſtiui diei perfecta obſeruatio.* *Text.*

ſet

ſet tantus hominum concurſus, digne reipublicę curã habentes, quinque porticus fieri præceperant, ut melius ſe haberet ſalutis auida ibi iacens multitudo, nos inſtruens, quod cùm infirmis ſalutaria largiri nõ poſſimus, ſaltem in illorum gratiã, & morborum alleuationẽ, quod in nobis fuerit, faciamus. Si enim gratiſſima, & acceptiſſima Deo ſunt, quæcunque in pauperẽ fiunt, quanto erũt gratiora, quę in pauperes, & rei, & ſalutis fiunt, vt ſunt infirmi? Hinc illa, de pauperũ ſubuentione, Bona eſt oratio cũ ieiunio, & eleemoſyna magis quàm Theſauros auri recondere, qui calũniat egentem, exprobat factori eius, honorat autem eũ qui miſeretur pauperis, de infirmis autem, cũ ęternæ gloriæ corona ornat ſuos, inter maxima illa propter quæ in morali illo honore illi decorantur, infirmi ſubuentio, & viſitatio annumeratur, ſibique factũ dicit, quod factum fuit infirmo, Infirmus eram, & viſitaſtiſme, vniueiſum ſtratũ eius, verſaſti in infirmitate eius, eſt, bene quo infirmũ effeciſti, affecit te Deus ipſe, tibi lectum verſando molle reddendo, qua opera tu in infirmum es vſus, Cumque opera iſta, quouis homine priuato ſint digniſſima, publico ſunt magis digna magiſtratu, quia ad illos pauperũ & infirmorum maxime ſpectat & cura & ſubuentio, & bona in hos vſus publica cũ conſumuntur, tũc durant, Cur enim illis non congruet, quod priuato conuenit homini, Qui dat pauperi, nõ indigebit, qui miſęretur pauperis, fæneratur Deo. Nunquã mihi diſplicuere illi qui ſui temporis pauperum cura habita, ad curandos, medendoſque miſeros hoſpitalia fecere, ſi enim (vt ſic loquamur) eleęmoſyna grata Deo eſt quæ labit, cur non erit fons quidã, perpetuis elegmoſynis ſcaturiẽs, gratus? Si gratus fuit Deo Ioſeph frumẽta cõdens, vt futuris neceſſitatibus cõſuleret, cur grati nõ erũt, qui in miſeros, & miſeriarũ illorũ ſubuẽtionẽ, miſericordiã condiderũt? & potiſſimũ in his annis, in quibus,

*Inſtrutio noſtra.*

*Tob.4.*

*Prou.14*

*Mat.25*

*Pſa.40.*

*Opera cura publica magis digna.*

*Prou.28*

*Expendo de hoſpitaliũ erectione.*

cum tanta ſit multitudo languentium, claudorum, aridorum,& cęcorum,tanta miſeriæ ſterilitas eſt? Si vnius aut alterius hoſpitis tã fuit grata ſemper Christo,receptio, ut ſibi ipſi factum illud imputet, ita inquiens, Hoſpes eram & collegiſtis me cur non erit grata,tam frequens & numeroſa deſtitutorum, & infirmorũ receptio hoſpitũ? Et iterum,& qui ſuſceperit vnũ paruulum talem in nomine meo,me ſuſcipit. *Mat. 25* *Mat.18*

Agregie Chryſoſtomus, Qualem mercedẽ habet qui propter Deum peregrinatur, talem habet qui ſuſcipit peregrinantẽ,& fiunt ambo æquales,& qui propter Deum refrigerat,& qui propter Deum laborat. Certiſſima igitur ſunt & illa de hoſpitalitate dicta. *D.Chry.*

Hoſpitalitem ſectantes,& Petrus, hóſpitales inuicem ſine murmuratione,datũq. illud eſt laudi Abrahamo,& Loth,vnde,illorũ nós excitãs exemplo,Paulus,ait,& hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci,per hãc enim placuerũnt quidam, Angelis hoſpitio receptis. *Hoſpitalitas cõmendatur.*

Vnde,& diuino impulſu & vt in noſtram vtilitatẽ illa ſcriberentur,bona ſua nimia cum modeſtia recẽſens Iob,vt quid Deo gratiſſimũ, dixit, Foris nõ mãſit peregrinus,oſtiũ meum viatori patuit, Erit igitur ſummè gratum Deo,publicæ erectio domus,ne foris maneat peregrinus,pauper & infirmus,& oſtiũ viatori pateat,ſitque publica iſta charitas,qñ tãtopere priuata defuit. Sed dicunt, regias illi erigunt amplaſq; domos,uerè, ſicut illæ erigantur,animo illi voluunt, anguſtæ poſſunt illæ & humiles, uideri ſi ille in illis recipitur,qui dixit,Hoſpes erã,& collegiſtis me. Quid amplũ aut excelſum tãto uideri poteſt hoſpiti cui, an guſtũ eſt cęlũ, Aut quæ inſeruiẽdi indulgẽdiq; illi,dũ infirmus eſt,cura ſuperflua, aut ſuperflui sũptus? Diſpergãt igitur iſti & dãt pauperibus,nõ ut miſeri alij in magnis diuitijs inopes,parca qui ſubueniunt manu,miſereantur iſti in hilaritate ſeminent in benedictionibus Dei ſui ſint imitatores, qui, cùm ſit [illegible] *Rom.13.* *1 Pet.4.* *Gen. 13. & 17.* *Heb.13.* *Iob. 31.* *Vide Gre go.in hoc cap.* *Expendi rogo.* *Pſal.111* *Rom.12.* *2.Cor.9.*

*Pſal.77* dat niuere, torrētes inundant, cum famelicos paſcit,
*Exod.16* pluit illis manna ad manducandū, & diſtribut diſcum
*Ioan.7* bētibus quantū volunt, & ita, larga in pauperes ſuos
*Honorifi* manu, pietatis opera exercet. Honorificauit hujuſmo
*cauit* di loca, Christus optimus maximus, ſua præſentia, cū
*ſua præ-* in huius piſcinæ porticus eſt ingreſſus, & nos ſuo exē
*ſentia* plo ad uiſcēda illa incitauit, & elargita deſtitúto hōi
*Christus* ſalutis & ſanitatis eleemoſyna, vt nos, ad benefacien
*hoſpita-* dum illis, modo quo poſſumus, illuc ingrediamur, ad
*lia.* monuit. Hoc.n. nobili illi ligno, cui beatus vir fuit cō
paratus, datum fuit laudi, quod fructum ſuum dat
in tempore ſuo, fructum ſuum non alienum, non ab-
ſcondit, non ſeruat, non in ſuos vſus conuertit, ſed
dat, in tempore ſuo opportuno & deſiderato tempo-
*Pſal. 1.* re. Quod enim magis opportunū tempus miſerendi
eſt, quā tempus miſeriæ? Aut quis dignior cui illa de
tur, quam pauper, & infirmus? Semper hæc fuit cura
ſalutis. Expende concurſum, infirmantium varietatē,
patientiam illorum in expectanda illa, eſt enim ſani-
*Cura ſa-* tas, quod ille dixit, bona valetudo, maximè diuinum
*lutis.* ſuauiſſimumque eſt condimētum, & Plutharcus, Ma
*Plato de* gnum, ad rectè de ex animi ſententia viuendum, cō-
*tuenda* pendium eſt, commoda corporis valetudo, haud op-
*bon. vale* preſſi, ſed agilis, atque ad omnem vitæ functiorem
*tud.* rectè peragendam probe conſtituti. Vnde & Demo-
*Pluthar.* ſthenes, Incredibile eſt, alicui tantam ignauiam eſſe
*problem* inſitam, ut ſalutem ſuam negligat. Precioſiſſima igi-
*18.* tur res eſt, ſanitas & ſaluus, quam tam longa expecta
tione procurabāt iſti, & res humano miſera iudicio,
languor, cæcitas, claudicatio, ariditas, humanæ & di
*Demoſt.* uinæ literæ iſta teſtantur. Et melius eſt corpus vali-
dum, quā cenſus immēſus, nō eſt cenſus, ſuper cēlum
ſalutis, ait Eccleſiaſticus, neque res eſt iſta indigens
probatione cū cōpertiſſima ſit illa oībus, & innume-
ris cōprobata experimentis. Quis.n. cęcitatē non di-
citam laborioſam, quando uir patientiſſimus Tho-

bias,

bias, de illa ita fuit loquutus, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris dego, & lumen cœli non uideo. Et ſi in hoc moderato tāti laboris ſenſu, id ſe magis ſentire dixerit nō quòd uerū Ille pulchritudinem nō ſpectaret, & floribus picturatos, cāpos & hominū vultus, ſpecioſos, ornatos & elegantes, ſed ꝙ cœli lumen nō videret. Erat enim illi cœlum vitæ ſcopus & nauigationis ſuę portus optatus, & fortaſſe ideò dixit, eo quo illius beneficio uti non poſſet, in pauperum ſubuentionem, & proximorum beneficientiam quam ille tantopere curabat. Quod autem cæcitatis morbus laborioſus ſit, uel id apertè oſtendit, quod ſacræ loquuntur litteræ. Hanc autem tentationem promiſit Deus illi euenire, vt daretur exemplum patientiæ, ſicut, & ſancti Iob, non eſſet autem opus patientiam, ſi labor, cæcitas non eſſet, neque tentatio, diceretur morbi euentus. Quæ omnia, & de claudicatione, & ariditate, & quouis alio morbo dici ſuo modo potuiſſent. Sunt igitur morbi, labores, ſed ſępe à Deo nimia cum clementia inflicti, aut vt fręnum nobis inijciant, ne pręcipites in mala ruamus, aut ut frigidam infundat, ut non ferueat auaritia, miſeraq. cupidine pectus, aut ut noſtrę nos fragilitatis admoneat, & inceritudinis uitæ memores reddat, & pro ſalute (cùm illa gaudeamus) gratos. Vnde æquo animo ferendi, aut ſicut morborum animi medicamentum, aut quędam è mortifero ſomno vitæ expergefactio, aut exercitatio patientię ad perēnia bona. Neque tamen, damnanda in infirmis cura ſalutis eſt (cùm illa optatur, ut mēs ſit ſana in corpore ſano) ſicut neque dānata fuit in iſtis. Quod meritò poteſt in multis damnari, illud omnino eſt, quód cum eiſdem, & grauioribus morbis magiſque periculoſis, grauetur animus, illius ſalutis cura, aut nulla aut exigua illa, teneantur, toti corpori intenti, fragili, miſero, caduco, &

*Cur Thobias ita fuerit loquutus*

*Morbi cur mittātur.*

*Expende iſta omnia.*

*Cura ſalutis animi a multis negligitur.*

*Seneca epiſt.72.* de quo optimè Seneca, Morieris,non quia ægrotas, ſed quia uiuis, cùm conualueris,non mortem, ſed va letudinem effugies. Habet enim ſuos morbos animus,habet ſuam cæcitatem, ſuam claudicationem, ſuam ariditatem. Id illa probant, Alienati à via Dei, vſque ad cæcitatem cordis ipſorum &c.

*Habet ſuos morbos animus.*

Confidis te ducem eſſe cæcorum, Cui præſto non ſum,hic, cæcus eſt manu tentans. Illa item, Vſque-quo claudicatis in duas partes? Claudicauerunt à ſe mitis ſuis, & Greſſus rectos facite ſemitis ueſtris, ut non claudicans quis erret, Anima noſtra arida eſt, Anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.

*Eph.4. Rom.2. 2.Pet.1. 2.Re.18 Pſa.17. Heb.12. Num.11*

Quod igitur dolore afficit pios, & in admirationē rapit ſenſatos, illud eſt omnino (humanum dico, pro pter infirmitatem carnis ueſtræ, &c.) quod tanto corporeæ ſalutis teneamur deſiderio tot modis curemus illam, illiuſque morbos depellere, animi autem morbos non ſentiamus, & negligamus, aut ſaltem ſimili ſtudio ab illis nos expedire curemus, ad illum accurrentes, Qui ſanat infirmitates noſtras,qui redimit de interitu uitam noſtram, quando præſtare illud poterit ſolo iuſſu, nulla ſpectata aquæ motione. Speque nos iubet eſſe certa, illius ad benefaciendum procliuitas, offert enim non rogatus hodie ſalutem.

*Rom. 6. Pſ.102.*

Sed multa ſunt, ingenti conſideratione digna, quæ effuſam in nos diuinam benignitatem commendant, ut adoremus illam, & totos nos deberi illi fateamur. In priſcos illos, ad corporis morborum expiationem aut ſanitatem, aquæ unius piſcinæ tantum erant utiles, mouebat aquam Angelus è cœlo lapſus,ſemel aut iterum, vnus tantum (& is erat qui primò intingebatur) optata potiebatur ſalute. Magna quidem iſta, & magna gratitudine digna, quod tanti haberet Deus homines, vt ad ſanandos illos & Angelum mitteret è cœlis,& ſanandi aquis uirtutem donaret,

*Magni habenda beneficia Dei.*

donaret. Sed quæ in nos cumulata ſunt beneficia, ſupra modum ſunt iſtis maiora, non ad morborum corporum ſanitatem (illa enim infima ſunt, & ſi magna ſint, cùm non poſſint eſſe maiora corpore cui conferuntur, quod terreum eſt, fragile & breuis æui) ſed ad ſanitatem morborum animi. Qui morbi, & verè morbi ſunt, & veram adimunt animis ſalutem. Huiuſmodi autem excellens virtus, quæ noſtri baptiſmatis aquis communicatur, non uni communicatur piſcinæ, ſed omnibus aquis, neque ſemel aut iterum, ſed quoties illa eſt opus, neque Angelo è cœlo miſſo, ſed diuini gratia ſpiritus, dono donorum omnium precioſiſſimo, neque ſanatur qui primò intingitur, ſed omnis qui intingitur, à quacunque animi infirmitate detineatur, ut in illa, à quacunque detineretur infirmitate corporis. Quæ cùm ita ſint, mirum eſt, quod noſtrum quiſque, tàm innumeris tamq; copioſis & excelſis gratus beneficijs, non dicat, Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Expende item, quod cùm omnes poſſet ſanare ea facilitate qua vnū (quemadmodum & qui alterum mūdauit leproſum, mundauit decem, & mundare potuiſſet innumeros) vnum tantum ſanare uoluit, aut quia hic, nimia ſua patientia magis erat dignus beneficio, & maiorem vtilitatem capturus ex illo, aut quia alijs utilius erat ut malè illorum corpora haberentque animi, & quod illis (vt ita dicamus) fortaſſe in ſuorum facinorum pœnitentiam fuerat à Deo conceſſum, nondum fuerat impletum. Tandem & à Deo immiſſi erant morbi, qui immiſſionis & ſanationis tempora ipſis patientibus commodiora nouerat, & qui ſanitatis autor futurus erat, qui quemadmodum in ſapientia omnia facit, fecit & illud.

*De baptiſmi immenſo beneficio Chriſtiano populo exhibito.*

*Pſal. 33.*

*Matt. 8. Luc. 17.*

*Cur ſanatur unus.*

Sed ordinem expende conferendi beneficii, ut reſcias, adhuc in conferendis ſubſidijs, & eleæmoſynis, ordi-

*Modum in conferendo be-*

*vatis ex pende.* ordinem placere illi in quo minori cum periculo errari poteſt. Si benefeceris, ſcito cui feceris, & erit
*Eccl. 2.* gratia in bonis tuis multa. Non deerunt pauperes in
*Deut. 15* terra habitationis tuæ, idcirco, ego præcipio tibi, ut aperias manum tuam fratri tuo egeno. Vides quomodo prępo nẽdi ſunt iſti reliquis, & exercẽda in illos prius in miſericordiam, quos non ſine ratione
*Tob. 4* Deus voluit tibi eſſe aut coniunctos aut vicinos? Et ſi veriſſima ſint illa Thobiæ, & illius animo digna, Ex ſubſtãtia tua fac eleæmoſynã, & noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nõ auertatur à te facies Domini. Faciendi autem illam hilariter oſtẽ
*Hilaris ſubuẽtio grata Deo.* dit, dum quodãmodo beneficium non petenti offerens, vt accipiat rogare videtur illũ. Vnde ſemper mihi gratiſſima fuere illa ſapientis, Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuã, in omni dato nõ des triſtitiã
*Eccl. 4.* uerbi mali, nonnè ardorem refrigerabit ros, & uerbũ
*& 18.* melius q̃ datũ? Et Paulus, Qui miſeretur in hilarita-
*Rom. 12* te. Et alibi, hilarẽ datorẽ deligit Deus. Iſta omnia ut doceret diuinæ autor doctrinæ Chriſtus, expende,
*2. Cor. 9.* quid in huius paralytici fecerit ſanitatem, nihil
*Text.* enim ab illo aut dicitur aut fit, ꝙ nõ ſit magnis plenũ myſterijs. Erat autẽ quidam homo ibi, triginta, & octo annos habẽs in infirmitate ſua, hunc cum vidiſſet Deus iacẽtem, & cognouiſſet qui iam multum tẽpus haberet, dicit ei, uis ſanus fieri? Erat hic homo
*Expende dũ in paralytico.* omni humano auxilio maximè inter omnes iacentes deſtitutũ, ut pote q̃ neque ſibi ipſi ſubuenire poſſet, quia iacebat, & paralyticus erat, neque hominẽ haberet, tãta erat illius miſeria, qui diutius & maiori cũ patiẽtia aquę motionẽ expectauerat. Erat il-
*Ordo in benefaciẽdo ſeruandus.* lius morbus grauior & magis inueteratus, & in quo diuina poterat magis manifeſtari virtus. Tu etiã (ſi placet) in iuuandis miſeris tantopere tibi cõmẽdatis, hũc ſerua ordinẽ, magis deſtitutis & qui magis tuo egent auxilio, in primis, tu animo ſubueni & pio & liberali.

Clementiam Ieſu quis non miretur, qui miſero & calamitoſo ſpectato homine, de ſua ſtatim agit ſalute? Potentiam quis non miretur, quando languida membra debilia & marcida, ita ſoluit à morbo & ſolido dicto, ut nō contentus quod ſanitatem ita deſideratam ſuo iuſſu recuperaſſet infirmus, vires ſuppeditauerit, ut grabatum qui tot illum portauē rat annis præ imbecillitate & morbo, præ ſalute portare valuerit illū? Quis radijs ſpectatis Solis, illo Solis non dicat eſſe? Quis uerbis ſpectatis, quibus obediunt omnia, verba Dei eſſe non dicet? qui dixit & facta ſunt. O egregiam magni Auguſtini ſententiam, Quod vides homo eſt, quæ autem ab illo tanto cum imperio fiunt, Dei ſunt, vide ne in homine lateat Deus. *Multo de Chriſti clementia conſiderando.* *Aug. 3. Rogo lege illum.*

Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſubſtulit grabatum ſuum & ambulauit, obſequutus eſt morbus & receſſit, ſanitas, & uenit, homo & ſubſtulit grabatum ſuum & ambulauit. Quòd ſi certiſſima ſūt de illius immutabilitate dicta, Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli ipſi peribunt tu autem permanes, & omnes ſicut ueſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, ſi idem eſt, eadem eſt illius bonitas, eadem clementia, & eadem in uerbis illius ineſt virtus, Tu vides, ò Ieſu, iacentes, & cognoſcis, quia iam multum tempus habent, dic ex tot iacentibus cuiquam, Surge & ambula. Sed quia illius in primis opus eſt voluntate, interroga illum, Vis ſanus fieri? Vide ut præoccupet, qui te concupiſcit, reſponde. Quid enim ueſanius his eſſet hominibus, ſi interrogatis illis, ſani uel lent fieri, & ab illo qui ſanitatem ualeret impertiri cunctarentur aut morā facerēt in reſpondendo? aut quis illorum ita eſſet aut ſua cæcitate claudicatione ariditate aut paralyſi contentus, ut ſe nole fieri ſa- *Text.* *Expende quæ multa fuerint obſequuta Chriſto.* *Pſal. 101.*

perfecta ſunt opera, & omnes uiæ eius iudicia. Quibus ſolet terra ſterilis fieri, illis ille vtitur vt fructifera fiat. Sal immittitur vt in frugifera fiat, Ecce habitatio huius ciuitatis optima eſt, ſed aquæ peſſimæ ſunt & terra ſterilis. At ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal, &c. Sanaui aquas has, & non erit in eis ultra mors neque ſterilitas. Cum inſtat hoſtis, innumeræ ſi fieri poſſent copię, cogerentur ab hominibus, vt fugarent aut ut ſubiugarent illum, at Deus, potentiſſimo imminenti hoſte, & militum multitudine innumerabili, & diſcedere iubet, & ut Gedeon permittat milites abire, & lagenis armat illos, res humano exiſtimata iudicio prodigioſa. Et ſi quis quod ab illo, prophetis uè ſuis præcipitur, humano iudicio examinat, beneficio defraudatur, niſi reſipiēs ſuam ſapiētiam illius iuſſioni ſubmittat, quamuis ſuę illa diſſonet rationi, ut euenit Naaman Syro. Auſcultemus Magno Auguſtino, dicamus aliquid Deum poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe, in rebus enim mirabilibus, tota ratio faciendi eſt potentia facientis. In manu frondet, cum illi placet, arida uirga, & ſuos à leonibus uinci non permittit, & cyniphibus uincit non ſuos. Non diſſimilia ſunt, luto, cœco lumina reddere, non pura, ſed turbulenta aqua ſanare. Sanet ille nos à peccatis, diuina ſua gratia ut fruamur gloria. Amen.

*Deut. 32* *4. Reg. 1.* *Iudit. 7.* *4. Re. 5.* *Aug. lib. 83. quæ.* *Num. 17* *1. Re. 17* *Exod. 8.*

## SALVTATIO.

*Egregia nobis, ad diuina impetranda beneficia, magiſtra Cananea eſt. Petit enim illa, & humiliter, & conſtanter, & confidenter. Et petit digna Deo: Et ex miſericordia petit. Nos ſi ita petiuerimus, optata ob-*

*tinebimus, ut obtinuit illa, & præſertim ſi non ad inanem hominum applauſum, ſed ad liberãdos uexatos a Dæmone petiuerimus illa. Liberãtur aũt, diuinę prędicatione doctrinę, & diuina gratia. Quã ut nobis obtineat, precemur ſuauiſſimã uirginem. Aue Maria.*

## THEMA.

Miſerere mei fili Dauid filia mea, &c.
Matth. 15.

## DE CANANEA.

*Pſal. 1. Num. 13.* QVOD cedros ferat Libanus, quod lignum ſecus decurſus aquarum conſitũ, fructus ferat, quod terra promiſſionis, lacte & melle fluat non uidetur mirum, quod autem duriſſimæ rupes, cedros ferant, quod ſterilis terra, lacte & melle fluat, quod lignum in arida terra conſitum, proferat amænos fructus, id ingenti poteſt eſſe admirationi. Quod ex Iſraele fœmina exiret, cedro ſimilis animi celſitudine, nequaquam mirum erat, populus ille, libanus, ligno ſimilis ſecus decurſus aquarum conſito, neque mirũ (ibi enim diuinæ legis fluebant aquæ) quod terra illa uirtutis, lacte & melle flueret. Sed quod iſta ferat fœmina, inter rupes, in terra ſterili, ab aquis elongata, hoc magnæ admirationis eſt. Quòd quæ naturalia quodammodo ſunt fœminæ, in hac aut illa ſplendeãt magis, ut honeſtas, pudor, ſilentium, cura nominis, non eſt mirum, quemadmodum neque quod prudentia, conſtantia, fortitudo, Sapientia in uiro, naturali enim

*Mirabilia quia rara.*

enim & quodammodò adnata ſunt iſta ſex uiro quod autem clauo transfigat caput, idque Regium, fœmina quæ animo linquitur, ad inſolitum ſtrepitum, *Iudit. 4.* quòd in armatas barbarorum hoſtium copias procedat illa, & magni ducis, euaginato, gladio, caput pręſcindat, & in ſportulam animoſa conijciat & ferat, *Iud. 13.* iſta mirabilia ſunt. Quæ igitur magnæ ſunt hodie admirationi, quod tanta, tàm rara, tàm inſolita, & ſupra mulierum conditionem inueniantur in fœmina, eaque non Iſraelitica, diuinis aſſueta eloquijs, ſed Cananea. Non enim ſine ingenti ratione, poſtquam euangeliſta dixit, Ecce mulier (quod ſatiſfacere uidebatur) adiecit, Cananea. Adiuuat enim nimis aut *Patria & natio.* impedimento eſt, natio, & patria. Vnde non immerito, ſacræ literæ (quæ cùm nihil parui ſtudeant, quod non ſit contemptu dignum, nihil magni habet quod dignum non ſit pretio) de patientiſſimo Iob, ita lo- *Iob. 1.* quuntur, Vir erat in terra Hus nomine Iob, vir iuſtus & timens Deum. Et in illorum expoſitionem, ita magnus loquutus eſt Gregorius, Neq; enim ualde lau- *Greg. li. 1. in c. 1.* dabile eſt, bonum eſſe cum bonis, ſed bonum *Vide illud.* eſſe cum malis, lege reliqua. Vnde & idem, Frater fui Draconum & ſocios ſtrutionum. Hinc magnæ dant gloriæ magno Thobiæ, quòd cùm irent omnes ad uitulos aureos quos Hieroboam fecerat Rex Iſrael, hic ſolus fugiebat conſortia omnium, & pergebat ad Hieruſalem ad tem- *Dan. 3.* plum Domini. Res eſt ſpecioſa & nimis grata Deo, à multitudine non vinci & commertio impiorum non inquinari, Et quæ quodammodo miraculo dari poſſit & diuinæ potentiæ ſuorum protectrici attribui, vt *Cur ſeceſſit Chriſtus in partes Tyri & Sidonis.* trium adoleſcentum corpora ſeruata à camini flãmis illæſa. Secedente igitur Chriſto in partes Tyri & Sidonis, quodãmodo & Iſraelitici populi ingratitudine offenſus, & tædio affectus illorum raros in religione prouectus ſpectans, tàm aſſidua illius prædicatione

& miraculorum operatione frequenti, & terræ illius ſterilitatem demiratus, quæ toties ſelectiſſimo ſeminata ſemine proferret tribulos, pinguis & frugiferæ terræ partem quærens aliquam, quę ſeminata optatos ferret fructus, norunt certiſſima eſſe illa Chryſoſtomi, Concionatores, imò ſi ſemen per te iactum auditor non receperit, neque tu communicati conſilij mercedem amittes. Sed non poſſunt non dolore affici tanti iactura ſeminis, & tam precioſorum medicamentorum applicatione inutili, doloreque huius non balſami, ſed diuini liquoris effuſione, & inæſtimabiliũ margaritarum conculcatione facta ab hominibus porcis ſimilibus, ocio, ſomno, ingluuie & cæni delectatione, & maxime recordantur, quod illa facientes, fratres illorum ſunt, & unius membra corporis. Cupiunt iſti aliquando in Tyrios & Sidonios ſecedere, magiſtri facti imitatores. Sed iam mulierem audiamus loquẽtem, quam dicas & logicæ & philoſophiæ, & benedicendi arti operam dediſſe, ita & loquitur, & inffert & colligit, natura magiſtra, filiæ & neceſſitate & amore excitata, affectus ex ſe potentiſſimi, & qui mutos quodammodo faciunt loquentes, & ſapientes ignorantes. De finibus illis egreſſa, & de mulieris etiam egreſſa finibus (vt conſtabit) clamat. Miſerere mei, fili Dauid. Progenitoris facit illa mentionem, quem audiuerat eſſe in calamitoſos homines benigniſſimum, & ad quem, præ clementia illius, omnes qui erant amaro animo & oppreſſi ære alieno, confugiebant, uel ſacra illius id atteſtante hiſtoria, clamore, doloris acerbitatem explicat. Non enim in clamorem erumpunt, qui leni aut morbo, aut dolore uexantur. Sed cruciabat nobilem fœminam filiæ uexatio miſeranda, non enim uexabat illam calculi dolor, aut febris feruens, ſed uexabat Dęmon, quę quanto alienata magis à ſenſu erat moleſtia Dęmonis, tantò plus materna uiſcera doloris ſenſu, non dicam

*Chryſoſ. concio. 2 de Lazaro, uide dolor piorum concionatorum.*

*Mat.13.*

*Matt.7.*

*1. Co.12.*

*Affectus potentiſſimus amor filiorum in matre.*

*1.Re. 22.*

*Clamor quid indicet.*

cam tangebantur, ſed cruciabantur. Nota ſunt matrum in filios viſcera, abundeque nobis effuſſi ſui amoris & priſca, & recentia tempora exempla ſuppeditant: Vt Sarrę in Thobiam, Rebecæ, in Iacob, Betſabe in Salomonem, Agi in Adoniam. Sed neque ſententiæ graues, neque rara materni amoris exempla ita matrum in filios feruentem explicant dilectionem, vt illa prophetæ, quibus diuinam dilectionem in homines, quæ ſumma fuit ſemper, maternæ dilectioni comparauit, & pro re uix contingibili, dixit, Nunquid obliuiſci poteſt mater infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. *3. Re. 1.* *Gen. 27.* *3. Reg. 1.* *Eſai. 49*

Sed multarum amor, & ſi feruentiſſimus eſt, inuerſus eſt, ita: neque enim liberos amant, ad ea quæ uero ſunt digna amore, neque illi procurant, quæ piarum matrum ſunt digna ſtudio, neque ſi quid, quod vera bona ſapiat, cõtingit illis quo debent modo gaudent, neque ſi quid. quod verè ſit aduerſitatis, dolent, ſolo corporis, corpore æque uitæ, rei, & honoris occupatæ amore, in hoc apertè manifeſtantes, quod ſolius corporis ſunt matres non animæ, quando neq; bonis illius lætantur, cùm obueniant filijs, neque malis dolent, cùm illis contingunt. Hæc & vere & ſapiẽter mater erat, quæ & corporis & animi filiæ tantopere dolet vexationem, & illi curat remedium, is verè amor eſt qui neq; ocioſus eſt, neque ad commoda filiorum torpet, neq; quęrit illa à Belzebuth Deo Acharon, aut phitonibus ſed à Chriſto cuius potentiam & clementiam audierat illa. *Inuerſus matrum amor.* *Verus amor qui* *4. Re. 1.*

Sed cur à longe clamat, præ humilitate & animi ſubmiſſione, acceſſu ac Chriſtum ſe reputans indignam, ac ſi conſcia illa eſſet nullis illũ magis oblectari quã humilibus, nulloſque ſibi mags charos quã humiles & precum humilium illum eſſe exauditorem neq; quid eſſe quod magis ab illo beneficia aut impe- *Humiles grati Deo.*

tret, aut extorqueat quàm humilitas, ac voluiſſet illa
*Pſa.*101. animo, & de Chriſto noſſet prænunciata, reſpexit in
orationem humiliũ & non ſpreuit preces eorum, ex
*Pſal.*112 celſus Dominus, neq; tantum illius celſitudo impe-
dimento illi eſt, quo minus humilia reſpiciat, & alta
à longe cognoſcat, magna potentia Dei ſolius, cum-
*Eccl.* 3. que tanta illa ſit ab humilibus honoratur. Sed quid
clamet audiamus, ſonant diuinis auribus huiuſmo-
*Quidſuo clamore oſtendit Cananea* di clamores omni muſicæ cõcentu ſuauius, illis enim
homines miſeriam ſuam, deſtructionem, inopiam, &
calamitates clamant, clamant etiam diuinæ beni-
gnitatis potentiam & miſericordiam quam ſolam
fatemur & norunt potentem eſſe ad ſubuenien-
dum illis, iſta reſciens tam erat in clamando ad
Deum frequens Dauid, clamaui ad te domine, & di-
*Pſal.*141 xi tu ſpes mea, portio mea in terra uiuentium, &
*Pſal.*3. quanto cum fructu clamaret millies explicuit vt
notum fieret non grauari noſtris clamoribus Deum,
ſed oblectari, voce mea ad dominum clamaui, &
*Pſal.*16. exaudiuit me, clamaui ad te qui exaudiſti me, clama-
ui ad te, & ſanaſti me, hinc ingenti concepta de di-
*Pſal.*29. uina clementia fiducia ait à finibus terræ ad te
*Pſal.*60. clamaui dum anxiaretur cor meum. Neque Dauid
hoc tantum ingenio eſt uſus, ſed & omnes qui diui-
næ benignitatis norunt ingenium, ut conſtat ex illis,
aſcenderunt ſatrapæ Philiſtinorum, quod cum au-
1.*Reg.*7. diſſent filij Iſrael, timuuerunt à facie Philiſtinorum,
2.*Pa.*15 dixeruntq; ad Samulem, ne ceſſes clamare pro nobis
*Num.*2. ad dominum, Deum, noſtrum, vt ſaluet nos de ma-
nu Philiſtinorum; Azarias, cumq; reueuerſi fue-
*Iud.l.*4. rint in anguſtia ſua. Et clamauerunt ad dominum
Deum Iſrael & exquiſierunt eum, reperient eum.
Clamauerunt in tempore tribulationis, clamauit
*Heſt.*11. ad Deum omnis populus obſeſus ab Holoferne,
Afflicti filij Iſrael clamaueruntque ad Deum,
neque innanes aut ſine fructu ſunt huiuſmodi
clamores

clamores, vt fuere illi de quibus irridens propheta Elias aiebat ad falſos Achab prophetas clamate voce maiori, Deus enim veſter eſt & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit vt excitetur, veluti iſta omnia reſciens clamat Cananea, miſerere mei fili Dauid filia mea &c. Sed quantam ſeruet in loquendo & præcando proprietatem mirari licet, miſerere (inquit) mei, ac ſi dicat miſeria mea miſericordia indiget, hãc ò clemens à te poſco, nihil mihi meritiſq; meis neq;.n.mire uix,& conce ptæ de te fiduciæ attribuo, neq; tanto me beneficio vlla ex parte dignam agnoſco, totũ tuæ miſericordiæ attribuo, & illius opem imploro. Egregius & miro modo gratus modus impetrandi à Deo beneficia iſte eſt, & in noſtris quibuſcumque calamitatibus auxilium conſequendi. Hinc Dauid propter nomen tuũ Domine propitiaberis peccato meo, & Daniel propter temeteipſum inclina Deus aurem tuam & audi, neque enim iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciam tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Et Eſaias, & nunc Domine pater noſter es tu. nos uero lutum & opera manum tuarum omnes nos. Neque iſta tantum diuinæ tribuunt miſericordiæ, qui ſapiunt ſed & illa, deduxit me per ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. Hac ergo maturitate iudicij prædita fœmina miſericordiam implorat, ſed quod abunde probat ignis materni amoris illius verba ſunt, quibus ita diuinam clementiam impetrare laborat, miſerere mei fili Dauid, expende meí, dixit, cum tamen filia eſſet quæ vexaretur, non filiæ ſed propria illius mala cenſens, neque mirari oportet quod iſta poſſit maternus amor, omnes amores ſuperans, cum id poſſit amicitia, cum vera eſt, de qua illa ſunt, amicus alter ego, cumq; id parum uideretur, alius ita corrigit, idẽ ego. Sed excellit omnes qui diuinus eſt, vnde

*3.Re.18.* *Expẽde.* *Pſal.24.* *Dan.9.* *Eſai.64.* *Pſal.12.* *Vis amicitiæ.* *Ariſtot. Ethic.9.*

*Amor Pauli in ſuos maternum amorem ſuperat.* vnde Paulus non dixit tantum, quod dixiſſe uiſa eſt Cananea, quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non uror? Sed quod iſta ſupra modum ſuperat, cupio impendi, & ſuper impendi pro animabus veſtris, uides non tantum idem ego eſſe (vt dicunt cum ſuis) quod explicuit cũ dixit quis infirmatur: ſed ſeipſo plus illos diligere cum impendi & ſuperimpendi pro illis cupiat, cumq; iſta rariſſima ſint cum de corpore corporisq; uita ſint illa, rogo perpẽdas illa, optabã ego anathema eſſe pro fratribus meis. ſed dilectionum huiuſmodi uoces tm̃ ſunt apud nos derelictæ, minora illa ſunt & ab eodem Apoſtolo dicta non quæro, quod mihi utile eſt, ſed multis ut ſalui fiant, & tamen ſi à quopiam præſtantur, aut ut proprius loquar præſtarentur, cum tamen deberent ab omnibus præſtari, ſimili fruitione gaudentibus, darentur illa miraculo & æneis mandarentur literis, ita refrixit diuinus in nobis amor, quem incenſum ſemper optabat Chriſtus.

*1.Co.12*

*Rom.9.*

*2.Co.12*

Cananea materno loquens affectu, proprium habens malum ꝑerat filiæ, clamat miſerere mei fili Dauid, filia mea male à Dæmonio uexatur. Sed quorsũ clamat & filiæ mala prædicat ſi nouit quis eſſet ille, ac quantus, ſi enim quam debuit de Chriſti maieſtate habuit opinionem, reſcire tenebatur cogitationes cordis illum audire, & præparationem illius, & non eſſe illi opus clamore, neq; uexationis, filiæ manifeſtatione, cum oĩa oculis illius eſſent nuda? Et ſi omnino nouiſſet, & certiſſima eſſe crederet quæ de illius rerum omnium notitia diximus, Clamaret illa & filiæ dolorem manifeſtaret, nam etſi non eſſent illa opus illi, ſunt opus nobis, qui nobis ipſis loquendo innoteſcimus, & quibus uexemur malis manifeſtamus, & quantopere pendeamus ab illo notum facimus, & quanta ſit illius pietas, clementia & uirtus prædicamus, & à nobis uoces ille poſcit & noſtris uoci-

*Pſal.81.*

*Pſal.99.*

*Heb.4.*

*Cur ad Deũ clamamus expende.*

*Pſal.3.*

vocibus delectatur, unde & multoties Dauid voce mea ad dominum clamaui, Et exaudiuit de templo ſancto ſuo uocem meam, & Abacuch uſquequo domine cla- *Aba.1.* mabo & non exaudies uociferabor ad te uim patiens & non ſaluabis clamemus igitur ad Deum & noſtros illi labores etſi notiſſimi ſint illi coram illo manifeſtemus omnis congregatio populi effundite coram il- *Pſal.61.* lo corda ueſtra, neque tantum illo in Dæmonis uexationes quibus nos miſeros miſera noſtra culpa uexat, ſed coram ſacerdote illius uice fungente priuatim nimio cum dolore, & animi ſummiſſione illa dicamus. Filia mea male à Dęmonio uexatur. Gaudet maxime diuina pietas. Cum in quocunque euentu etſi leuis ille ſit ad illam confugimus, hoc enim & fi- *Gaudet* duciç iudicium eſt, & ſpei & dilectionis, ſed magis *noſtro ad* gaudet cum in illis ad illum accurrimus malis in qui- *illum cō-* bus humana omnia ſubſidia deſunt. & ſola diuina, ad *fugio* illorum ſubuentionem ſunt potentia, tunc enim, & fi- *Chriſtus* ducia noſtra maior eſt & potentiæ illius confeſſio, *Expēde.* & manifeſtatio maior & ampliorem habet locum miſericordia illius quæ tantopere in nos miſeros cupit ſeſe effundere, huiuſmodi autem mala, animi mala potiſſimum ſunt quæ explicant huiuſmodi Dæmonum in corpora uexationes in his igitur non matres tantū pro filiabus, non patres pro filijs, ſed quotquot deliquimus omnes & dęmonis in nobis uexationes ſentimus occurrere ad illius miſericordiam debemus non ſilebit ille, non differet noſtras petitiones, ut non ſine miſterio cum Cananea fecit, ſed cito anticipabit nos miſericordia ſua. Sed animo uoluite quantam in *Pſal.78.* Chriſto optimo maximo potentiam adorabatur Ca- *Matt. 8.* nanea, quando potentem illum ad expellendum dæ- *Luc. 5.* mones agnoſcebat, quorum apud illos tanta poteſtas *Luc.7.* erat, ſedatio enim maris, leproſorum mundatio, ſuſcitatio mortuorum, minora uideri potuerunt etſi maxima fuiſſent illa expulſione dæmonum, ſed iſta de

Chriſto

Chriſto clamans, fatetur Cananea & non reſpondes ei uerbum. Cum alienigenis ò bone ſolet principum hũmanitas magis manifeſtari,& potiſſimum cum de principe & maxima audiecunt,& conceperunt, & ſo
3. Re.10 nora iſta illos attraxit fama vt dicere cũ Regina Saba ualeant maior eſt ſapientia & opera quàm rumor
Pſal. 16 quem audiui, cur igitur qui mirificas miſericordias
Pſ. 146. tuas,qui ſanas contritos corde, & alligas cõtritiones
Mat. 11. illorum qui laborantes ad te inuitas,& uenientes reficis, & qui ad te clamantes nunquam dimitis confuſos, cur ò bone non reſpondes illi uerbum? Qui alicuius auditor eſſe gaudet ſilet,nunc Chriſtus cuius
Cur Cananeæ nõ reſpõdet Chriſtus ſapientiæ non eſt numerus auditor uult eſſe ſapientis huius mulieris,& ideò ſilet, cedit illi locum ut de bono theſauro cordis ſui proferat illa bona omnibus ſæculis utilia,quæ ſi ex Dauidico pectore, aut Solo-
Mat. 12. monico,fuiſſent de promptu minori, fuiſſent admiratione vt principio diximus,neq; tãtum ſilentio Chriſti linquitur illa animo. Spem deponit,etſi quod mirabile uiſu eſt, uideat ſilere uerbum, & his quæ de Chriſti clementia audierat contraria euenire, quæ
Spes Cananea. ſupererant vt quiuis animus uirilis commoueretur. Audiuerat omnino ſanaſſe paralyticum è tecto demiſſum,neminem pro illo interpellante,audiuerat fi-
Matt. 9. lium ſuſcitaſſe uiduæ. Miſericordia motum nullis precibus interpoſitis,audiuerat hoĩ à natiuitate cæco
Luc. 7. uiſum reſtituiſſe,neq; illo neq; pro illo alio deprecãte & innumera ſimilia iſtis,nunc neque reſponſo fuiſ
Ioan. 9. ſe illam dignatum. Et accedentes diſcipuli rogabant
Text. eum dicentes dimitte eam quia clamat poſt nos, ecce apoſtolorum uiſcera quam ſint in ſubuentionem prona pauperum, & quomodo iam ſuo incipiebant
Apoſtolica uiſcera. apud Dominum munere fungi, quo & in terris & in cœlis ſemper erant functuri, hæc enim ſemper mihi ſententia magis placuit, quam illorum qui tantum, vt euitaretur illius, clamor factum dicunt. Accedunt

illi ad Dominum & non rogati, rogãt quid hodie cœleſti agent in curia cũ rogamus illos, & noſtros apud diuinam clementiam & patronos & interceſſores optamus. Habuere humani principes uiros ſibi magis charos & apud illos autoritate gaudentes, habuit Aſſuerus Mardocheum, Pharao Ioſeph. Darius Danielem, Dauid Ioab. Habet habuitque ſẽper Deus ſuos Danieles, ſuos Mardocheos, quorum ille precibus gaudet & quorum orationes operantur mirabilia, vnde egregie Bernardus, ſummopere nobis deſideranda ſunt ſuffragia ſanctorum, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet eorũ interceſſione donetur & iterum tria ſunt quæ in feſtiuitatibus ſanctorum uigilanter conſiderare debemus, auxilium ſancti, exemplum eius, confuſionem noſtram, auxiliũ eius quia qui potens eſt in terra. potentior erit in cęlis ante faciem domini ſui, ſi enim hic dum uiueret miſertus eſt peccatoribus, & orauit pro eis, nunc quanto amplius, quanto verius agnoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis Patrem quia beata illa Patria charitatem eius non mutauit, ſed augmẽtauit, Ipſe autem reſpondens ait, non ſum miſſus, niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael. Hoc reſponſum ex hibitum videtur Apoſtolis, vt quãto in Iſraelitas teneretur amore, manifeſtaret quando qui potentior erat in miraculis ædendis Sole in emittendis radijs, ſe, non miſſum dixit niſi ad oues Iſrael, & illos omnium nomine dignãs & ſe illorum paſtorem prędicãs & ad id ſemiſſum ab æterno Patre denuntians, & illo erga illos eſſe affectu declarans, quæ omnia mirabilia erant, & quæ ſi à nobis eſſent excutienda longiſſimo eſſet opus tempore, At quid ad hæc Cananea, diſceſſit dolens, mę rens & confuſa, quod modo mirabili ſi ita fari licet videret cõuerſum mare in aridam, & terram fructiferam in ſalſuginem minime? quid igitur fecit? Expẽde, at illa venit & adorauit eũ

*Principes hommes habuere priuato modo caros. Christus habet ſanctos.*

*Heſt. 6. Gene. 41 2. Re. 18. Bernard. Vide Bernar ſerm in vigil. Petr. & Paul. & ſerm de S. Victore & in Hom. lib. 66. ad popul & Aug lib. de ciuit. Dei, 20. cap. 1. & Leo ſer. 1. & 2. de Pet. et Paul. Text.*

*Text.* dicens, Domine adiuua me, conſtantior, firmior, & ſapientior Naamam Syro Aſſyriorum principe, *4.Reg 5.* etiã ſi vir ille erat, & princeps, & qui ſua non contẽtus autoritate, literas ſecum Regias tulerat, ut à propheta lepræ impetraret mundationem, non dicitur quod non reſponderit ei propheta uerbum, ut dicitur de Cananea, ſed quod fuit illi dictum vade, & la*Gen.32.* uare ſepties in Iordane. Non ita Cananea conſtãtior & audacior effecta magiſque confidens accedit, ado*Quomodo vinci gaudeatur Chriſtus.* rat, & petit Domine adiuua me, ò quam gaudet huiuſmodi luctamine Deus, quod nobis illud adumbrauit Iacob cum Angelo. Quam gaudet ille, non dimitti donec benedicat, quam gaudet qui omnipotens eſt hoc modo vinci, & quam gaudet huiuſ*Luc.18.* modi importunitate, qua terrei homines offendun*Luc.11.* tur, mille ille modis hunc eſſe illius animum vo*Aug. ſermone de ver. Dei in mont. c.2.* luit eſſe teſtatum. Adducit ille exempla de iudice, de iacente in lecto probat opere in Cananea. Egregia ſunt illa Auguſtini, cum aliquid aliquando tardius dat Deus commendat dona non negat, deſiderata diu dulcius obtinentur, cito autem data viloſcunt, pete, quære, inſta petendo, & quærendo creſcas ut capias, ſeruat tibi Deus quod non vult cito dare, ò bone qui hominum figmenta noſti, imo qui finxiſti illa illorum corda, ipſe fecit nos, *Pſal.102* & non ipſi nos, qui finxiſti ſigillatim corda eorum, fragilitatem noſti fœmineam, uirium debilitatem, inconſtans ingenium, ne quæſo debilibus hume*Pſal.32.* ris graue imponas onus, ne ſuccumbant, nouit qui abſconditorum eſt cognitor, & cui non ſunt *Dub.13.* oculi carnei, neque ut uidet ille, nouit exterius eſſe Cananeã fœminã, interius virum, nouit, æs, eſſe ſub *Iob.10.* uitro, & Sanſonis uires in fœmina. Non. tẽtat illum ſupra id quod poteſt, ſed tentat vt ſæculo ſit illa *1.Cor. 10.* exemplo, & ordinationi, Non Iſraeliticæ gentis confuſionem tantum quæ illo vitam agebat tempore,

pore, ſed in Chriſtianæ, cum tanta, tam rara, tam præclara, tam excelſa contemplentur in muliere quę rariſſimè inueniuntur in uiris, & in muliere Cananea multa, quæ rariſſime inueniuntur in Chriſtiana. Qui reſpondens ait, non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus, humanius fuit ſilentium reſponſo, tacuiſſe humano iudicio fuiſſet melius quã reſpondiſſe, exaltaſſe illos ſuffeciſſet, non depreſiſſe illam honoraſſe, illos, non inhonoraſſe illam, in tantam illos extuliſſe gloriam quam nulla illuſtrior filios appellans ſuper fuiſſet, neque demiſiſſe in tantum ignominiam illam, ut non alienigenam, tantum, non obſcuram, & tanto indignam beneficio dixerit, ſed canem quo nomine non ſacræ literæ tantum ſed humanæ in hominum dehoneſtatem vtuntur. Sed quid ad huiuſmodi uerborum duritiem illa, efferbuit fortaſſe ira, indignata diſceſſit, initum laborem, inſumptum tempus, carptum ab illa iter execrans, nequaquam noſtrum hoc eſſet ingenium qui infirmi ſumus, inconſtantes, vitrei, arundini ſimiles, qui quauis de cauſa incẽdimur & à bonis deſiſtimus. Sed dicit etiam, domine nam & catuli edunt de micis, micam ſuæ reſpectu potentiæ petit, micamque eſſe fatetur ad illarum rerum comparationem quæ preſtari poſſunt, ab illo, cum tamẽ Dæmonis in abſẽtia expulſio, ſit etiam domine nam & catelli.

*Text.* *Silẽtium reſponſo humanius.* *Chriſti in probadis ſuis ſuauitas & ſapientia.* *Pſal.21 & Prob. 26 Mat. 7. et. Ph. 3.* *Mirabile ingeniũ mulieris.*

O quantę ducit glorię hoc modo etiã à fœminis vinci Chriſtus alij dedecori ducunt hoc modo etiam à fœminis uinci in externis bellis & colluctationibus gaudet autem Chriſtus qui ſua illius victoria eſt, qui in ſe ipſum fragilibus armis pugnat ille enim adiuuat, opem fert vires ſuppediat, ſi ſapiens inſipientem concludat & argumento ſuperet probrodatur, & ſi inſipiens ſapientem, ſi autem

*Cum uincitur Chriſtus precationibus illius uictoria eſt à*

contentio eſt in negando concedendove beneficio da tur gloriæ in hoc uinci beneficium concedendo, & ita conceſſit dicens fiat tibi ſicut uis, quod ut æternũ & æternæ gloriæ nobis concedat faxit Deus.

## SALVTATIO.

*Tota Chriſti optimi maximi doctrinæ eo tẽdit a peccatorum figura, quam miſeri gerimus, in iuſtorum & piorum hominum figuram transfiguremur, ita ut uita noſtra præ Cãdo*
Matt.6. *re miteat, nosq; ita luceamus, ut præ uitę noſtræ ſplendore glorificetur Pater noſter qui*
Pſal.18. *tamen in cęlis eſt, ad id magnam præſtat opem Euangelicæ doctrinæ promulgatio. eſt enim illa conuertens animas, eſt pręceptum Domini lucidũ, ita ut illa promulgari, ut id nobis contingat, ſine diuinę gratię beneficio*
Pſal.18. *non poterit, efflagitemus illud diuinæ uirginis interceſſione. Aue Maria.*

## THEMA

Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Matt.17.

*De Transfiguratione.*

APtiſſimum quia tempus eſt & ad id potiſſimum ab Eccleſia ſacroſancta inſtitutũ & deſignatum ut hoĩes transfigurentur, & multi, qui ſunt eſſe deſinant, alij in meliora tranſmutentur, agit Eccleſia de Chriſti optimi maximi diuina transfiguratione & quia ad hmõi transfigurationem diuinam uſus eſt ille oratione, oſtenditur etiam nobis optatum noſtræ mutationis uitæ medium eſſe orationem. Et ſi multa uiderant Apoſtoli quæ diuinitatem Chriſti manifeſtarent, ut morum illius ſupremus candor, neque enim ita ſanctè, ita piè, ita iuſtè uiuere ſolus homo poterat, neque ita ſe hominum ingenijs accommodare, ut lucraretur illos, de illius enim morum pretio, & perfectione loquens ſponſa dixit, Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ Iacinthis, ac ſi diceret abſolutiſſima ſunt opera Chriſti, & pretioſiſſima, manifeſtabat etiam quæ eſſet illius doctrina de cuius præſtantia Salomon dixit digniſſimè, omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & omnis philoſophorum ſapientia ſtultitia, ubi Sapiens? ubi Scriba? vbi Inquiſitor huius ſæculi? ideſt ubi hi qui inter gentes Sapientium nomine gloriantur, ubi Iudæorum ſapientes ſcribæ, & alij homines ſæculi conquiſitores, qui ſuis omnia argutijs conſequuturos ſperant, nihil enim ita uiui dum, ita efficax, ita certum, ita animo iocundum, & quod feras mutaret in homines, & ſæculi ſapientes iucantaret, qui ut aſpides ſurdæ non obturabant aures ſuas vt Chriſti doctrina, illa uera Dauidis lyra non ſemel, aut iterum pulſata, ſed ſæpiſſimè, qua non unius aut alter Saul mitius ſe habuit, ſed ab innumeris Dæmonis uexa-

*Aptiſſimum ad uita ſplẽdorẽ medium oratio.*

*Quãmulta erant ĩ Chriſto qua illum Deum eſſe teſtabantur.*

*Cant. 5.*
*Sapiẽ. 7.*
*1. Cor. 1.*

*Diuina preſtãtia doctrinæ.*

1.Re.18. tiones expulit, illa tuba non Prophetæ perſonata ha-
Iſai.58. litu, ſed Chriſti ad quam non tantum homines in
prælium excitabantur ſed addebatur illis aĩus, aduer
2.Pet.1. ſæq; hoſtium Phalanges pallebant, illa in hoſtium
tenebras inextinguibile lumen: Tantæ in omnibus
præſtantiæ ut ſinceris notum fieret animis hominem
tanta, talia, tam ſublimia, & excelſa neque poſſe lo-
Virtus qui neque poſſe docere, ſed Deum hominem. Mani-
Chriſti ĩ feſtat etiam, pluſquam dilacerato leonum Sanſonis
adendis vires & animos, ſuffocatio uerſorum agilitatem ani
miracu- mi & robur Dauidis, uirtus in ædēdis miraculis, & re
lis. rum omnium promptū obſequium Chriſtum Deū eſſe
Iud. 14. ſe & quia omnia ſerniebant illi, & quia dixit & fa-
1.Re. 17 cta ſunt, quæ de Deo tantum dicta ſunt neque de a-
Pſ. 118. lio dici poſſunt quæ oĩa & innumera alia etſi ſuffe-
Pſal. 32. ciſſent, placuit ei qui omnia ingenti cum ſapientia
Expēde. facit, ut æterni patris teſtimonio firmarentur, adſtan
tibus antiquæ legis proceris, & ut ipſo ita uolente è
pleno diuinitate corpore diuinitatis quidā radij efful
ſiſſent, ut ſolent è tenui, & candida nube ſolares ra-
dij, ut qui theſaurus diuinus, quæ maieſtas huma-
no illo & candido tegmine tegeretur, manifeſtū fie-
ret, atque ad tam ingentis myſterij expectationem
Priuatus magnos illos elegit uiros Petrum, Iacobum, & Ioā-
hos tres nem, quorum uitæ candorem, animi celſitudinem, ni
uiros a- hil eſt quod magis manifeſtet, quam quod aſſumpſe-
mor. rit illos Chriſtus, & ad ſupremæ rei aſpectum, quan-
tæq; eſſent auctoritatis explicuit etiam quod aſſum
pſerit illos, ut poſtea, ut oculati teſtes, quæ uiderant,
quæq; audierant deponerent, ut planè depoſuere. qđ
vidimus quod audiuimus, ita quod non erat hi tres
tantū de ſupremo conſenſu, & ſenatu de quo & reli-
1.Ioan.1 qui erant Apoſtoli, ſed erāt de ſecreto ſupremi Regis
conſilio, in quo non humana, nō incerta, aut hoĩ gra
uia agebantur, ut ſolent non raro in humanorū regū
conſilijs, ſed certa, magna, & diuina in hoĩum liberta
tem.

tem, ſalutem, & gloriam, neq; hos cōmendauit Chriſto & charos reddidit caro, & ſanguis, ſed uitæ perfectio & animorum puritas & reliqua quæ diuino illis beneficio iam contigerant, non enim audiuimus illū in ſæculi diuites conijcere oculos, ſed & ex Dauid oculi eius in pauperem reſpiciunt, neque illorum uoces illum audire, ut audit ſæculum, & ita attētum nouimus in probos pauperes ut idem dicat uates, deſiderium pauperū exaudiuit Dominus præparationē cordis eorum audiuit auris tua, neque de illo dici poſſe quod de ſæculo nequam quod in precio precium habet & illi honorem defert, audiemus autem honorabile nomen eorū coram illo, neq; quod quiſq; ex magnis diuitibus diuitiarum intuitu unquam dixit Deū de illo, habere ſolicitudinem, audimus autem, ego autem mendicus ſum, & pauper Dominus ſolicitus eſt mei, non igitur dotes corporis, non genus, non opes, non cognatio tantum, charos fecit eſſe Chriſto huiuſmodi Apoſtolos quos pauperes eſſe nouimus, ignaro mundo contemptibiles, illius mendaci luci, obſcuros, ſed fecit illos charos probitas, pietas, integritas, ſanctitas, quæ in illis diuino beneficio ſplendebant maximè. Hos aſſumit ille, inſolentes, ſuperbos, ſceleribus implicatos & ſi idola illi mundi ſint, ob antiquas imagines, ob partas quocunq; modo opes, ob ingenitam ad lædendū proximos audaciā, & id genus hoīum non nos aſſumit, ſed contemnit nihili ducit, reſpuit. Quin & quod magna dignum eſt admiratione, hac omnino mente, & hoc animo futuros dicit, qui ſalute ſunt potituri æterna. Vnde inter illa quæ deſiderari dixit, & neceſſario requiri ut quis cœleſtis regni ſit ciuis, ideſt annumeratum. Rogarat Dauid, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut qs requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, ad nihilū reddactus eſt in conſpectu eius malignus etſi mundo diues, nobilis honoratus ſit & precioſus, timen-

*Quid reddidit hos tres Apoſtolos charos Chriſto.*

*Pſal. 9.*

*Pſal. 99.*

*Pſal. 71.*

*Pſal. 39.*

*1. Cor. 1.*

*Qui ſint à Chriſto contēpti.*

*Qui in precio habendi.*

timentes autem Dominum glorificat, & ſi obſcuri il
*Pſal.14.* li mundo ſint, & ignoti: Neque hos tantum dixit honorare magni habere, ſed, quod omne honoris excedit culmen glorificat, neq; mirum quod dominus ita iuſtos eadẽ uelit prӕditos ſeruos ſuos ingenii conditione qua prӕditus ille eſt, ita ut quos odit ille, odio
*Pſ. 108.* habeāt, quos amat diligant, quos habet in pretio ho
*Pſal.33.* norent. Prӕſtitit iſta abunde Dauid. Nouerat Deum propenſum eſſe in uiros iuſtos ita ut de illo caneret, Dominus diligit iuſtos, oculi Domini ſuper iuſtos,
*Pſal.5.* ait ille, deſe, oculi mei ad fideles terrӕ. Nouerat odio illum habere improbos, deque illo dici. Odiſti omnes operantes iniquitatem, de ſeipſo ita loquitur, nonne
*Pſ. 138.* qui oderunt te oderam & ſuper inimicos tuos tabeſcebam, perfecto odio oderam illos & inimici facti
*Quieſsēt a princip. diligēdi qui habendi odio.* ſunt mihi; Quo animo ſi omnes hodie Reges Principesq; omnes & Pontificens prӕditi fuiſſent quàm eſſent illorum regna beata, & quam floreret in illis pietas omnis & religio, omneſque uacarent illi, cum non contemptos tantum ſed odio habitos uiderent Amanos, Achitopheles, Amones, & Amoni ſi-
*Heſt.6.* miles conſiliarios. Honoratos magni habitos. Ho-
*2.Re.15.* norum gloria potientes, Ioſephos, Danieles, Mar-
*Gen. 41.* docheos, Samueles, uideremque non aſſumi ab
*Dan.4.* illis ad grauia negotia, & in quibus reipublicӕ uer-
*1.Reg.9.* ſaretur tranquillitas, niſi Petrum, Iacobum, & Ioannem, Hoc eſt uiros his ſimiles, quod uel hac tantum expectatione eſſe laborarent illis ſimiles? Neque enim caſu aſſumpti ſunt iſti, & à Chriſto electi, ſed ad innumeras mundo deriuandas commoditates, inter quas non eſt inferior dicta. Sed multi contrariam ingrediuntur uiam. Alij cupiunt quidem recta incedere, & cuique muneri uirum illo dignum aptare, ſed quia homines ſunt & interiora penetrare non ualent, neque Deus ſuo illos di-
*1.Re.16.* gnatur eloquio ut Samuelem, cenſentes ſe dignos

aſſume-

aſſumere aſſumunt indignos, ita ut ſæpe dicere illi poſſint,quod de Saule Deus,pœnitet me quod conſtituerim Saul Regem quia dereliquit me,& verba mea non impleuit,pœnitet quod conſiliarium creauerim, quod præſidem, quod epiſcopum, cum uideam illos præpoſtere ſuis muneribus fungentes, pœnitet me quod aſſumpſerim vt mecum decernerent,& una mecum de rebus grauiſſimis agerent homines rerum ita ſublimium ſpectationi & determinationi parum idoneos. *1.Re.15* *Voces principũ nõ rara.*

In montem excelſum ſeorſum. Vel ipſo dicendi modo maieſtas myſterij explicata eſt quæ ſi excelſa eſſet tantum dixiſſet in montem natura enim ſua mos ſublimis eſt, Sed quia erat myſterium celſiſſimũ, dixit,& adiecit excelſum quia autem non erat myſterium commune, neque vulgandum, ſtatim omnibus dixit, ſeorſum. Ipſa enim negotiorum qualitas docet quibus cum illa ſit communicanda, & in quo loco, ſit nè opus Petro, Ioanne, & Iacobo viris fidiſſimis,grauiſſimis, æquiſſimis, & Domino ſuo amantiſſimis. Et loco ſemoto & abdito, An vero res ſit quæ cuique ex vulgo credi poſſit. Quæ enim nullam nobis ſunt paritura moleſtiam ſi effluant in quodcunque etiam fractum uas immitimus, quæ autem pretioſa ſunt & damnum poſſunt afferre aut cauſa eſſe ne paremus commodum, & dolore afficerent ſi effluerent, ad hæc immittenda, uaſa probamus. Seceſſit etiam in montem excelſum,quia oraturus erat,loci enim ſilentium, ſolitudo & ptitudo nimis iuuant orantem, nimiſq; diſtrahunt nimia hominum frequentia, & multus ſtrepitus. Orabat autem Chriſtus patrem cui per omnia ille erat æqualis, nos Deum qui homines in immenſum excedit,oportet igitur ante quam preces fundamus,hæc tria inter in numera alia quæ eſſent à nobis expendenda,expendamus, matureq; conſideremus, *Text. Maieſtas myſterij. Negotij qualitas quę exigat docet. Expẽde. Locus ad iuuatorem turo.*

imprimis qui ſit qui orat, aut loquitur, & quo cum lo-
*Quæ ante oratione expendenda.* quitur. Duo iſta reliqua docebunt, docebunt inquam reuerentiam, attentionem, humilitatem, uoluntatis ſubiectionẽ, & ut digna petamus ab eo à quo petunt, qui loquitur homo eſt. Eſt autẽ vniuerſa vanitas omnis homo uiuens, qui loquitur, homo eſt. Eſt autem homo ſicut fœnũ, & tanquam flos agri ſic efflorebit,
*Hominis vilitas.* dies eius tanquam umbra prætereunt, qui loquitur homo eſt animatum lutum, puluis uiuus, ac tandem
*Pſal. 38* tanquam nihilum ante Deum, Ita vt dari quodam
*Pſal. 102* miraculo poſſit quod ſinat permittatque tam adoranda, & tremenda maieſtas cum illa loqui, Deus autẽ eſt cui nomen omnipotens, cuius maieſtas terram replet, cuius magnitudo oĩa attingit, cuius Sapientia
*Dei maieſtas.* oĩa ſcrutaẽ, qui omniũ greſſus dinumerat, qui omniũ uias præuuidet, q cogitationes noſcit de lõge. & quẽ
*Exod. 15.* modũ mandata ſua vult cuſtodiri nimis, vult & ni-
*Pſal. 71.* mia cũ reuerẽtia à ſuis tractari. Vnde ad magnates
*Pſal. 142.* quoſdã qui alloquutũ illũ pergebãt calceatis pedibus, dictũ, ſoluite calceamenta de pedibus ueſtris, gaudebatque idem gratiſſimis uerbis iſtis à quodam principe compellari, loquar ad Dominum meum cum ſim
*Diuina reuerentia.* puluis, ac cinis, illis enim & omnipotens illius dominium fatebatur Abrahã & quis ille eſſet dicebat, Curiæq; illius ſenes præſtantiſſimi, quos aquilinis ocu-
*Exod. 3.* lis vidit Ioannes procidebant viginti quatuor ſenio-
*Ioſ. 5.* res ante ſedentem in throno & adorabant uiuentem
*Gen. 18.* in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas an-
*Apoc. 4.* tè tronum. Expendat igitur iſta oraturus & tremet, & ſeipſum conſcientiamq; ſuam excutiet, ſeq; purga-
*Eccl. 18.* bit, ac labia, & mirabitur, uidebiturque illi res certa cum ſit, prę magnitudine uix credibilis, quod tanta ſit ſupmæ benignitas maieſtatis ut ſuo indigniſſimũ conſpectu, ſuo dignetur, colloquio, dicentemque il-
*1. Reg. 3.* lum audiat & exaudiat ſæpe, attendens igitur quis
*Pſal. 84.* & quid loquatur uerba loquetur pia, certa, grauia &

rectiſſi-

rectiſſimo pondere examinata, digna diuinarum attentione aurium, & illo digna petet, magna quidẽ & excelſa peteretque ſubdens ſe illi, audi Baſilium quo modo quis inter orandum non diſtrahetur, principẽ aliquem aut præſidem intuens, & cum eo loquens oculos ab eo dimouere non ſolet, qui non tandem credibilius eſt intentam mentem habere illum qui Deo preces adhibeat, in eo qui ſcrutatur corda & renes. Et illud acturum quod ſcriptum eſt, leuantes puras mentes ſine ira & diſceptatione, erit tunc pennata oratio, & quo fuerit humilior uolabit altius, erit ſicut virgula fumum, & ex aromatibus mirrhæ. Vniuerſi pulueris pigmentarij, erit diuinis auribus vox dulcis, & erit omni tibia & pſalterio ſuauior illis, erit oranti ipſi aqua purificans, ignis incẽdens, ſplendor illuminans, erit ille horto ſimilis irriguo. Theſauro ſimilis abſcõdito, diues inquam & locuples ac ualens multos loculplẽtare. Sequuntur ex illa magnæ illæ commoditates quas ſacri Doctores, qui illas mille experimentis didicerunt exprimunt, quemadmodum nullo facto fieri poteſt, ut qui ſolis radijs fruatur non effugiat tenebras, ita nulla ratione fieri poteſt, quin qui cum Deo conſuetudinem agit, deſinat eſſe mortalis, ſi quidem ipſa dignitatis ſublimitas, nos ad immortalitatẽ transfert Et enim ſi qui com Cęſare miſcent ſermones, familiariterq; cum eo verſantur, & hoc honoris ab illo ſunt adepti non poſſunt eſſe pauperes, multo minus fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales, & iterum quemadmodum ciuitas, quæ muris cincta non eſt, facile venit in poteſtatem hoſtium, propterea quod prorſus abſit in quo fuerat hoſtium incurſus arcendus, ſic & animam non munitam precibus diabolus facile in ſuam redigit ditionem. Ac rurſum homo qui cum Deo loqui didicerit vt par eſt, eum qui cum Deo loquitur, erit deinceps Angelus,

*Baſil.* *1. Tim. 2* *Oratio quã pennata.* *Eccl. 25.* *Cant. 3.* *Expende orationis cõmoda.* *Chryſoſt libr. 1. de orando Deum.* *Chryſ. lib. 2. de orando Deum.* *Pſalm. 4*

etiã ſi pauper famulus priuatis & indoctus, vulgus grę
gariũ putat eos male ſaginari, qui paſcuntur diuinis
eloquijs, neque mirum quando quidem nullum vn-
quã guſtũ cępit alentis omnia ſapientiæ, proinde vul
go ignotum eſt in quanta illi felicitate atque hilari-
tate vitam exigant. Cur quæſo illius, qui ita orat fa-
*Phil.li.6* cies nõ reſplēdebit, ideſt, uita quã ille quis ſit agnoſci-
tur vt facie homo, qui filius lucis opere ſit, dé quo,
deque ſimilibus illi Paulus eratis aliquando tenebræ
*Epheſ.5.* Nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate.
Fructus autem lucis eſt (ac ſi diceret radij in omni
bonitate & iuſtitia & veritate, & iterum ſitis ſine
querella ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in me
dio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis
ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes
*Lucent.* Splendēt iſti maximè ita ut nihil ſit in illis quod nõ
*orantes* eniteat. Quemadmodum neque quid in lumine quod
*& can-* nõn ſplendeat, ſiue oculos illorum ſpectãtes, ſiue
*dent.* linguam, ſiue manus, omnia lucent modeſtia, oculi pu
ritate, Lingua, innocentia manus, totum corpus luci-
dum cur ueſtimenta illorum nõ erunt, ut nix cãdida,
& illa candidiora qui ſacris conſilis Pauli obſequen
tes faciũt quod præcipit ille, abijciamus opera tene
brarum & induamus arma lucis, ſic ut in die hone
*Rom.13.* ſte ambulemus, ſed induamus Dominum Ieſum
*Ephe.5.* Chriſtum & carnis curam ne feceritis in deſiderijs,
induite nouũ hominē qui ſecũdum Deũ creatus eſt
in iuſtitia & ſanctitate ueritatis, ideſt nouã mentē cę
leſti edoctam ſpiritu, ita ut noua creatura ſitis, ita vt
docti ſitis in ſpũ mũdi in carne, induite vos ſicut ele-
*Colo.3.* cti Dei ſãcti & dilecti. Viſcera miſericordiæ, benigni
tatē, humilitatē, modeſtiã, patientiam ſupportantes
inuicē. Vos autē manete in ciuitate donec induami-
*Luc.24.* ni virtute ex alto, ideſt quæ vice uobis indumenti ad
omnes iniurias ſic utilis & nitēs. De quibus ad Ange
*Apoc.3.* lum Laodicęe, ſua deo tibi emere à me aurum ignitũ

proba-

probatũ ut locuples fias, & veſtimẽtis albis induaris. ut nõ apareat cõfuſio nuditatis tuę.quã quęſo eſſet decora Eccleſia, quam pulchra illa, ſi quos habet illa filios huiuſmodi facie nitente,& cãdidis ornamentis eſsẽt decori,haberet illa bonũ teſtimoniũ etiã ab his qui foris ſunt, alliceret, attraheretq; illorũ tã egregia morum ſpectata venuſtas,Nonne hęc pulchritudo eſt quã deſiderat Paulus ita loquẽs, Si qua ergo cõſolatio in Chriſto,ſi quod ſolatiũ charitatis,ſi qua ſocietas ſpiritus,implete gaudiũ meũ ut idẽ ſapiatis eandẽ charitatẽ habẽtes, unanimes idipſũ ſentiẽtes, nihil contentionẽ neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. Non nẽ hęc ſunt à Chriſto ita procurata ut ſint ab eodem Apoſtolo dicta certiſſima, dedit ſemet ipſum pro nobis ut nos mundaret ab omni iniquitate, ideſt deformitate, deformat enim animam peccatũ pluſquã defectus corporis corpus, Et mũdaret poculũ ſibi acceptabilẽ,ideſt peculiarẽ acceptũ & dilectum,ſectatorẽ bonorum operum, non prauorum, inutiliũ aut iniuſtorum ſed bonorũ ex quibus Deo gloria,& ſectatoribus utilitas,& religioni decus deriuetur, quod autem dicta ipſi ſint ſcripturæ conſona,uel ex illis colliges.

*Eccleſia pulchritudo.* *Phil. 2.* *Tit. 2.* *Puritas Chriſtiani populi*

Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Lauamini mũdi eſtote. Si fuerint peccata ueſtra ſicut coccinum quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra uelut uermiculus,uelut lana alba erũt,quod ſi inquinatos peccatis ita dealbat,ut ſuper niuem dealbentur, qui ita non ſunt inquinati eodem Chriſti optimi maximi beneficio per operationem communicato, cur illorũ veſtimenta non fiẽt alba ſicut nix,& facies enitebit? Crede mihi quod qui quo debeant modo guſtant quam ſuauis eſt Dominus,non tantum quæ diximus conſequuntur ſed fiunt ex lignis pomiferis quæ uidit Ezechiel,

*Pſal. 50.* *Eſai. 1.* *Vtilitas orationis* *Pſal. 33.* *Exec. 47*

*Ezec.47* Ezechiel, orietur ex ripis eius ex utraque parte lignũ pomiferum, non defluet folium ex eo, & nõ deficiet fructus eius, uerbis & operibus erunt vtiles, exemplo commodi ſiunt columbæ de quibus loquens ſapiens *Cant.5.* dixit, ſicut columbæ quæ lactæ ſunt lotæ & reſident iuxta fluenta pleniſſima, ſimplices in quam, puræ, candidæ, ſinceræ, volatu ſuperna petentes, in ſacrarum fluentis ſæpe ſe intingentes, ut nitidiores fiant, ex illis *Ezec.34* ouibus Deo charis de quibus ille fuit loquutus, & paſcam illas in paſcuis uberrimis, ut pingueſcant, uberesque illæ fiant & cunctis utiles. Talibuſque animi dotibus, fiunt diuino beneficio præditi. Quos diui- *Ezec.50* nus Appelles depinxit, quaſi flos roſarum in diebus ueris. Quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ & quaſi thus redolens in diebus æſtatis, ſicut ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet. Sicut uas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo. Suntque illorum animę quod de genis dixit ſapiens. Areolæ aromatum conſitæ a pigmen- *Cant.5.* tarijs, mille odoriferarum uirtutum generibus cõſitæ lilijs puritatis, roboris roſis, undequaque ex ſe diuinum odorem ſpirantes.

*Cur hodie rari ſint qui vultu ſint nitido.* Quod ſi quęras quæ nã ſit hæc cauſa propter quã tam ſint hodie rari qui facie ita lucida, ueſtimentis candidis ſint ornati, in prõptu ratio eſt, rariſſimi ſunt qui cum Christo montem aſcendant, ſublime quid excelſum aut diuinum ſapientes, ſed deprimit in illis ſenſum multa cogitantem & uarijs curis agitatũ ter- *Sapiẽ.9* rena inhabitatio, & quod dictũ de Dathan & Abirõ eſt, de illis dici ſuo modo põt aperta eſt terra & deglu *Exod.15 et pſ.105* tiuit Dathã Deglutiuit.n. terra illos, queãdmodũ .n. uoratis illis à terra nihil niſi terra apparuit, neq; apparet quidẽ in iſtis, ſiue loquẽtes illos audias, ſiue curas *Exod.2.* ſpectes, & opera cuncta, hæc in illis terra ſunt, & faciũt lateres, & proprio labore partis paleis coquunt, neque id dolentes & coactæ ut in Ægypto Iſraelitæ,

poſuiſti

poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Impoſuiſti ho mines ſuper capita eorum,ſed ſponte,cum poſſint,& uacare ab illis,& rebus diuinis uacare,neque cum adi tus illis detur,quod rariſſimè faciunt humani Reges colloquia miſcent cum Deo,qui illos erat illum natu rus,decoraturus & dealbaturus, ſed etſi exteriora il lis hominum, uitam agunt cum Nabuchodonoſore belluinam,atque ideò non tantum illorum facies nõ nitet,ſed obſcura eſt, & plena tenebris,non tantum, non ſunt illorum ueſtimenta candida, Sed mille mo dis conſpurcata ut tabeſcere illi faciant Dei amicos illos ſpectantes. Et cruciant ut quondam Dauidem, tabeſcere me facit zelus meus,quia obliti ſunt uerba tua inimici tui. Alij quidem loquuntur cum Deo,ſed ſuæ obliti illi conditionis & immemores diuinæ,aci ta ſine attentione loquuntur, ſine metu, ſine reue rentia orantes illi ſpiritu,& minime mente, minime guſtantes quam ſuauis ſi Dominus, ideo iſti neque igni illo accenduntur,neque ſplendore illo illuminan tur,neque flumine illo copioſſimo dealbantur,eſtque res prodigio ſimilis,quod in medio igni ſunt frigidi, in medio flumine immundi & quod ex re commo diſſima nullam miſeri capiant utilitatem,neque mel illis diuinorum eloquiorum ſapiat,neque,illius audi tus exhilaret,neque illius ſplendor illuminet. Appa ruerunt Moſes,& Helias. Obſcura erãt innumera in Moſe & Helia donec diuini ſui aduentus ſplendore luce ſuffudit illa Chriſtus,velumque abſtulit & gran dem lapidem ut uetus Iacob, quo illorum myſte riorum puteus erat opertus. Non ne iſta ſignificant Dauidis illa, da mihi intellectum & ſcrutabor man data tua,reuela oculos meos, & conſiderabo mirabi lia de lege tua. Et aperuit illis ſenſum ut intellige rent ſcripturas.

*Pſal. 65* *Dan. 4* *Pſa. 118* *2. Petr. 2* *multorũ oratio, qualis.* *1. Cor. 14* *Pſal. 33* *Exo. 34* *Gen. 29.* *Pſ. 118* *Luc. 24*

Et quod de ſeipſo dixit non veni modo ſoluere le gem aut prophetas, Ecce Moſem,& Helias. Sed ad

*Matt. 5.*

implere

implere, ita manifeſtauit illa, quod nitidus aparuit, & illuminatus. Moſes apparuit & Helias ut plane ho die ſunt, nam obſcuritas illorum ſacrificiorum, cerimoniarum & quæ etiam erat in vaticinijs illuminata iam eſt nobiſque & lucet & illuminat, uide huius rei Typum in Gregorio lib. m. 21. c. 1. de virgis excorticatis, dumque ab illis cortex literæ ſubducitur allegoriæ, candor interior demonſtratur, & dum cortex relinquitur exterioris intelligentiæ exemplo monſtrãtur. Et aparuerunt, loquẽtes cum Ieſu vt famuli cum Domino, vt diſcipuli cũ magiſtro, ut pictores cum eo quẽ delineauerant, ac depinxerant, ut legati illius cuius apud mundum legationem egerant. Loquẽtes cũ illo, de quo, & in cuius gloriam ſemper fuerant illi loquuti, ita magnus antiquæ legis interpres Paulus. omnia in figura contingebãt illis, ſcripta autem ſunt ad correctionem noſtram, in quos finem ſæculorum deuenerunt, omnes fuere ſcripturæ indices Meſſię tẽporis in quo ſumus quod eſt omnium præcedentium ſæculorũ vſque ad Chriſtum finis. Pro membris capita loquuntur, talia enim erant omnium prophetarum & ſcriptorum ſacrorum Moſes & Helias. Quid erant quæſo loquuturi? Plane quoquis ſublimior eſt & præſtãtior, Hoc ſunt de quibus agit & loquitur ſubliora, aget quidem Agricola de proſcindenda terra, & mandandis illi ſeminibus. Aget paſtor de ouuium paſcuis, & cuſtodia, deq; arcendis lupis, aget nauta de modo ſecandi maria de nauiũ pręparatione, aget denique faber lignarius de æquandis poliendiſque lignis deque inſtrumentis ad id aptis, agent autem duces & militiæ præfecti de parandis armis, de cogẽdis copijs, de hoſtis potentia. Agent Reges de regnorum moderatione, de cõmum pace, de ſuorũ cõmodis & tranquilitate. Qui loquebãtur ſunt Moſes, Helias, & Chriſtus, ſerui illi, iſte vniuerſorũ dominus, illi ſapiẽtes, iſte cuius ſapiẽtiæ non eſt numerus, illi ſancti, iſtę

*Greg li. m. 21. c. 1 & Aug. ſerm. 36 & 56. ad frat.*

*Vide quo modo ap paruerũt Moſes et Helias.*

*1. Cor. 10*

*Expende ſimilia.*

*Dan. 4.*

ſanctitatis parens,& autor,illi legis latores & prophe tę,iſte legum dominus & prophetarum magiſter,ſed tales ut innumeris illi regibus præcellerent, audis enim de Moſe que uix de quoquam regũ ſunt audita, dilectus Deo & hominibus Moſes,cuius memoria in benedictione eſt, ſimilem illũ fecit in gloria ſanctorum ideſt cuius beata eſt memoria, & gloriæ ſanctorum illum equiparauit, cũ leuaret manus Moſes uincebat.Iſrael,ſin autem paululum remiſiſſet ſuperabat Amalech,expende quãtam illius pteces habebant vim quibus ut daretur uictoriã id fiebat. Moſes autẽ aſcẽdit in montem ad Deum, Vocauitq; eum dominus de monte,uides inſigne gloriæ beneficium cum Deo miſcet colloquia & cunctis præfertur ut legem accipiat,unde Paulus ait,Et Moſes fidelis erat in tota domo eius tanquã famulus,in teſtimonium eorũ quę dicenda erant,ſi ſteritent Moſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum,expende quanti illum habeat Deus qui ita loquitur. *Eccl.45* *Exo.17* *Exo.19* *Hier.15*

De Helia,ſurrexit Helias propheta qua ſi ignis & uerbũ illius quaſi facula ardebat, ad cuius nutum cęlum nunc fiebat ſerenum, nunc nubibus obſcurabatur.De Chriſti maieſtate non eſt, quod quid piam dicamus, de quo neque quis ſit ac quantus non ualent Cherubim ac ſeraphim dicere,sũmæ igit maieſtatis, ſummę autoritatis,ſumi momẽti oportebat eſſe negotiũ de quo loquerent,erant omnino, & in quo totius mundi pax,trãquillitas,libertas,ſalus,uita, gloria uerſabatur & quo nullum maius eſſe poterat,de exceſſu quem cõpleturus erat in Hieruſalẽ,quæ ſi eo modo, quo ſonant eſſent accipienda omnino,uel ob id ſolũ exceſſus eſſet appellandus quod omniũ hominũ merita excederet,omnium hominũ captũ,neq; enim capere poterat neque aſſequi ingenio homo tanti beneficij magnitudinẽ,& quod diuini amoris fuiſſet quidã exceſſus.Sic enim Deus dilexit mundũ,Et ſoluen- *Eccl.48* *3.Re.18* *Maieſtas negotij de quo agebatur.* *Ioann.3*

di debiti exceſſus,non enim ſicut delictum ita & donum, ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt multo
*Rom. 5.* magis gratia Dei . Et donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit . Loquebantur de cruce,eſtque hoc negotium tantę maieſtatis,vt nō contentus fuerit Euangeliſta glorioſum appellare illud ſed gloriam appellauerit, tam ſublime & excellens ut Paulus ipſe illius excellentiam non valens ex-
*Phil. 2.* plicare ita fuerit loquutus,Qui cum in forma Dei eſſet nō rapinā arbitratus eſt,eſſe ſe æqualem Deo,ſed pro nobis ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus habitu,inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, tam admirandum,ut portuerit & pręſignari illud antiquę
*Arcanū crucis præ oſtenſum.* legis figuris, & prædici uaticinij vt fieri poſſe crederetur,horrebat enim mens cum audiebat dominum obiturum mortem,pro ſeruo, Deum pro homine & mortem crucis,tanti momenti, vt in illo uerſaretur, non unius alteriuſue prouinciæ pax, ſalus, gloria ſed mundi totius, ipſe enim eſt noſtra pax,iuſtificati ergo ex fide,uiua ſcilicet, pacem habemus ad Deū per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

*Eph. 2.* O felices qui Chriſti & prophetarum imitatores
*Rom. 13.* de cruce loquuntur, ò dignā Chriſtiano homine loquutionem, aut de illa quā illorum amore amplexus eſt Chriſtus,aut de cruce quæ ferenda ab illo eſt,iux-
*Colloquia felicia.* ta illud,qui vult uenire,&c.Qui de crufigendis ſemet ipſis agunt,qui Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifigerunt cum concūpiſcencijs & uicijs, ita ut dicere poſſint aliquando mihi mundus crucifixus eſt & ego mū
*Mat. 16 & Luc. 14.* do.Qui de illis agūt & illa animo voluunt, mortuus eſt Chriſtus vt qui viuunt iam non ſibi uiuant,empti eſtis pretio magno,iam non eſtis veſtri. Sed rariſſimi
*Gal. 5.* ſunt de hiſce rebus ſermones,rariſſima colloquia.
*2. Cor. 5* Quia rariſſimi ſunt Chriſti & prophetarū imitato

res,

res,& qui iſta præditi ſunt animorum gratitudine & ſalſitudine, agunt multi & colloquuntur de rebus friuolis, ludicris & labilibus,de augenda re, deparando euanido honore, inque his rebus dies ac noctes inſumunt,alij,ineptiori & magis pernicioſo qui ſunt ingenio,quod uituperat Dauit, loquuntur illi quidem de obſcurando honore,de fœmina de honeſtanda,de retaliauda iniuria,de inſidijs parandis proximis & tendendis laqueis. Os tuum abundauit malitia,& lingua tua concinabat dolos ſedens aduerſus fratrem tuum loquebaris,aduerſus filium matris tuæ,ponebas ſcandalum & alibi,qui cogitauerunt iniquitates in corde tota die conſtituebant prælia, acuerunt linguas ſicut ſerpentes,venenum aſpidum ſublabijs eorum, ſciant tamen iſti quod labor labiorum ipſorum operiet eos, cadent ſupereos carbones, in miſerijs non ſubſiſtent. In huiuſmodi congregationes vipereas ita idem loquitur propheta. *Pſal.49.* *Pſal.136*

Odiui Eccleſiam malignantium & cum impijs nō ſedebo. Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc per ſequebar, is regius eſt animus, qui autem vilis eſt, abiectus hunc amat. Videnturque illi labia diſtillantia venenum vtrique mortiferum mel diſtillare tanta illius impietas eſt.Hi ex patre diabolo ſunt,qui autem Chriſtum habent magiſtrum, & illi hærent, & mores componunt in illius uitæ immitationē,& ſermones uiuentes uitam illi gratam, loquuntur aut de quibus loquutus ille eſt,aut gratā illi? Bonum eſt nos hic eſſe vbi Chriſtus,ubi Moſes,& prophetæ,ubi diuinæ uoces audiuntur ubi Chriſtus qui ſit agnoſcitur, ſemoti ab improbo conſortio à conuictu malignantium,quod ſi hic ita hoc bonum eſſe videbitur, quid uidebitur in gloria,ad quam.&c. *Pſal.25.*

## SALVTATIO.

*Repudiata eſt Maria Salome etiam pro filijs in*
Luc. 18. *tercedens,quia neſciuit petere,exaudientur*
*ſcientes,vt exauditus fuit cæcus,lumina pe-*
Matt.8. *tens,leproſus mundatur, nullus autem maio*
*ri cum ſapientia petit quam qui ad enuntiã*
*dam Euangelicam Doctrinam, & ut illa au*
*dientibus vtilis ſit petit a Deo gratiam,peta*
*mus nos illam,et ut nobis illam impetret,pe*
*tamus & precemur Virginem,Aue Maria.*

## THEMA.

Aſſumpſit Ieſus diſcipulos ſuos ſecreto &c: Matth. 20.

Iud. 14. QVOD Non intelligeretur ænigma Sanſonis,aut propoſitæ parabolæ Dauidi à Nathan de oue in ſinu domini
2.Re.12 ſui accubantis, à muliere de filijs rixantibus non mirum
2.Reg.14 obſcuritatem quandam habẽbant illa, ſed quod non intelligantur iſta, ut ait Lucas capitu. 18. erat uerbum abſconditum ab eis,hoc mirũ. Nihil dici poterat apertius & tantum non intelligebaut illi uerbum, quibus enim uerbis aut facilioribus aut apertioribus dici illa poterant,illudetur,flagellabitur, & crucifige-

cifigetur,ſed mens non capiebat, quo nam fieri poſſet ut illuderetur veritas,flagellaretur æquitas,crucifigeretur innocentia,mens non capiebat,quo nam pacto illuderetur ſapientia, flagellaretur beneficiencia, crucifigeretur omnipotētia, neq; id facinus perpetrari poſſe ab hominibus arbitrabantur,neque permitti à Deo,cuius profunditatem conſilij de modo redimēdi hominis nondum capiebant.Quis enim intelligere poſſet etiam ſi id apertę diceretur à Dauide quod capiendus erat ille à cuniculis,q̃ ſoffocabat urſos,aut quod capillis eſſet alligandus Sanſon, & quo uellent homēciones,trahendus, qui rūpebat funes? Quo nā igitur modo mens illo tempore capere humana poterat quod tantum eſſet odium Iudeorum futurum in Chriſtum tot modis de illis benemeritum ut ſimilia auderet? Aut tanta illius patientia ut illa ferret,& potiſſimum cum uidiſſent Dæmones illorum duces,illius iuſſu toties fugatos & adhuc in porcos ſine illius permiſſu nō fuiſſet auſos ingredi,uidiſſentq; reuocare illum uerbo in uitam mortuos, nutu lumina reſtituere cæcis. Difficilia quidem & nunc ſunt captu & quæ tranſacta iam cum ſint niſi fide aſtringeremur viderentur nobis difficillima, nam quod Deus iſta in homine feciſſet id nequaquam mirum,ut quæ de irriſione illius quæ ſumma cum ratione fit digniſſimis illa,qui habitat in cęlis irridebit eos & Dominus ſubſanabit eos, Dominus autem irridebit eum qui proſpicit quia uenit dies eius, aut quæ de flagellis quibus ille aut punit impios aut excitat & exercet pios, ut ſunt illa flagellauit Dominus Pharaonē ꝑpter uxorē Abrahā,flagellati ſunt qui præerāt operibus, tu flagellas & ſaluas,aut quod illo punit genere quēq; mortis quo illius ęquiſſimo iudicio uiſus eſt dign⁹,aut aquis ſuffocādo,ut cū equū & aſcenſorē deiecit in mare,ut de Pharaone dr̄. Aut igni abſumendo ut dr̄ de Dathā & Abirō,exarſit ignis in ſinagoga eorū & flāma com-

*Quę fuit obſcuritatis uerborū ratio.* 1. Re. 16. Iud. 16. Luc. 8. Matt. 9. Luc. 18. Pſal. 2. Pſal. 36. Gene. 12. Exod. 5.

*Pſ.* 105. buſſit peccatores, aut terra abſorbendo ut dicitur de
& *num.* eiſdem, aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan & ope-
16. ruit congregationem Abiron, ſed quod illudatur, fla-
gelletur, crucifigatur Chriſtus, patris ſapientia, æqui-
tas ſumma, bonitas immenſa, omnipotentis Patris
omnipotens Filius, id uix capiebat mens, reddebat-
que illis magiter obſcura uerba, quod in facientes, &
audentes iſta miniſtros ſuos aut illa audere non per-
mittebat, aut facta ſeueriſſime uindicabat, eratque il
lorum tantopere zelator, ut non tantum immitentes
3.*Re.* 22. in carcerem, ut Micheam, Achab: perſequentes illos,
3.*Re.* 16. vt Iezabel illius dira uxor: ſed verbo aut ſigno læ-
4.*Re.* 9. dentes, ut pueris dicentibus calue calue, & extenden
3.*Re.* 17. tes in illos manus puniret ut extendentem in Anam
manum Ioroboam, Iſta cum in memoriam ſubirent
non capiebat illa illorum mens, modum enim, quo
iſta fierent ignorabant illi, ut qui quæ cum in mini-
ſtros, ſeruoſque ſuos fiebant, tam ſeuere uindicabat,
in ſeipſum illa fieri permitteret, nam inuito illo fieri
non poſſe ſatis intelligebant, iſta innumeraque alia ſi-
milia iſtis faciebant, ut iſtorum uerborum ſenſus alio-
qui planiſſimus effugeret ab illis. Videbant patrem
*Gen.* 22. æternum, Angelorum miniſterio Abrahamo obſtitiſ-
ſe ne gladio iugularet filium oblatumque arietem, ut
illum illius loco ſacrificaret, & filij & parentis miſer-
tus, & mens non capiebat modum quo fieri poſſet, vt
*Mat.* 17. pater omnipotens & æternus filium in quo ſibi com-
placuerat illudi, flagellari, & crucifixi permitteret,
permitteretque filius in ſeipſum illa fieri, qui æqualis
*Ioann.* 3. erat Patri, ſumma iſta eſſe, & mundum ſe patri debe-
ri præcipienti, & obſequenti filio, illa explicarunt. Sic
*Eph.* 4. Deus dilexit mundum, vt filium ſuum &c. qui tradidit
ſemetipſum pro nobis, ut nos redimat ſingula uerba
expende. Iſta demirans Auguſtinus aiebat: homo fa-
ctus eſt hominis factor, ut ſuggeret vbera, regens ſide-
ra, ut eſuriret panis, ut ſitiret fons, dormiret lux, ab iti-

nere uia fatigaretur, falſis teſtibus ueritas occultaretur, iudex uiuorum & mortuorum, à iudice mortali iudicaretur ab iniuſtitia iuſtitia damnaretur flagellis diſciplina cæderetur, ſed quo humiliora iſta ſunt & magis acerba tanto plus ſenſatos obligant homines ut ſe totos deberi Deo agnoſcant & cum ſeipſis repetire non poſſint, quid pro tantis tamque mirabilibus beneficijs rependant, ſemetipſos retribuant, & ad ſimilia obeunda præparent, iſta enim alta mente repoſita, nactis tribulationum ocaſionibus, gaudio ſuffundi, & fecerunt Apoſtolos & Martyres in numeros, fecere inquam maiori lætitia affici, cum in ſqualore, & ſitu iacebant, in carceribus, quam cum liberi uerſabantur in aulis, illuſionibus magis oblectari quã laudibus, uerberibus quam amœnitatibus, morte quam uita, præeligique iſta quoties offerebatur ocaſio, innumera iſta docent loca, ut ſunt illa Pauli, ego autem non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum, gloriamur in ſpe filiorum Dei, non ſolum autem ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero ſpem opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti in altero ſocij taliter conuerſantium effecti, nam & uiuentis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, præter autem diuinam opem quæ ſuis adderat inter vepres & ſpinas iſtas cũ illi ſunt, quod præoſtendit agnus ab Abrahamo oblatus, ingentes adducit illis animos, quę à magiſtro, quę à Domino, quæ à conditore ſuo illorum amore ſunt paſſa. Id explicant magni Apoſtoli illa, deponẽtes omne pondus, & circũſtans nos peccatum, curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes ad auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contẽpta: Vndè egregiè magnus Auguſtinus, tota vita Chriſti in terris per hominẽ quę

*Aug. ſer. de natali domini.*

*Expende quãtum Deo, teneatur homo.*

*Act. 21.*

*Rom. 5.*

*Heb. 10.*

*Gen. 22.*

*Heb. 12.*

geſſit, diſciplina morum fuit. Oĩa bona mundi Chri ſtus contempſit, quæ contemnenda docuit, & omnia mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcepit. Quod ſi iſta nobiles illos animos ac plane glorioſos, ad magna il la inflamarunt cur ad minora non inflamãt noſtros? *Remiſſio noſtra magna.* Defuere iam iuſtis carceres, exilia, proſcriptiones, flagella, mortes, quia tranquillitate gaudet reſpublica Chriſtiana, & ſi uarijs in locis ꝑꝑ hominum corruptionem exagitet illa, contingebat autem illo potiſſi mum tpe, quod in templi Salomonis ſtructura, in *3. Reg. 6.* qua non impoliti, ſed politi lapides conſtituebantur, ſed poliebant illi uarijs ferri inſtrumentis, & artificũ manibus antequam ſitus illis daretur in templo, ac ita eueuit lapidibus ex quibus ſubſiſtere ac conſtrui debuit Eccleſia, id illa ſonant, tũſionibus, preſſuris, ex politi lapides diſponuntur permanſuris ſacris ædificijs, dicta explicant, ſi ſuſtinebimus & conregnabimus, ſi tamen compartimur vt & conglorificemur, vn *2. Thi. 2.* dè plena conſolationis ſunt illa Auguſtini, intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem mediũ *Augu. in Pſal. 21.* eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem, ſub medicamentum poſitus, vreris, ſecaris clamas. nõ audit medicus ad uoluntatem, ſed ad ſanitatem. Et acce *Quæ ſit huius petitionis ocaſio.* dens mater qua fuerint iſta ocaſione dicta quæris, ex plicant meo iudicio illa, Non intellexerunt uerbum quod ſi id tibi non placet, placeant prædicta, quæſo, Et accedens mater, non ſpectat neque quærit oppor *Materni amoris uis.* tunitatem maternus amor, de filiorum prouectione ſollicitus, omne tempus ſibi uidetur opportunum, omnis locus aptus, neſcit habere modum, cedamus iſta *Expede.* amori materno, permiſſumque iid, crede à Deo, ut doceret neque quidquam ualere apud illum, quæ alioqui plurimum ualent, & magni habet ille neque muliebrem ſexum, neque canos neque cognationem etiam illorum qui ætate maiores ſunt, ut aliquid quocunque modo ab illo extorqueant, quod

illius æquiſſima liberalitate non ſit dignum, dictumque ſibi & reſponſum exiſtimarent dicendumq; omni tempore, & reſpondendum cum factu indigna peterent, quod matronæ tot modis ſuſpiciendæ, & filijs, alioqui Chriſto ſuauiſſimis, chariſſimis, & coniunctiſſimis eſt reſponſum, neſcitis quid petatis, ablatamque omnium hoc modo petiendi fiduciam omnibus, Nam uix ullo poterant in homine contingere, quæ in fœmina iſta grauiſſima contingebant, ad propendendum in illius beneficientiam Chriſtum, ſexus, ætas, cognatio, & in filios ſuauiſſimus Chriſti amor, quæ alioqui ut diximus, Chriſto gratiſſima, & pretioſiſſima erant cum tamen ita ſit illius liberalitas in homines effuſa, ut ad petendum inuitet illa illos, & petita concedat his in quibus nulla contingunt ex his quæ contingere in præſtantiſſima fœmina diximus, iuſta tamen, & illius Sapientia, & æquitate digna. Probant præterea quę diximus illa Matthæi, petite, & accipietis, illa item Marci, quæcunque orantes petitis credite quia accipietis, & euenient uobis, quin & illius in concedendo liberalitatem explicant, qui indiget Sapientia poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluentur, & non improperat. De huiuſmodi æquis, iuſtis & ſapientibus petitionibus, illa ſunt Apoſtoli, petitiones ueſtræ innoteſcant apud Deum, & illa Dauidis, impleat Dominus omnes petitiones tuas, & omne conſilium tuum confirmet, & quæ iſta omnia confirmant illa ſunt, ſi uos cum ſitis mali noſtis bona dare filijs veſtris, quanto magiſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe, poſteriora probant, innumera petentibus conceſſa ab illo, in quibus ex multis magniſque illis quæ contingebant in Salome, præclara Ioannis, & Iacobi matre contingunt nulla. Petierunt ut de fœminis loquamur, Iudith, Heſter, Ana, Elcanę uxor, & Sarra, Tho

*Exp. ide.*

*Matt. 7.*

*Mar. 11.*

*Iacob. 1.*

*Phil. 4.*

*Matt. 7.*

*Judit* 13. bias, petierunt Cananea, Martha, & Magdalena, &
*Heſt.* 14. conceſſa illis ſunt petita, & uiduæ non petenti miſe-
1. *Reg.* 1. ricordia motus filium ſuſcitauit, ſed uide quod quo
*Job.* 3. maiora, excelſiora, & ſublimiora bona ſunt & maio-
*Mat.* 15. ri appetitu digna tanto minus culpandus uidetur qui
*Joan* 11. appetit illa, & potiſſimum cum illa non ut noceat aut
*Luc.* 17. grauis ſit alicui, ſed ut utilia & commoda, & hono-
rifica ſint illi, & commoda alijs appetit, tantum ſuo-
*Expēde.* rum meritorum nō optimè penſata qualitate, aut mo
do quo ſunt illa petenda, & ratione qua ſunt impetrā
da, & omnino, ſi humana ratione eſſent iſta exa-
minanda, & mortale eſſet quod optabant nulli il-
lis uidebantur præferendi, quia probi erant illi, &
*Matt.* 4. dictis Chriſti libentiſſimè paruerant, ita ut relictis
& *Lu.* 5. retibus, & patre ſequuti fuerint illum, & ſanguinis
1. *Re.* 16. cognatione Chriſto coniuncti præ alijs Apoſtolis.
*Sap* 11. *et* Sed cordium intuitor, & qui omnia facit in ponde-
*Pro.* 11. re & menſura aliam profert ſententiam, quam hu-
mana proferret ratio, auerſis ſi placet parumper à
matris dignitate oculis, conijce quæſo in filios illos,
inque ſanctitatem & præſtātiam illorum, erant enim
illi Iacobus & Ioannes, quos cum dixeris candoris,
& ſanctitatis culmen te dixiſſe cenſebis, fuit enim Ia
cobus ob excelſas illius uirtutes grauiſſimus Chriſto,
*Joan.* 19. fuit Ioannes unicè ob idipſum dilectus illi. Expen-
dat etiam uelim quanta ſit Chriſti in ſuos, & quam
immenſa liberalitas & quanta largiatur ille cum ne
*Negans* gat, ut reſciant petentes, quod ſi probi illi fuerint &
*multa lar* beneficijs digni, ſi petita illis negata fuerint, aut quia
*gitur* non rectè petierunt, aut quia maiora erant quam
*Chriſtus.* deberent ab illis aut peti, aut deſiderari, aut quia nō
erant illis utilia, quod qui illa negat, glorioſa alia cō
cedet illis, ita ut optato fructu ſuæ non careant peti-
tiones. Eueniſſe iſta uides uiris iſtis clariſſimis nega-
ta fuere quę fuerant illorū interuentu petita à matre,
at conceſſa ſunt illis innumera alia celſiſſima illa, veri
hono-

honoris,& ſolidæ gloriæ pleniſſima. Priuatim rogo euolue quibus iſtj,& quā glorioſis titulis & beneficijs fuerint à Chriſto decorati,& cum fuerint illis illi vſi in illius gloriam,& creditorum numerum, & utilitatem & dignitatem,prælatus fuit Iacobus optimis orbis partibus,quas ingenti cum gloria diuinos ille lumine ſuffudit,mirabilia dum uiueret innumera ædēs apoſtolatus culmini martyrij, poſtea gloriam adiungens, ſanguine proprio eorum quæ docuerat veritatem ſubſcribens, & diuini calicis particeps effectus. ut fieret & gloriæ. Ioannes ad id dignitatis euectus vt dilectus diceretur domini, quam dilectionem quia domini erat cuncti potentis,non otium ſequutum eſt, ſed inſigniſſima opera,Nequit enim diuina maieſtas diligere ſine ingenti dilectorum gloria & exaltatione & magnorum ac mirabilium beneficiorum cummulatione; præſertim quando ita effuſus, & excellens eſt amor. *Iacobus.* *Ioannes.* *Dilectio diuina.*

Sed cur cū mater preces effuderit reſpondet filijs? Planè quia nouerat illos,ut illa peteret,prius rogaſſe matrem. Et ut ita reſcirent illi nihil illi eſſe abſens, nihil abſconditum, ſed cuncta eſſe præſentia,& conſpicua, & hinc etiam poſſent colligere quam æqua pietate negarentur illa illis à futurorum conſcio, & abſconditorum cognitore,habito etiam vt multis placet illorum matri grauiſſimæ reſpectu,fuit enim piæ & debitæ urbanitatis quæ ex prudentia & humilitate oritur, Chriſti ſapientia ſemper amiciſſima. Docēt iſta innumera,ſicut qui theſaurizat,ita qui honorificat matrem,opere, & ſermone & patientia honora patrem, honora perſonam ſenis, viduas honora, quæ uerè uiduæ ſunt. Vndè cum quid illi admiſiſſent cuius eſſent admonendi. non dixit quod de diuitibus præcipe, neque quod de peccatoribus peccantes coram, neque illa: argue cum omni imperio, ſed ſeniores ne increpaueris, ſed obſecrant patres, reddite *Cur matre petente, reſpondit filijs.* *Vrbanitas ex humilitate naſcens grata Chriſto.* *Eccl.3.* *Leui.19.* *1.Tim.5.* *Rom.13.*

ergo

1.*Pet.* 2. ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem, ita colligit magnus Apoſtolus, omnes ho-
*Rom.* 12 norate, & ut ſcirent medium quem eſſent in honorem deferendo ſeruaturi, ita præcipit, fraternitatem charitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, magnus igitur modeſtiæ & deferendi honoris amator Chriſtus, canos & grauitatem veritus fœminæ, cum dicturus eſſet ignorare illam petitionis quanta eſſet gloria, & quam diuerſa à gloria quam illa odorabatur, reſponſum reddidit filijs
*Expende* dicens neſcitis quid petatis, & ut doceret quæ eſſet illius gloria in hac uita, quod, quæ munera ab illo diſtribuenda, & quam eſſent omnia diuerſa ab his quæ conceperant illi animis, ſimul & inceptum continuans de illuſione, flagellatione, & crucifixione ſermonem, de quo fuerant principio loquutus. Modum item docens quo eſſet æterna gloria paranda,
*Luc.* 22. & quæ ſua futura eſſet dexteræ & ſiniſtræ gloria quādo ille cum iniquis deputaretur, conuerſo ſermone de gloria, & honore in Crucem, & Crucis ignominiam, vt illi prius humano iudicio illuſiones flagella
*Text.* & Crucem conuerterant in gloriam, ait, Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, aut baptiſmo quo ego baptizor baptizari? Reſpondent illi animo & hilari & prompto poſſumus. Arbitror neque verba iſta intellexiſſe illos, quemadmodum neque quæ fuerant de Cruce dicta, maximè quia iſta magis obſcura ſunt, & eandem cum illis habebant difficultatem, de crucifigenda innocentia tot modis benefica, & omnipotentia omnia quęcunque vellet
*Pſ.* 134. potenti in cœlo & in terra & in mari, & in omnibus abyſſis, atque ideò medium iſti cenſentes calicis bibitionem quam quæ eſſet ignorabant & potiendę glorię feruentes deſiderio reſponderunt, poſſumus. Iſta diximus non quòd arbitremur etiam calicis ama-

ritudine intellecta eadem illos non reſpōſuros, quos ita diligebat Chriſtus, & à quibus tam feruide diligebatur, ad multa quidem nos non huius apud Chriſtum honoris cupidi, aut alius qui concedi ab illo poſſet, cum uerus ſi ille honos, certus, durans, firmus, ſed euanidi honoris, cuius ſunt ingenij quoſcunque humana largitur poteſtas, ad multa inquam nullo ad uires noſtras habito reſpectu, neque ad muneris onera, neque ad redditionem rationis illorum, ambitione & cupiditate ob cęcati reſpondemus poſſumus. Expende rogo quod Sāſonis humeros grauaſſent onera iſta, tu autem homuncio, es, cuius uires tenues & qui ferre nequibis illa, poſſumus. Expende quod huius pericula functionis deterruiſſent audentem in vrſos & leones Dauidem, & tu natura tua timidus non poteris audere in illa? poſſumus, expende quod huius muneris & ſollicitudinis, tot laborib. aſſuetum Iacob quem legis aduſtum ęſtu & gelu & ſom nium ab illius oculis fugientem retraxiſſent à capien do munere, & quod tu otio & ſomno aſſuetus ferre il las nequibi. poſſumus, quid eſt quod hominē impellit vt ita reſpondeat audacter & nihil ſua imbecillitate uirium cenſeat ſuperius? Planè muneris ineundi inconſideratio, propriȩ cognitionis defectus, reddendȩ Deo rationis obliuio, auri ſacra fames, & impotens honoris ambitio, quȩ per medios ignes, ut de Aenea dicitur, trāſire impellit illum, dum potitis gau deat, externa conſiderat, & prȩſentia de internis & futuris non curat ille, honoris ſplendorem uidet, ma nuum & pedum deoſculationem, genuflexiones, & pendentum multitudinem ab illo, plenos tumidi honoris audit ille titulos, ſplēdore iſto excęcatus, ut mul ti ſolent ſplendore Solis obcęcari, ueluti alienatus à ſenſu omnia ſe poſſe dicit cum nihil ille poſſit, aut ſi poteſt, faciat aut parum, aut nihil. Commuuicat ille omnib. bonis, ſed nō chathechizat, de lacte gregis mā ducat,

*Expende quid faciat honoris cupiditas.*

*1. Re. 17*

*Gen 31.*

*Expende rogo iſta.*

*Vid mul torum in conſideratione hominū.*

*Gal. 6.*

ſicat,ſed non paſcit duplici & multiplici gaudet ho
1.*Cor.9.* nore, ſed non præeſt in verbo & doctrina, ſeparat il-
le,non vt hortatus fuit Deus,prætioſum ab vtili, ſed
1.*Tim.5* quod ſuo iudicio pretioſum eſt à difficili præcioſa
*Hie.15.* amplectitur, difficilia in alienos humeros relegat.
Calicem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram,
Non eſt mecum dare vobis, propter amicitiam, co-
gnationem & matris preces vt putauiſtis. Vere hoc
*Pſal.88.* non eſſe tuum fatemur, ò bone, cuius ſedis præpara-
tio iuſtitia ſunt & iudicium, qui tantum æquitate
moueris, neque eorum eſt qui te æquitatemq; tuam
ſapiunt, ſed innumerabilium hodie eſt hominum,
*Hic mo-* qui nihil niſi hoc intuitu largiuntur, aut propter ami
*dus ſer-* citiam, aut propter cognationem, aut propter pre-
*uatur ho* ces, propias & illorum quos valere cenſet. Miſera
*die a* hominum ingenia, & quæ Dei ſui oblita, & quæ
*multis.* quod multa ex ethnicis non feciſſent, faciunt illa,
*Grauiſſi-* nota enim ſunt illa Ciceronis, Nulla eſt excuſatio
*ma Cice* peccati ſi amici cauſa peccaueris, nam cum concilia
*ronis uer* trix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile eſt ami-
*ba.* citiam manere ſi à virtute defeceris. Hæc enim lex
amicitiæ ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, ne-
que rogati faciamus turpis enim excuſatio hæc eſt
& minimè accipienda tum in cæteris rebus, tum ſi
quis contra rempubl. ſe amici cauſa feciſſe fateatur,
non conſiderantes miſeri, quod quæ largiuntur illi
ſua non ſunt, ſed Domini qui grauiſſime in illis hu-
iuſmodi delicta puniet. Vndè de ſacris muneribus
loquens Apoſtolus appoſitiſſimo nomine appellans il
los quorum fidei illa ſunt credita, diſpenſatores ap-
1.*Cor.4.* pellat, ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti,
& diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæri-
tur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. De-
1.*Cor.9.* que ſeipſo loquens, diſpenſatio mihi credita eſt. Vn-
*Tit.1.* de ſui admonens muneris Titum, oportet Epiſcopū
1.*Pet.4.* ſine crimine eſſe ſicut Dei diſpenſatorem. Vnuſquiſ-

que

que ſicut accepit gratiam inalterutrum illam admi-niſtrantes ſicut boni diſpenſatores multi formis gratiæ Dei. Domini igitur cum ſint bona quæ diſtribuūt voluntatem eius exquirant, vt iuxta illam diſtribuāt, quam ſuis in literis inuenient expreſſam. Commoda, non illorum quos ſacris illis functionibus, præficiūt, ſed functionum curent. nullius apud illos ſint momenti, amicitia, cognatio, familiaritas, fauor, preces, meritorum tantum ratio habeatur, & cum quid ab illis contra ius & æquum petitur, dicant, neſcitis quid petatis, non eſt meum dare vobis. Non eſt meum, mea inquam æquitate, & fide Deo, eccleſiæque ſuæ debita, dare vobis petitis, qui eſtis indigni. Imitatores illi ſint, & quibus reſpondit ille verbis reſpondeant, etiamſi contingant in his qui petunt, illa omnia quæ in nobili iſta fœmina contingerunt, ſed iam multis caro & ſanguis, non cęleſtis pater, quæ facturi ſunt reuelat, illi acquieſcunt & inſeruiunt, eorum, ad quæ arctiſſimè tenentur, obliti, quod ſi quæ edocta à Chriſto ſunt adhibito reſponſo amplecteremur, neque deflecteremus ab illis, & noſtræ & multorum cō ſuleremus ſaluti, & reipublicæ communi vtilitati, & petentes ipſos cogeremus digna petere, ſæpius indigne petitis defraudati noſtræ, quia ſi cuique functioni dignos præponeremus, non eſſet metuenda pęna, ſed expectanda merces aliorum qui eum digni dignitatibus, præficiuntur, quæ ſui muneris ſunt, debite abſoluunt, reipublicæ, quia non propria illi commoda, ſed quæ illius ſunt procurantur illi, quibus omnibus tanta æquitate peractis fideles ſerui haberemur, intrareque iuberemur in gaudium domini, in quod nos diuina gratia perducat, Amen.

*Commodū quid curādū.*

*Immitatores Chriſti in reſpondē do qui ſint.*

*Multi affectu ducuntur.*

*Luc. 11.*

## *SALVTATIO.*

*QVI nouit corda omnium, nouit & omnium neceſſitates & gaudet rogari vt conſulat illis, id illa ſonant, petite & accipietis, noſtra hodie inter innumeras alias neceſſitas,*
Mat.25 *gratiæ eſt, precemur Virginem impetret nobis illam. Aue Maria.*

## THEMA.

Domine tu noſti corda omnium.
Act. 1.

*Expende* MVLTA quidem ſunt & mirabilia illa, quæ in hac actuum Apoſtolicorũ par-
1.Co.10 te, quæ uice canitur aut legitur, epiſtolæ continentur, multa quæ ſtantes cum metu eſſe iubeant ne cadant, qui enim
*Pſal.22.* viuendi modus excelſior, ſublimior, aut profectior quam in illa viuere religione, in qua Chriſtus paucorum illo tempore religioſorum caput erat? Aut qui locus potuit uideri magis munitus, aut quæ ouis magis ſecura dormire quam illa quæ Chriſto gaudebat paſtore, quæ dicere potuit merito, ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quia tu mecum es? Aut qui honos potuit optari ſplendidior,
*Expende* quam Domini Apoſtolos & dici & eſſe? Cum illo
*de qua* colloqui, illius menſæ aſſidere, illius doctrinæ ſem-
*multis et* per eſſe auditor, perfectionis uitæ illius & miraculo-
*magnis* lorum continuus eſſe ſpectator? Ad hunc dignitatis,

honoris, & felicitatis verticem exaltatus eſt Iudas, ſed ſubito culpa teterrima ſua, & diaboli inſtigatione peruerſiſſima cui auſcultauit miſer, è diſcipulo redditus eſt proditor, ex amico hoſtis, ex oue lupus ex homine Diabolus, è quæ ſtatu celſiſſimo, & feliciſſimo deturbatus in ſtatum deiectiſſimum & infeliciſſimum.

*gaudebat Iudas.*
*Miserandus Iudæ caſus*

Iſta expendens magnus Gregorius, grauiſſimæ & vtiliſſimæ doctrinæ grauiſſimus autor, ita explicat carmen illud Dauidicum, eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ac ſi diceret tua mihi tantum protectio ſecura eſt, tu ſi mihi locus fueris munitus eris in expugnabilis, Video enim e paradiſo eiectum Adamum, è cœlo diabolum deturbatum, ex Apoſtolatu Iudam, eſto igitur tu mihi ò Deus in protectorem & locum munitum ut ſaluum me facias. Hinc idem has Iudiciorum diuinorum profunditates demirans ita in horum uerborum explicatione loquitur, indica mihi ſi noſti omnia in qua uia habitet lux, & tenebrarum quis locus ſit, ut ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius. Videmus nanque, ꝙ illa Deo aduerſa gẽtilitas, iuſtitiæ luce perfuſa eſt, & Iudea dudum dilecta petfidiæ eſt nocte cęcata, ſcimus etiam ꝙ latro de patibulo tranſiuit ad regnum, Iudas de Apoſtolatus gloria eſt Lapſus in Tartarum. Rurſum ꝙ aliquãdo ſortes, quæ cœperint non mutantur, & latronem alium ſcimus perueniſſe ad ſupplicium, & Apoſtolos ſcimus percepiſſe propoſitum quod deſiderauerãt regnum, vnde poſt multa ita colligit, qui timet dominum, ſperet in domino. nam de ſpe in caſum præſumit qui timere Deum in ſuis operibus renuit, & magnus Auguſtinus poſt innumera huic noſtro nõ diſſona inſtituto ita loquitur in hac ergo crucis profunditate, in hac rerũ tãta obſcuritate, teneamus qđ cantamus, non de noſtra uirtute prę́ſumamus, nõ ingenioli

*Greg. lib. m. 29. c. 9.*
*Diabolꝰ neque locum, neque munus veq. perſonã ueretur.*
*Pſ. 103.*
*Aug. ſer. 7. & 11. de Verb. Apoſt.*

noſtri viribus, in hac quæſtione aliquid arrogemus, ſpalmum dicamus, cum pſalmo dicamus, miſerere mei Deus, miſerere mei Deus, miſerere mei quare? quia voluntatis arbitrium gero, vnde gratiam tuam meritum meum præcedat? non, ſed quare? quia in te confidit anima mea, iſta difficillima cum ſint & quæ perfectos quoſq; ingenti metu concutiant, hoc merito clauſit ille fine, Qui timet Dominum ſperet

*Nobilis.* in Domino: Timeant igitur, non arundines tãtum, quæ quouis agitantur & flectuntur vento, ſed qui ſibi cedri libani videntur, radicitus cum vident euulſas, quæ uidebantur proceriores, timeant illi quos intro-

*Cant. 2.* duxit Rex in cellam vinariã quos vineæ ſuę fecit cu-

*Cant. 8.* ſtodes, quos ſuæ voluntatis erga homines interpræ-

*1. Cor. 5.* tes, quos creauit ille diſcipulos, quos elegit Apoſto-

*Ioan. 6.* los, & vt ſi dicamus, Eccleſiæ ſuæ columnas, Vnde

*Gal. 2.* grauiſſimę Gregorius, ſed in hac uita homo poſitus

*Greg. li. m. 23. c. 23.* in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet ſecreti receſſu, viuere ſine tentationibus nullatenus poteſt. Vnde & Leo clementiſſimus, non deſint antiquus hoſtis ten-

*Leo.* tationis laqueos vbiuis protendere, vt quoquomodo fidem credentium valeat corrumpere, nouit.n. cui illecebras carnis ingerat, cui virus inuidiæ effundat, nouit quem mętore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat, omnium ventilat cauſas, omnium diſcutit mores, omnium ſcrutatur affectus, ibi quærit cauſas nocendi,

*Quomodo ſuperatur Iuda.* vbi viderit quempiam diligentius occupari. Sed quomodo expugnata eſt arx iſta quæ videbatur inexpugnabilis, ſuperatus dux iſte qui videbatur inuincibilis, & tam ingenti cum ignominia ſuperatus, vt prodiderit vili pro pretio magiſtrum, & crepuerit medius impijs illius & nefarijs diffuſis viſceribus quæ tanta tam quæ horrenda dictu fuerant in magiſtrum auſa, ſanctiſſimum, clementiſſimum, & inculpatiſſimum? Poſtquam Diabolus poſuit in corde Iudæ. Diabolo

igitur

igitur inſtigante, quo enim autore niſi illo tantum po- *Diabo-*
tuit facinus patrari, auſcultet igitur quiſque ſapien- *lus nõ eſt*
ti, & alieno cautus fiat periculo & ſi ſibi abſolute cu- *dandus*
iuſdam ſanctitatis vir eſſe videatur, qui malorum *locus.*
conſcius quæ Diabolo in corde ponente fiunt, ita cla
mat, omni cuſtodia ſerua cor tuum, non dixit con- *Pro. 4.*
temne cor, neglige, expoſitum illud habe, ſed ſerua,
neq; quauis cuſtodia contentus, dicit, omni cuſtodia,
Et Propheta, vſq; quo morabũtur in te cogitationes *Hier. 4.*
noxiæ neque enim reprehenditur cur veniẽt, ſed cur
morentur, & in bonis enim cordibus cogitationes il-
licitæ ueniunt, ſed tamen morari prohibentur, quia
recti quiq; ne captiuandam domum conſcientiæ prę
beant, ab ipſo cordis lumine hoſtem fugant, qui etſi
q̃n repentinus ſugeſtionibus vſque ad primum veſti-
bulum ſurripit, ad conſenſus tamen ianuam non per-
tingit. Sed quid in corde poſuit, aut quo telo tantum
illeuirum proſtrauit? Cupiditate, auaritia. Digniſſi- *Luc. 12.*
me igitur Lucas, videte & cauete ab omni auaritia
(verba expende) quia non in abundantia. Cuiuſq; vi- *Eph. 5.*
ta eius eſt ex his quæ poſſidet, & Paulus, fornicatio
autẽ & omnis auaritia neq; nominetur in uobis, & *1. Tim. 6.*
idem, vt vno verbo oĩa illius cõplectatur dãna & quã
ſit vt vitetur virus illius neceſſaria fuga, ait, radix om *Auari-*
nium malorũ eſt cupiditas quã quidam appetẽtes er- *tia.*
rauerunt à fide & inſeruerũt ſe dolorib. multis, tu aũt
hõ Dei hęc fuge recenſens ẽt huius radicis pernicioſiſ *Iacob. 4*
ſimæ damna Iacob. ait, vnde & bella & lites in vobis?
Non ne ex cõcupiſcentijs veſtris quæ militant in mẽ *Eccl. 10.*
bris ueſtris, unde & illa, auaro nihil eſt ſceleſtius, ni-
hil eſt iniquius quam amare pecuniam, hic enim ani
mam ſuam uenalem habet, qui in uita ſua proiecit
intima ſua. Et alibi in illius deteſtationem qui auarũ *Eccl. 31.*
diligit non iuſtificabitur, multi dati ſunt in auro ca- *Aug. de*
ſus & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. Vnde *uerb. do-*
grauiſſimus Auguſtinus, inſatiabilis eſt auaritia, *min.*

ſemper rapit & nunquam ſatiatur, nec Deum timet, neq; hominem reueretur, neq; patri parcit, neq; matrem cognoſcit, neque fratri obtemperat, neque amico fidem ſeruat. Cumque ita ſit dirum uitium hoc, & ad tam indigna factu homines propendat, duo re-

*Eccleſ.4* ſciant qui malo ita creduli laborant, primum quod qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, & quod

*Pſal.38.* theſaurizat & neſcit cui congregauit, ea, ſecundū, & quod omne infortunium ſuperat, Paulinum eſt illud,

*Eph.5.* hoc enim ſcitote intelligentes quod omnis fornicator aut in mundus aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei,

*Euripid.* quorſum humanæ ſapientiæ referemus dicta, ut ſunt illa, nunquā eueniat mihi ut à pecunijs euictus malus euadam, cœcæ ſunt diuitiæ ac ſe aſpicientes cœcant, infinita ad malitiam habent Pharmacha diuitiæ; & ad ſplendorem Solis lucernulas iſtas accēdamus, quę ſi quando accenduntur in monſtram illa confuſionē ac ruborem accenduntur, quorſum caſus deplorādos auri patratos cupiditate, quos aut diuinæ referunt li-

*Valer.li. 9.cap.4.* teræ aut humanæ, afferemus in medium, cum omnē illorum horrendam crudelitatem præſens ſuperet, triſtiſſimum eſt illud Lucij Septimulei qui Cai Brachij familiaris caput abſciſſum pilo fixum per urbem ferre ſuſtinuit, quia Opimius conſul auro ſe repēſurum adixerat, & ſunt qui tradant liquato plumbo eum cauatam partem capitis, quo pōdurofius eſſet expleſſe,

*Iud.9.* ſed triſtiora iſta, Abimelech, ſeptuaginta fratres ſuos ſuper lapidem vnum occidit auaritiæ & libidinis dominandi furijs agitatus, Andronicus occidit omniū

*2.Ma.4* ſummum ſacerdotem. Sed multis conſulto cōmiſſis quam ſit diuina æquitas iuſta expendamus, quæ ſæ-

*Aequitas diuina iuſtitia.* pius immanitate id ſcelerum exigente non in futura uita punit illorum patratores tantum, ſed aut punit aut puniri permittit in præſenti, ut ante illorū oculos pœnas dent, ante quos tam immania facinora patrauc-

trauerunt, quæ breuiſſime percurramus, ne nos con-
cionis oneremus prolixitate, Audiſti quid fecerit Achi 2.Re.17
tophel in Dauidem, quid & quanta Saul in eundem, 2.Re.19
quid in illum ipſum ingratus Abſalon, quid in domi 2.Re.18
ni prophetas Iezabel, quid Athalia in filios regis O- 4.Reg.9
choziæ quid in ſacrata Deo loca Antiochus, ſum- 4.Re.11
ptam de his omnibus diuinam uindictam uidis, in il- 2.Ma.5
lorum conſpectu in quo patrauere illa, ac ita beneme-
ritas de ſeipſo Iudas nefandas pœnas ſumpſit, & quas *Cura pri.*
nequaquam diuina benignitas ſi patrati facinoris ex *morum*
corde pœnituiſſet ſumpſiſſet, ſeſe ſuſpendens, nefanda *cœli qua*
uiſcera corrumpens, & æternis ſe pœnis adijciens, ſta- *lis futu-*
tim de ſufficiendo in illius locum alio patres ſanctiſſi *ra.*
mi Eccleſiæ primores agunt, hæc enim maiorum
ſemper cura eſſe debet, ne quis ſit in Eccleſia uacuus *Deut.1.*
locus ſi ad eius munimen & utilitatem ſpectat ut in *& 33.&*
illo aliquis ſufficiatur id ſuo modo docuit ſubroga- *34.*
tio Ioſue poſt defunctum Moſem, & hæc eſt maiorũ
cura, ne quis epiſcopatus ſit uacuus & carens epiſco-
po, hæc ne quæ ſit ſine ſuo parochia parocho, euenit
.n. ſæpe, quod non defuncto, ſed abſente Moſe eue *Nu.20.*
nit populo, neque abſente illo ut ſibi in aliquo indul- *& Exo.*
geret aut à labore quo uexabatur ceſſaret, ſed ut cum *32.*
Deo colloquia miſceret, & illius uoluntatem in popu
li commodum diceret, acciperetq; legem qua guber-
naretur illa, id etiam docuit egregia illa Eſdrę muro
rum Hieruſalem inſtauratio, murus. n. Eccleſiæ ſunt *Num.1.*
epiſcopi, prælati & qui illis ſunt inferiores quibus *& 2.*
animarum credita eſt cura, & qui illos murorum in-
ſtar ambiunt & muniunt, ſed qui ſunt qui de iſtis a- *Expẽdẽ*
gunt? Petrus & ſenatus omnis Apoſtolicus, diuiniq; ue *qui fue-*
illi patres conſcripti, uiri ſanctiſſimi, qui ab omni cu *rit &*
piditate rei & honoris erant alieniſſimi, quorum ani *quid fe-*
mos nullus turbabat humanus affectus ſereno in om *cerint ea*
nib. ſimiles cęlo, Eccleſię ſapientiſſimi magiſtri, clariſ *cl. maio-*
ſimi duces, uera mundi lumina, ſed quid iſtos ut iſta *res.*

*Vide Chryſ. in hoc caput rogo.* facerent impulſit, plane Eccleſiæ vtilitas quam maxime, ſitiebant, & quam tantopere curabant, dignitatis Apoſtolicæ, non humanus, ſed diuinus ſplendor, grauiſſima munera, quibus erat perficiendus qui futurus erat Apoſtolus, recordabantur electionis ab ipſo Chriſto factæ & metu concutiebantur, recordabantur illorum quæ fuerant dicta Samueli, & illo erant illi præſtantiores, dictum enim illi fuerat homo *1. Reg. 16* videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor, & horum omnium memoria ſibi ipſis diffidentes, cum æquiſſimi oculatiſſimi, & Sanctiſſimi eſſent illi, quod inſe imprimis fuit facientes, electis nullo omnino humano affectu, ſed diuino, duobus ex tanto numero ſuo iudicio idoneis qui uocabantur Ioſeph, & Mathias.

*Oratio ad Deũ in electione.* Ad cordium cognitorem & ſcrutatorem Deum cõfugiunt, illius enim erat ſchola cui creandus erat magiſter, illius militum manus, cui præficiendus erat dux, illius grex cui dandus erat paſtor, illius filia cui curabatur ſponſus, & ideo digniſſime ad illum confugiunt, & verbis illum precantur apoſitiſſimis, Quę ſi ut par erat eſſent expendenda, integrum illa non caperet uolumen, Tu inquiunt domine, qui noſti corda omnium & dignitatem aut indignitatem ex illis, metiris. *Iob 10.* Tu de quo Iob illà, nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut uidet homo & uides? Ac ſi diceret, qui interiora penetras, nullo carnis affectu duceris nos ſpecie recti decipi poſſemus, non enim illa oculorum acie ualemus, te electore, & lætabitur gratias tibi agẽs electus, & læto electionem feret animo qui non eligitur, & memor erit collati in illum beneficij qui electus fuerit, ſperamus quæ Eccleſiæ tuæ euentum, quod ex electione Dauid, cuius cor nõ fuit exaltatum, & pauit populũ in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit illum, aut q̃d ex electione Samuelis qui tanta populum rexit æquitate. *1. Reg. 16 & pſ. 77 1. Reg. 9.*

tate.

tate. Sed uide quibus uerbis illi loquantur, & perpende animoque uolue illa, accipere locum miniſterij huius & Apoſtolatus, à quo præuaricatus eſt Iudas, ut abiret in locum ſuum.

Hinc huius uocis tam frequens apud ſcriptores ſacros uſus, in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, miniſterium meum ego honorificaui, ſic nos 2.*Cor.6.*
exiſtimet homo ſicut Dei miniſtros, miniſterium tuum imple. Quid autem ſignificet miniſter, illa 1.*Cor.4.*
Chriſti explicant, ego autem in medio ueſtrum ſum *Rom.* 11.
ſicut qui miniſtrat, & de Martha dicitur quod queſta *Ioan.*13.
ſit, quod relicta ſit ſola miniſtrare, quid iam de Maria dicemus plane quę electa fuerit. Imprimis quātę *Luc.* 22.
fuit illi glorię, quod electus fuiſſet ab Apoſtolico ſe *Luc.* 16.
natu, & poſtea, ut quondam Aaron deſignatus fuit ſa *Maria*
cerdos uirga, ille diuina ſorte, prędicāt illa illius prę *beneme-*
ſtantiam, & prędicat cętus, cui adiungitur celſitudo, *ritum en*
& munera, ad quę abeunda eligitur, quę omnia ab- *comium.*
ſoluit ille ingenti cum laude, tu à patribus iſtis diſci- *Num.*17
to nihil non diuina implorata ope exordiri, expende nihil niſi fuſa oratione à multis & pijs fieri, uide de Samuele. 1. reg. 8. de Ioſaphat. 2 par. 20. de Eſdra ca. 8. De Iudith, 13. Heſter. 13. Tu in omnibus iſta facit, o precator potiſſimum Deum, dirige me in eloquiū *Pſ.* 118.
tuum, ut non dominetur mei omnis iniuſtitia, & potiſſimum in electione ut dicunt ſtatus filiorum ſi pater es, aut proprij ſi paterna cura es liber cuius opē certamen certabis, curſum conſumabis, ita ut ſperes repoſitum tibi coronam iuſtitię, quam reddat nobis clemens & iuſtus Iudex.

## *SALVTATIO.*

*TOTA Euangelica doctrina, cum quo debet illa fine & ſpiritu prædicatur, eo tendit,*

*vt eijciantur Dæmones miſeras animas miſere uexantes, nequit autem id ſine diuina gratia, aut præſtari, aut fieri, precemur virginem, ut obtineat nobis illam. Aue Mar.*

## THEMA

Erat Ieſus eijciens Dęmonium, & illud erat mutum. Luc. 2. Matth. 9.

*Chriſti potentia à quibus agnoſcebatur.* TANTA Chriſti potentia eſſe agnoſcebatur, tanta benignitas, & clementia ab his qui animis erant præditi pijs, ſinceris, & ab odio & liuore liberis, vt ad illum adducerent non ſolum, quos morbo nouerant teneri aliquo, verum à Demonibus vexari, agnoſcentes illum ad hæc omnia eſſe poten-*Mar. 2.* tem, quod, ut ipſi fatentur, à ſæculo non eſt auditum, neque viſum in Iſrael. Vnde adductum ac electo demiſſum audis paralyticum, tanta de illius benignitate & potentia concepta fiducia, vt ſufficere intelligerent miſerandi hominis aſpectus, vt illius mi-*Luc. 6.* ſertus ſanaret illum, vt planè euenit, Non enim tam pia & confiſa deſideria, ſuo ille vnquam fraudabat fructu, vndè, vt vnico innumera verbo complectamur, Lucam audis dicentem, venerant vt audi-*Luc. 4.* rent eum, vt ſanarentur à langoribus ſuis. Et idem cum autem Sol occidiſſet omnes qui habebant infirmos varijs langoribus ducebant illos ad eum. Et ut hæc uirtus non ab vnius alterius ve infirmitate poſſe ſanare intelligerent, ait Lucas, quia uirtus de illo exibat & ſanabat omnes. Et vt hæc beneficentia com-

munis

munis eſſe omnibus agnoſceretur ſine vllius acceptatione perſonæ ait, Et oı̃s turba quærebat illũ tangere,&c. Adducebant igitur ad fontem ſalutis oẽs infirmos ſuos, quod & ſi conceptæ de illo, illiuſq; potentia magnæ & ſpei & fidei erat indicium, maius quidẽ fuit & ſublimius adducere à Dæmonio uexatos, quia cum potentiſſimos illos ad nocendum agnoſcerent, & quorum potentiæ nullæ ualerent reſiſtere humanæ uires, ualere Chriſti potentiā confitebantur ad conterenda illorum brachia ferrea, dirumpenda illorum vincula, prædam extrahendam à manibus. Erant iſti dupliciter Chriſto grati, & quia proximorũ malis tangebantur, & quia nō ad hariolos aut pithones adducebant illos, & ingenti de illius miſericordia & mirabili virtute concepta ſpe adducebant ad illum. Nulli enim gratiores illi ſunt, quam qui ſuo ſe indigere auxilio fatentes, quocunq; modo & in quocunq; euẽtu implorant illud. Primò igitur modo illi ſunt grati, quia proximorũ malis tanguntur, Et res gratiſſima illi huiuſmodi cõpaſſio, docuit id appoſitiſſime, cum nos vnum corpus eſſe docuit Paulino ore, & ſi quid patitur vnum membrũ cõpatiuntur oı̃a membra. Vndè egregiè Auguſt. pia eſt iſta triſtitia, & ſi dici põt bona miſeria, vitijs alienis tribulari, nõ implicari, mœrere, non hęrere, dolore contrahi, non attrahi docuit, & ad Hebræos, idem ſcribens, in altero ſocij taliter conuerſantium effecti, nam vinctis cõpaſſi eſtis. Vndè & ſummus Apoſtolorum Petrus, omnes vnanimes compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles quæ compatiendi ſcientia tanti eſt à Chriſto, propter illius præſtantiā, & utilitatẽ habita, tamq; fuit illi ſemper amica, ut ſcientiarũ ille dñs cum ſit huius tamen diſcipulus eſſe uoluerit. Nõ enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, vndè debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret, undè & inter innumera

*Dæmoniacos adducentes Chriſtum.*

*Grati Deo à dæmone uexatos adducentes ad illum.*

1. Cor. 9

*Expēde Aug. uerba epiſtola ad Seba.*

Heb. 10.

1. Pet. 3.

Heb. 4.

mera illa quibus tantopere plauiſſe Iob dicitur, illud eſt maximum, flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi, ille perfe-
*Greg. li. M.* 20. *27.* ctè tribuit pauperi qui cum eo quod afflicto porrigit, afflicti quoque in ſe animum ſummit. Compatiebatur & Paulus qui ita loquitur, multi enim ambulabant, vt ſæpe dicebam uobis, & nunc flens dico inimicos crucis Chriſti. Hinc colligant, quam ſint ingra-
*Phil.* 3. ti Deo, & illius lænitati diſſimiles qui ſaxo ſimiles, nullius proximi malis tanguntur neq; condolẽt quos admonitos cupio, nè uili illi ignorãtia laborẽt, quod
*In miſericordes infelices* qua menſura menſi fuerint remetietur illis, certiſſima illa ſunt Dauidis, hoc modo à ſuauiſſimo expoſita Chryſoſtomo, cum ſancto ſanctus eris, & cum uiro
*Matt.* 7. innocente, innocens eris, qualem quiſque ſe geſſerit
*Pſal.* 17 talem aduerſus quemq; Deum futurum, quod ſi iſta
*Chryſoſ. Athan. & Theo.* expectant non compatientes, ad ruinam proximi, gaudentes, cuius contrarium ſe præſtitiſſe Iob iureiurando affirmat. Quæ expectabunt? Expectabunt omnino illa, ego quoque in interitu ueſtro, ridebo, & ſubſanabo, & lauabit manus ſuas in ſanguine
*Pſal.* 51 peccatoris, & dicet, ſi utique eſt fructus iuſto,
*Pſal.* 57 utique eſt Deus iudicans peccatores in terra.

Exuite igitur, ò pij, ferarum viſcera, Chriſtiana induite, Paulo ingenti vos cum compaſſione exhortante auſcultate, induite vos ergo ſicut ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, ſcientes veriſſima eſſe illa
*Col.* 3. *Iacob.* 2. Iacobi, iudicium ſine miſericordia, illi qui non facit miſericordiam, ſuper exaltat autem miſericordia iudicium, ideſt euadit iudicium, ita Thomas, lege in
*Eccl.* 40. hunc locum illum. Mirè de miſericordia philoſophatur, fratres adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia, liberabit. Vndè gra-
*D. Leo. ſerm. de apparit.* uiſſimè magnus, Leo, miſericordiæ uirtus tanta eſt, ut ſine illa cæteræ & ſi ſint prodeſſe non poſſint, quanuis aliquis fidelis ſit & caſtus, & ſobrius, ſi mi-

ſericors

ſericors non eſt miſericordiam non meretur, ſummæ datũ eſt gloriæ uiris illis magni nominis ab ipſis diuinis literis celebratis quod fuerint uiri miſericordię quorũ pietates non defecerunt. Contingunt etiam illa Auguſtini, viris iſtis miſericordibus, beati illi qui ſubueniunt miſeris, quoniam eis rependetur, ut per miſericordẽ Dominum de miſeria liberentur, nã id ipſum uidetur iuſtũ, ut qui à potẽtiori adiuuari vult, adiuuet inferiorẽ in quo eſt ipſe potẽtior. Sed quanto in rẽ pretioſiorem miſericordia exercetur, tanto illa ſpecioſior eſt & Deo acceptior, hinc illa Rabani uiri grauiſſimi, qui eſurientẽ pane uerbi reficit, & ſitientẽ potu ſapientię refrigerat, qui errantẽ, in domũ patris reuocat, qui innocẽtem protegit, qui infirmũ in fide aſſummit & cõfirmat, qui tribulatione oppreſſo, ſubuenit cõpatiendo, uel conſolando verã dilectionẽ adimplet. Vndè, cũ in corpus exercetur, & animũ illa, quia oĩa complectitur, principem obtinet locũ, vt planè horũ fuit, qui huiuſmodi hominem adduxerunt ad Chriſtum, obtuleruntq; illũ nã & corpus & animã dirus uexabat Dęmon, ſed expẽde, quod nõ in affectu tantũ aut uerbis ſita cõpaſſio eſt, ſed in eo qđ quæ tibi factu poſſibilia ſunt præſtes, alioqui ocioſa eſſet & inutilis compaſſio & nequaquã vera illa ſed ſimilis illi de qua Iacobus, dicet aliquis ite in pace, calefacimini, & ſaturamini, nõ dederitis aũt eis quæ neceſſaria ſunt corpori quid proderit? Docuere quæ diximus qui huiuſmodi hominẽ duxerũt ad Chriſtũ, liberare illi illũ nõ poterãt, adducere poterãt hoc illius calamitati cõpaſſi præſtiterũt, ut & tu illorũ imitator exiſtas. Nõ põt iacenti pauperi infirmo morbũ tollere, potes aũt famẽ illi frigus, & ſolitudinẽ tollere tolle iſta, uide quid explicẽt illa Iob, oculus fui cęco, pes claudo, pater erã orphanorũ qđ vnicuiq; fautor erat in illis, in qbus patiebatᷣ, & in quibus ualebat ille. Nullũ neq; ſpecioſius neq; gratius Deo opus, neq;

*Eccl.44.*

*Augu.in Pſal.74.*

*Miſericordia tãto maior quãto in rẽ potiorẽ exercetur.*

*Rabanus in ca.25. Matth.*

*Quæ miſericordia principem locum obtĩneat.*

*Compaſſio quæ vera.*

*Iacob.2.*

illi

*Quæ cõpaſſio gratior Deo.* illi inquam exercetur magis amicum, aut utile magis & neceſſariũ quam uexatos à Dæmone ad Chriſtũ ad ducere, ille enim & in illius nomine eijciuntur illa, reliqua cõpaſſionis genera laudabilia, cõmendata à Deo & quę magna æternę gloriæ mercede cõpenſan tur. Sed hoc opus antecellit omnia, unde illi toti incu buere, & inſudauerunt Apoſtoli nullo labore recuſa to, nulla euitata difficultate, nullo non inito periculo, erat.n. gentilis populus, ita vexatus à Dæmonibus, ut pro Dijs haberent illos; expende quantã in illos exer cebant tyrãnidem, chariſſima pignora, & ſuauiſſima illis cogebant immolare, res cruenta & horrenda di-
*Pſal. 95* ctu, Omnes Dij gentium Dæmonia, Dominus autẽ
*Pſ. 105.* cęlos fecit, Immolabant filios ſuos & filias ſuas Dæ monijs, mutos illos habebant, cæcos, & ſurdos, & in *Apoſtolorũ in difſeſſus labor.* illos omnes dirius graſſabantur illi quã in calamito ſum iſtum, neque liber erat ab horum obſidione He bræorũ populus, hos, mille exanthlatis laboribus & difficultatibus nulloque non moto (quod aiunt) lapi de ad Chriſtum, adducere laborarunt Apoſtoli, illoſ-
*2. Thi. 4* que illi, vt ſanarentur offerre. Hoc hodie conciona torum munus, non vt numeroſus populus ſequatur *Cõcionatorũ munus.* illos illis auſcultare, quod nulli unquam faciunt in in firmos ſuos medici, populos ad iracundiam prouoca mus, filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei,
*Ezec. 13* qui dicunt uidentibus, nolite videre &c. Loquimi-
*D. Hier.* ni nobis placentia, in huiuſmodi Doctores illa ſunt magni Hierónymi, omnis Doctor qui autoritatem
*Ezec. 30* ſcripturarum per quam poteſt audientes corrigere, vertit ad gratiam, & ita loquitur vt non corrigat, ſed delectet audiẽtes, vinum ſacrarum ſcripturarum uio lat, atque ſuo corrumpit ſenſu, ueriſſima enim illa ſunt & ideo maximè cauenda. Laborandum autem, ut ita uexatos liberent. Spiritus autem manifeſtè di cit, quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidã à fi de, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmo-

niorum. Exercent & id munus ſacerdotes,qui à con feſſionibus ſunt hominibus , cum ſalutaribus ſuis conſilijs adducere ad Chriſtũ laborant. Ac tandẽ omnes qui ſuis conſilijs,precibus,exhortationibus uexatos à Dæmone ut planè ſunt qui impias illius ſuggeſtiones ſequuntur ad Chriſtum ducere procurant adducti,ut diſcant in illo,in illo fidere,& ſpẽ in illo cõſtituere,eos enim qui norunt illum liberat ille,& quã alij in illos exercere miſericordiam non potuerunt, ipſe,qui poteſt libentiſſimè exercet. Sed expendamus rogo alienati a fide , aut indigna fide opera faciẽtes expreſſũ in hoc homine ſimulachrum, vide hominẽ trunco ſimilem ſine ullo fere ſenſu,Dæmon enim illius ita colligauerat potentias,ut neque audire, neq; fari poſſet,quis huic ſimiles non dicat vexatos à Demone,qui neq; diuinas uoces audiũt,neque fari illas præ Dæmonis,propriaq; impietate norunt,expendamus rurſum quanta ſit diuina miſericordia,& æquitas,& quomodo à nemine exigat niſi quod præſtare ille poteſt,exigit ille fidẽ ab his,qui & loqui poſſunt, & teſtimonium de illa ferre ualẽt. Creditis quia hoc facere poſſum uobis? dicunt ei cæci,utique domine. Si potes credere oĩa poſſibilia ſunt credẽti. uerba ad patrẽ uexati à Dæmone , crede tantũ & ſalua erit. Ad patrẽ mortuæ puellæ,tu credis in filiũ Dei? ad cęcũ cui reſtituta fuere lumina, ab homine autem iſto quem ſimilem trunco reddiderat impietas Dęmonis, nihil omnino exigit,ab his igitur qui iudicio ualent & alios literarum cognitione excellunt plura exigit, quam à turba ſimplici,& nè uos prolixitate ſermonis grauemus,à diuite modeſtiã & pietatẽ exigit,à paupere patientiã à iudice æquitatẽ , à moderatore prudentiam,à fœmina pudorem. Ob uarios quos operatur in corporibus & animis miſerandos affectus Dæmon , uaria etiam nomina ſortitur , dicitur hic ſurdus & mutus, quia neque loqui neq. audire ſinebat illum,

*1.Tim.4*

*Sacerdotes ad cõfeſſionem deſignat.*

*Simulachrũ hominis infidelis.*

*Aequitas diuinæ miſericordię.*

*Mar. 9.*

*Luc.8.*

*Ioan.9.*

*Quot que & a quibus exigat Chriſtus.*

illum, quem aūt ille ſuperbia inflat dicitur ſuperbus, quē inuidia macerat, inuidus, quē in honeſtate fœdat turpis, quem pigritię compedib. ligat, piger, quē igni bus iræ accendit iracūdus, ab illis igit quibus illos ſu perat paſſionibus noīa imponit, ut uel ipſa noīum im poſitione ſui eſſe agnoſcantur, è contra diuinus ſpiri tus à patientia patientes ut Iob, à puritate caſtos ut Ioſeph, ab ęquitate iuſtos, ut Samuel, à māſuetudine mites ut Moſes, ab obſequio obedientes ut Abrahā, à pietate miſericordes ut Thobias, ſed ex ſacris ipſis literis colligere licet Dæmonem quoſdam, & ſurdos & mutos reddere, quoſdam autem auriculatos & loquaces, de ſurdo, & muto dicta ſunt quæ retulimus, de loquace autem quæ referemus. Ad loquacem Dæmonem ita Chriſtus loquutus eſt, obmuteſce ſpiritus nequam. Sed quod maiori admirationi eſt, illud eſt omnino quod illi ipſi, qui ſunt ſurdi & muti, illi ipſi ſunt auriculati & loquaces, ſurdi enim ſunt qui obturant aures ſuas nè audiát uoces incantantis, uoces incantantis ſapienter, qui diuinæ tonitrua uocis non audiunt, qui uoces commouentes deſertum non audiunt, qui uoci cui quæ non ſunt obtemperant præ illius poteſtate & uirtute, dixit enim, & facta ſunt, non obtemperant illi, muti ſunt qui natiuam linguā non loquuntur. Eſt autem natiuus ſermo Chriſtiana cogitare, & cogitata loqui, quæcunque ſancta, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque amabilia, quæcunq; bonæ famæ, ſed ad iſta mutus eſt, ignotus eſt illis ſermo iſte. Et iſtis igitur Dæmonium ſurdum & mutum, & hos ipſos reddit, & idem ſi placet dæmon auriculatos, & loquaces, ſunt enim illorum aures populi ſterquilina, in quas omnes populi immūditiæ proijciuntur, ſunt corruptæ lacunæ, in quas cœnoſæ omnes aquæ confluunt, ſunt ut modeſtius loquamur, uaſcula in quæ corrupti ſtomachi uomitus recipiuntur, ſunt quædam uenenorum receptacula, in

*Diuinus ſpiritus quā ſua uia ſuis nomina imponat.*

*Mar. 1. et Luc. 4.*

*Pſal. 57.*

*Dæmon idem qui mutus eſt & loquax.*

*Pſ. 103.*

*Pſal. 32.*

*Phili. 4.*

*Aures detractionē audientium qui bus ſimiles.*

quæ uirus ſuum effundunt uiperæ, dipſades, & ſcorpiones, dignius iſtæ eſſent amputandæ, quam quæ latronum ſunt, illi enim eorum quæ non admiſerunt, pœnas dant, hi eorum quæ non admittunt, pœnas deſſent, ſed dices quorſum tanta in huiuſmodi patulas ad proximorum conuicia aures, quia illæ potiſſimum conuiciantium & conuiciorum cauſa ſunt, non enim legunt magiſtri diſcipulus non habentes, neque concionantur qui non habent auditores, neq; iſti in cathedra peſtilentiæ ſediſſent, ſi diſcipulos & auditores non habuiſſent. Si enim iſti ſibi ſalutique animę ſuæ, quæ una cum anima detrahentis præſumit, aures ſuas ſepijſſent ſpinis, & linguam nequam nollent audire, non loqueretur detrahens, ſed ſepiunt illas roſis vt detrahentes alliciant. Ventus Aquilo diſſipat pluuias & facies triſtis linguam detrahentem, grauis aſpectus fugaſſet illos ut Aquillo nubes, ſed hilari in illos eſt ille animo & attrahit peſtilentes illas nubes, vt Auſter grandinantes, & fulminantes. Vnde ſaluberrimum eſt magni Hieronymi conſilium, cura nè aut linguam aut aures prurientes habeas, aut nè ipſe detrahas alijs, aut alios audias detrahentes, certiſſimaque eſt doctrina Auguſtini, ſi hilari uultu detractorem audieris tu illi das fomitem detrahendi, ſi uero triſti ut ait quidam, diſcit non libenter dicere, quod didicit non libenter audire.

*Expēde. Pſal. 1. Eccl. 28. Detractionis cauſa auditore. Hieron. epiſtola ad Nepotian. Augu. in Pſ. 108.*

Hæc igitur ratio eſt propter quam nefariæ linguę detrahentes, ut uenatici canes inquirunt, perſcrutantur, quid alijs in cubiculis ſuis contingerit, quid euenerit, quid fecerint parum honeſtè, quid paſſi parum honorificè, neque ſepulchro & defunctis parcentes, quod nulla unquam fecit barbara natio, hæc apud ſe loquentes, hos afferamus fructus qui facilè diſtrahũtur, ac ita his ſe onerant illi rebus fœdis, abſurdis, per niciofis & ab Ethnicis ipſis literis deteſtatis, temerarium eſt umbram hominis mortui affligere, nè tu ipſe

*Detractores alienæ ſcrutatores uitæ. Archiloſopho.*

ſe iniurius fias mortuis. Has Dæmonum uoces diui-
*Stobeus ſer. 22.* no ſpiritui tantopere aduerſas & diuinæ religioni
contrarias, ita malè ſonare ſacris auribus ſignificauit
*Voces moleſta Deo.* Paulus, ut contriſtari illis dixerit illas, & nolite con-
triſtari ſpiritum Dei ſanctũm, in quo ſignati eſtis, in
die redemptionis veſtræ, in huiuſmodi loquaces Dæ
mones illa ſunt, quid gloriaris in malitia, qui potens
*Eph. 5.* es in iniquitate, tota die iniuſtitiam cogitauit lingua
tua, &c. Propterea deſtruette in finem, euellet te, &
*Pſal. 51.* emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de
terra uiuentium, illa item labor laboriorum̃ ipſorum
operiet eos cadẽt ſuper eos carbones, in ignẽ deijcies
eos, in miſerijs non ſubſiſtet, adumbrantur illi, plaga
*Pſal. 139* ranarum Ægypti, plaga enim illa eſt & ſupplicium
*Exo. 8.* ſerpentum ignitorum, quamobrẽ miſit Dominus igni
*Num. 21* tos ſerpentes huic peſti, vt peſti eſt obuiandum & vi-
gili cuſtodia, & omnes occaſiones & aures clauden-
*1. Co. 15* do, nè illa infectus ingrediatur, corrumpit enim bo-
*Pro. 4.* nos mores, iſta cautione dicuntur illa, detrahentia la-
bia ſint procul à te. Hinc hoc morbo infectos, Dauid,
*Pij detrahẽtes odio habent.* cum inimicis parceret, perſequitur, detrahentem in-
quit, ſecreto proximo hunc perſequebar (perſequutio
regio digna pectore) innumera in illos ſunt quæ ro-
go legas, abominatio, hominum detractor, detracto-
*Pſ. 100.* res Deo odibiles, undè ſanè vt ſemper conſulebat ſa-
piens detractoribus nè commiſcearis eſt enim horũ
*Pro. 24* ſocietas mortifera, & Paulus inter horrẽda illa uitia
*Rom. 1* maledicentiam commemorat, & cum grauioribus il-
*Pro. 24.* lis Petrus, ſi quis frater nominatur inter vos eſt forni
cator, aut auarus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicus aut
*1. Cor. 5.* ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi, nec cibum ſum-
mere nemo veſtrum patiatur, ut homicida, aut fur,
*1. Pet. 4.* aut maledicus aut alienorum appetitor, precemur igi-
tur Deum non tantum ut obmuteſcere faciat huiuſ-
modi Dęmones ſemper pernicioſa ſonãtes, & quæ ſa
cris illius auribus inſonſa ſunt, ſed ut eijciat illos, ab

omnique

omnique illorum vexatione liberet, vt audiant iam quæ recta ſint, loquanturque pia, vt cum loquentes mutos uiderint turbæ mirentur: Eiectio enim impio hoſpite domunculæ illius vaſtatore, qui tot modis miſerum torquebat hominẽ, Loquutus eſt mutus & admiratæ ſunt turbæ. Qui ualuerit verbis exprimere quæ mala, quos dolores & cruciatus, quæ ſurda verbera, patiatur anima à Dæmone poſſeſſa, in quãta illa caligine uerſet, quibus ſit illa uincta catenis, quã horrido in carcere, & quãta triſtitia, ualebit exprimere quæ ſit pax quæ tranquillitas, quę libertas, quod iubilum animæ libertate gaudentis, propter eiectũ ab illa diuina uirtute Dæmonem. Priora illa ut cumq; adumbrabant emiſſi obduram oppreſionem ab Iſraelitis in cœlum clamores, ſuſpiria & fletus in Babylonica captiuitate degentium, à penſis è ſalicibus, muſicis inſtrumentis uel ipſis arboribus illarumque ſterilitate ſigni ficantes ſterilem eſſe terram illam leritiæ, lamenti, gemitus, & lachrymarum vberem & fertilem. Poſteriora iſta ut cunque ſignificant, eduxit me in latitudinẽ ſaluum me fecit quoniam uoluit me, ſtatuiſti in loco ſpacioſo pędes meos, in petra exaltaſti me, conuertiſti in gaudium planctum mihi, circũ dediſti me lętitia, ut cantet tibi gloria mea, diruipiſti uincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis & nomen domini inuocabo, eduxiſti ab inferno animam meam, ſaluaſti me adeſcendentibuş in lacum, eduxit me de lacum miſeriæ, de luto fecis, Exultabunt labia mea cum cãtauero tibi & anima mea quã redemiſti, hæc omnia ingentis letitiæ in uiro regio ſigna, quæ non poterunt non cõtingere illi obſequuta beneficiã magna, & ab ingruentibus magnis malis liberationẽ, quando excelſum animum ita gaudio afficiebant. vmbra tantum ſunt lætitiæ quam aſſequitur anima à ſeuis vexationibus Dęmonis libera, & tanti conſequuti beneficij ſpe, conſolata, non explicat illam valetudo à

*Damna anima a Demone poſſeſſio.*

*Trãquilitas animæ à Dęmone liberatæ.*

*Exod. 2.*

*Pſal. 17.*

*Pſal. 30.*

*Pſal. 8.*

*Vmbra anima læta.*

 moibo,

morbo, à captiuitate libertas, non tranquillitas poſt tempeſtatem ſequuta nõ placidus nitiduſq; dies poſt
*Heſt.6* noctem horroris plenam, non lætus & ſplendidus honos, poſt cilicium & luctũ ſequutus Mardocheũ, non
*Gen. 41.* exultatio Ioſeph & nimia illa fortunæ mutatio, non eductio Danielis miraculoſa è leonum lacu, cum glorioſa illa innocentiæ probitatiſque ſuæ manifeſtatio
*Dan.14* ne, & his ſimilia innumera alia, ſunt enim illa; & ſi magna, externa, temporanea, breuia, & ad corpus attinẽtia, quæ autem ob ſimiles euentus ſpirituales contingunt animis, interna, certa duratura. Miratę ſunt turbæ, nihil adeo vnquam, aut dicitur, aut fit; quod non turbam tantum ſed ſapientes omnes rapere poſſit in admirationem, hoc rapuit quia non ita ſolitum, defuit reginæ ſabba ſpiritus præ admiratione ornatu, ordine, famulitio Salomonis conſpecto, res magnæ, & quæ ſuo ſplendore paſcebant oculos, deerit tibi,

*Admiratio unde ortũ habeat.*

*3.Re.10* etſi ſapientior illa ſis, Non cœlorum ornatu conſpecto, & ſiderum ſpectata micantium multitudine, nõ maris vaſtitate cõſpecta & terminis illi ſignatis quos non tranſgreditur, non terræ immobilitate conſide-
*Pſ. 103.* rata, & aeris illam ambientis nunquam uiſa raritate, ſed vulgari conſpecto flore, communi gramine, ſe-
*Pſal.103* dula formica, ingenioſa apicula, aut culice vix oculis perceptibili. Hinc illæ Dauidis uoces egregiæ, dele-
*Pſ. 142.* ctatus ſum in omnibus operibus tus, & in factis manum tuarum meditabor, delectaſti me in factura tua & in operibus manum tuarum exultabo, ac ita vera ut
*Pſ.138.* ſemper prædicans, rebus his optime penſatis ait, mirabilia, opera tua domine, deque illius maieſtate, tu es
*Pſal.76* Deus qui facis mirabilia, mirantur quod audiat ſurdus cum ipſe ſit qui finxit aurem, quod loquatur mu-
*Sap. 10.* tus, cum ipſe formauerit linguam, linguaſque infantium faciat diſertas, in ſolitudinem igitur mitata eſt
*Aug. lib. de ciuit.* turba. Vnde egregie grauiſſimus Auguſtinus, quid quid igitur mirabile ſit in hoc mundo, profecto mi-

nus

nus eſt quam totus hic mundus. Ideſt cœlum & terra & oĩa quæ in eis ſunt, quæ certè Deus facit, nã & omne miraculum quod fit per hominem maius miraculum eſt homo, quanuis igitur miracula uiſibilium naturarum videndi aſſiduitate uileſcunt, tamen ea cum ſapienter intuemur, inuſitatiſſimis, rariſque maiora ſunt, & nos poſſemus mirari non quod eiecerit Dæmoniũ, audieritque ſurdus, & mutus fuerit loquutus, ceſſat enim iam admiratio cognita operantis virtute & potentia, ſed modum quo Dęmones eijciat & opera alia iſtis inferiora faciat, ò pater ſaluifica me, clarifica me tu pater, at Dęmones abſens eijcit, & pręſens imperio tantũ, Quin & digito dr̃ eijcere illos, ut quanta ſit illius potentia conſtet qui non manu, ſed digito Dæmonia eijcit potentiſſima, alioqui & ut ipſe ait fortia, cũ fortis armatus, hæc ingenti cum ſapientia ab illo fiunt, priora uꝫ vnum ſe eſſe cum patre manifeſtet, & modum doceat quo ſimus ab illo opem impetraturi, hoc quod maius & mirabilius eſt, iſto operatur modo ut agnoſcatur quod omnipotens nomẽ eius, & quod imperat illis, & cogit cum illi placet ut ſeruiãt, & cuius imperio inuiti parent immiſiones per angelos malos, qui vtinam omnem à nobis abeſſe iubeat Dæmonum uexationem, ut in præſenti illius gratia gaudentes, gloria gaudeamus in ſęculo futura. Amẽ.

*Ioan. 12.* *Luc. 11.* *Matt. 12.* *Exo. 15* *Pſal. 77.*

# THEMA.

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur præcepta ſeniorum, non enim lauant manus cum panem manducant? Matth. 15.

*Malitia in propia cæca in aliena oculata.*

*Quã ſint magna.*

*querela iſta comprehenſa*

*Eccl 7.*
*Eph. 6.*

*Magiſtrorum munus.*

*Matt. 6.*
*Pſal. 9.*
*Pſ. 7. & 56.*

*Candor, et perfectio diſcipulorum Chriſti.*

MIRE oculata eſt improborum hominum malitia, quæ impropria ſcelera miro modo eſt cæca. En quæ ſint quæ in Ieſu optimi maximi diſcipulis notat illa, quare diſcipuli tui? Multas habuit huiuſmodi propoſita querimonia impij ingenij uerſutias, imprimis magiſtri ſui increpatio, ut pote quia iſta permitteret, qui.n. ut male educatum reprehendit filium, etſi tendere uideatur in filiũ increpatio, in patrẽ tendit, cui illius educatio tantopere eſt cõmendata & qui nihil nõ ſanctũ, non iuſtũ, non purũ, non piũ permittere debeat in filio. Qui in morigeratũ, ac bene non inſtructũ dicit, diſcipulũ magiſtrũ culpat cuius muneteris eſt optimis inſtitutis ac præceptis diſcipulorũ mentes inſtruere, uitia oĩa euellere uirtutes illorũ loco plantare. Hi.n. ambo delineandi ſunt, ac proprijs coloribus effingendi aparentibus, & magiſtris. Secũdo propoſita illa eſt, ut caperetur Ieſus in ſermone. Ita.n. apud ſe cogitabãt, ſi pie diſcipulos facere dixerit cõtemptus traditionũ ſeniorũ arguetur, ſi culpa illos dixerit dignos & ipſe illa erit, qui permittit. Sed cõprehendũtur in conſilijs quibus cogitant, & incidunt in foueã quã faciunt, nequit.n. cordiũ decipi inſpector, ut ex illius reſponſo colliget. Sed duo quæſo perpendamus ante omnia, in

primis

primis Chriſti diſcipulorũ uitæ candorem, & perſpicaces inuidiæ oculos,& horũ impudentiam, qui tot ipſis ſcatentibus uitijs,grauiſſimis quidẽ illis,ob quæ pudore ſuffuſi neq; emutire deberent,audeant impij in eos qui pie uiuunt,ſcelerati in probos,Sathan diſcipuli,in diſcipulos Chriſti. Erat diſcipulorũ Chriſti tanta perfectio,tã feruens diuinarũ rerũ amor,tã euidens ſæculi contẽptus,erant ita modeſti,manſueti pacifici,ita ab oĩ ambitionis,faſtus,auaritiæ labe liberi,ita ad oẽm uirtutẽ cõpoſiti ut aquilinis cuncta diſpitientes oculis Phariſæi,neq; mali ſuſpicionẽ,quemadmodũ neq; in Daniele ſatrapæ inuenire potuerint,unde ita candidos,ac lotos & mundos homines & in quibus nulla ſpiritalis notari immundicies poterat,notatur,quod comeſturi nõ lauent manus,permiſſit iſta à diſcipulorũ hoſtibus notari Chriſtus in ſuis, ut illorũ in poſterum perfectio cõſtaret. Neq;.n.quis obſcurum dicat Solem quia in illius radijs apareant Athomi,Quod ſi in hac noſtra ſæculi corruptione in qua ita obſcuratum eſt aurũ,illius color optimus mutatus, inqua ita omnes declinauimus, ſimul inutiles facti ſumus,in qua qui nunc diſcipuli Chriſti ſumus, tantum diſtamus ab illis. Phariſei ad eſſent qui notaſſent nos, quam eſſent grauia quæ notaſſent, cum feruere conſpexiſſent in nobis auaritiam,turgere faſtum, incendibilem immundoſque nos omnes eſſe, & oculis, & lingua, & manibus, & moribus, nequetraditionum tantum tranſgreſſores, ſed præceptorum.

*Expenda impiorũ audacem impudentiam.*

*Dan. 6.*

*Cur huiuſmodi acuſatio permiſſa.*

*Seculi corruptio*

*Tren. 4.*

*Pſal. 13*

*Quam multa poſſent hodie,nobis notari in nobis.*

O inſenſati Galatę quis uox faſcinauit non obedire ueritati? ò homines quorũ tanti mundicies ſtetit,ut traderet ſemetipſum Chriſtus ut uos mundaret ab oĩ iniquitate faceretq; ſibi populũ acceptabilẽ,ſectatorũ bonorũ operũ,qs uos cãdidiores Cygno,puriores aqua ſplẽdidiores luce, ita immũdos reddidit Æthiopes? Quę fera,mõſtra hæc peperit in Chriſtia-

*Gal. 3.*

*Tit. 2.*

no populo? Quis etſi non idola, uitia tamen Ethnici populi in Chriſtianum induxit? attollamus quęſo ecę no plantam, obſequamur, ita noſtram mundationem
2.Cor.8 hortantibus uiris ſanctiſſimis, ut prouidentes bona non tantum coram Deo. ſed etiam hominibus bonũ teſtimonium, & ab his qui foris ſunt habeamus, qui
Matt.6. ſi aliqua notauerint in nobis ita exigua ſint vt illa. Quare diſcipuli tui? Tunc gloria erit ęterno patri, ſa
*Qui ſint qui in alijs minima notant.* piētiſſimo magiſtro, ſuauiſſimo domino, & nobis vtilitas ingens. Sed expendamus ſecundo qui ſint qui minima illa minime notatu digna in diſcipulis Chriſti notatunt, plane homines pleni dolo, atq; malitia, homines ſepulchris ſimiles dealbatis, quibus ſimiles ſunt qui aliorum uitia reprehendunt, minora detra-
Mat.23 huntque alij, neque.n.unquã mordet agnus, neque habet amaritudinem columba neq; uenenũ turtur. Sed
*Expende* mordet canis adũcis unguibus amaritudini eſt cauſa accipiter, uenenũ habet uipera nõ infert vulnus ſanitas, neq; denigrat cãdor, ſed gladius uulnerat nigredo
*Pij nequaquã maledeci.* obſcurat hõies.n.pij, q agnino colũbino, turtureoue ingenio ſunt, ij.nõ cogitãt malũ, ij nõ agũt pperam, neq; ſiniſtre qd de proximis iudicãt, ſed oẽs ſe in humilitate & meliores & ſuperiores arbitrantur, grauiſſimis ſceleribus infecti q multi præ dolore eſſe debe rẽt canes mordẽt, hi accipitres excas inficãt, hæ uipe
1.Co.13 ræ habent uenenum, Hi gladium habentes pro lin-
*Detractores qui ſint & quibus ſimiles.* gua uulnerant, hi pernicioſa ſemper loquentes officioſa notãt in alijs, hi tabeſcentes inuidia, quod omnibus alij nõ arrideã expendunt, hi in teſtinijs odijs putridi, mirantur quod alij homines cũ ſint ſemel in cendantur. Hi illicito inhiantes lucro, detrahunt qd alij quæ ſua ſunt dari ſibi intendãt. Qui ſi nõ iſta quę leuia ſunt, aut in quæ raro alij labũtur notaſſent, ſed
Rom. 2. paria ſuis ita à diuino notantur Paulo; propter quod in excuſabilis eſt ô homo, omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterum te ipſum condemnas, eadem

enim agis quæ iudicas, Exiſtimas autē ǫ homo qđ iu dicas eos qui talia agūt & facis ea, quia tu effugijs iu diciū Dei? hi ſi ſapiūt, erubeſcāt præ confuſione, taceāt neq; attollete audeāt oculos, qui diuinę legis trāſ greſſores & contemptores ſunt, Non ſit illis meretri cius aſpectus, ut optimè Propheta & aduerſus oēs de pudeāt, diſcipulorū agens cauſam Chriſtus ut agit illorum ſemper qui ſuæ ſe fidei crediderunt, neq; per mittit virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ut confidant ſequentes illum, quod ſub umbra alarum ſuarum, proteget illos à facie impiorū qui illos affligunt, ita reſpondet. Quare & uos tranſgredimini mādatum Dei propter traditiouē ueſtram? Quo ſapienti reſponſo neque refutauit omnino ſeniorum traditionem, neq; recte feciſſe dixit diſcipulos. Opportunum magis ſpectans tempus, ſed quod erat æquius magis neceſſarium & adeò præceptū id præferens, inquit quare & uos tranſgredimini &c. Erant hi magni menthæ & cumini decimatores, magni calicum decollatores, grauiora ommittentes legis, Hinc, & hic & alibi præ poſterū iſtorum iudiciū notans, inquit, Quare & uos trāſgredimini præcepta Dei? Sed nos miſeros qui eadē cōmittimius, quæ iſti, & grauiora illis, qui nō propter traditiones ſeniorū in quibus aliquis color poteſt eſſe ęquitatis, aliqualis prudētię guſtus, ſed propter maniſſimis ſimul ac pernicioſisſimas mūdi leges diuina pręcepta tranſgredimur. Iubet ille theſaurizandū in cęlo, mores ſine auaritia futuros cō temptos, contra mundus, non eſſe ponendum finem auaritiæ, quia tanti ſis quantum habes. Iubet ille, auerte, oculos tuos à mulięre compta, contra mundus, in urbanum id eſſe dicit, atque ideo ommittendum, ſpectandamque illam etſi in illius aſpectu exardeſcat ignis. Iubet ille prudentes ſimus in bono ſimplices in malo, contra inuertens iſta mundus, prudentes iubet eſſe in malo, in bono ſimplices,

*Hiere. 5*

*Vide quomodo ſuorum cauſam agat Chriſtus*

*Pſ. 134*

*Pſal. 16.*

*Mat. 23*

*Diuinarum legū trangreſſores.*

*Mat. 6.*

*Eccl. 9.*

*Rom. 16.*

Præcipit Chriſtus ne reddatur malum pro malo,
*Rom.12.* neque maledictum pro maledicto,ſed vincatur in bono malum, & ſi eſurierit inimicus tuus &c. Contra mundus cum fænore retaliandam præcipit iniuriam. Hæc hærent pectoribus,hæc ſeruantur,hæc
*Mat.12* perficiuntur,omittuntur ſanctiſſima,æquiſſima,ſaluberrimaque illa, cum ſciant tamen Chriſtiani omnes ueriſſima eſſe illa Chriſti, qui non eſt mecum contra me eſt,qui mecum non colligit diſpergit. Illa
*3.Re.18* item quod amicitia huius mundi inimica eſt Deo, & quod qui voluerit amicus eſſe ſæculi huius inimicus Dei conſtituitur. In hos, in vtramq; partẽ claudicãtes inuehẽs inquit propheta Helias, vſque quo claudicatis in duas partes, ſi dominus eſt Deus ſequimini
*Gen. 32* eum ſi autẽ Baal ſequimini illum. Claudicare debẽt Chriſtiani, ſed ſiniſtro, vt Iacob, pede ex luctamine cum Angelis. Hæc illi deriuata eſt claudicatio. Siniſtris igitur mundi claudicent illi ritibus, contẽnant, irrideant, ſubſanent illos, Chriſti, ſuauiſſimas leges amplectantur, exoſculentur, Sed notantur hi quod religionis prætextu commendato tantopere parentũ cu-
*Pietas erga parentes cõmẽdatur.* ra ac pietas negligatur, quodque huius ipſi iniuſtæ doctrinæ fuerint autores, & merito, nã debentur multa parentibus, rependique debet gratia illis, qui non genuerint, non aluerint corpora tantũ miro illa & ſolicito amore proſequentes, ſed imbuerint ſalutaribus præceptis animum, debentur multa quidem, magna-
*Prou.15* *Eccl.3.* que illa; quæ aliquando à nobis meritò recenſebuntur, nunc temporis anguſtia prohibet, iuſtitiæ enim domini quæ rectæ ſunt, mandata, quæ omnia æquitas illorum, & obſequium, & amorem commendat maxime hinc, filius ſapiens lętificat patrem, & ſtul-
*Eccl. 3.* tus homo deſpicit matrẽ ſuã. Et alibi, qui timet dominũ, honorat parentes, & quaſi dominis ſerui & his, qui ſe genuerunt, Et ruſum, in omni operatione, & ſermone & omni patientia honora patrem tuum,

vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo & benedictio il lius in nouiſſimo manet, benedictio patris firmat domos filiorum hinc parentibus obſequẽtes filij, ut Sem, & Iaphet benedicti fuere, Salomon qui ad ingreſſum matris à Regia ſede ſurrexit, & dictis illius acquieuit, magni hauitus Iacob qui auſcultauit matri, & ſi in proprium beneficiũ laudatur. Sed ò ſæculi corruptos mores, hominum male ſana iudicia, negantur quidem nunc, proch dolor, à multis obſequium, cura, amor, pietas parentibus neque id religionis ſimulato prætextu, ſed impudentia, iniquitate, malitia neceſſaria negantur illis vt ſuppetant luxui, ingluuiei, in honeſtati filiorum aut ut ſeruentur in arca. *Gen. 9.* *3. Re. 2.* *Gen. 25.* *Quã ſint hodiera ri debite honore parentes proſequẽtes.*

Minora quodadmodo uidentur, quæ fecere, Chã, Ophi & Phinees, & tamen illa à benedicto parente maledictis, iſti transfoſi gladijs in bello, miſſos faciamus Amonem & Abſalonem, quorum miſerandi exitus contempti parentis fuere vindicta. Quos qui exprimunt moribus, iuſtum ſi credunt Deum iuſtitiam diligentem, & cuius vultus æquitatem uideat, quid inemendentur ſpectant, inde quot externo contenti quomodocunque culto, internum, qui maxime placet Deo, ut quod abſconditorum ſit ipſe cognitor, & in ſpiritu velit adorari contemnunt, Eſaiæ in illos adducit teſtimonium proprio transfodiens illos gladio, ut quondam Dauid Goliam, ſuorum ſcilicet prophetarum dictis quibus ſe aſtrictos prædicabant, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. *Gen. 9.* *1. Reg. 4.* *2. Re. 15.* *7. Re. 19.* *2. Re. 13.* *Pſal. 10.* *Ioan. 4.* *1. Re. 17.* *Eſai. 29.*

Et conuocatis à ſe turbis dixit, audite, neque auribus opus eſt tantum, in his quæ dicuntur à Deo, ſed intellectu audite & intelligite, nõ quod intrat per eos coinquinat hominem, ſed quod proceditur ex ore, hoc coinquinat hominem.

Phariſ-

*Dignum Phariſæ is ſcandalum.* Phariſæi, quod legalium ciborum obſeruationē ſuis dictis uideretur abrogare incendebantur in Chriſtū odio. Vnde accedentes diſcipuli ac veluti cupientes, nè perſequendi calumniandive illum anſam daret, inquiunt, ſcis quia audito hoc uerbo Phariſæi ſcandalizati ſunt, Ieſus nihili ducens quod illi ſibi præter rationem ſcandalum acciperent, dictis inſiſtit, neque enim à veritate eſt deſiſtendum, aut tacēda quæ *Veritas intimanda & ſi acerbe ſeratur.* dici oportet, Phariſæorum uel aliorum cauſa non.n. abſcondenda eſt ueritas, ut optime Dauid à concilio, multo, ſed uibrandus in omnes Euangelij gladius, & quæ ad Chriſti gloriam, ad Eccleſiæ tranquillitatē, ad utilitatem hominum ſpectant minime Phariſæorum, aut aliorum ſcandalo tacenda, hoc animo fuit *3.Re.22.* Micheas, hoc Ananias, hoc Helias, hoc Prophetæ *2.par.16* omnes, hoc Prophetis ſuperior Ioannes, hoc Chri- *1.Re.18.* ſtus qui dabat illis animos, quorum organa illi erant, *Mat.14* hoc futuri prædicatores omnes non enim erubeſcen *& Mar. 6.* dum eſt Euangelium, uirtus.n. Dei eſt in ſalutem omni credenti. Hinc poſt acceptam diuini ſpiritus ple- *Incontēnētes correctionē, uide Pro. 9. & 12. & 15. et 27. Amos. 5. et Io 7. Gal. 4.* nitudinem ijdem Apoſtoli non confundebātur loqui de teſtimonijs Dei in conſpectu neque Phariſæorum neq; regum, ſemper autem impauidos uerſantes animos, quod & ipſi dixere cum præciperetur illis & iuberetur tacere. Oportet magis placere Deo quam hominibus inde Chriſtus, non fouendam, ſed eradicandam, inquit, omnem plantationem, quam non plantauit pater. Sinite illos inquit cæci ſunt, & duces cæcorum, neque enim ſi uidentes illi eſſent qua pergunt ipſi pergerent, neque ſi acie oculorum præditi eſſent qui ſequuntur illos ſequerentur, vnde vtrorumq; in foueam caſus eſt certus.

*Petr. Dominum interrogat.* His auditis Petrus rogat ediſſerat illis parabolam, velum auferat, ut quæ illo latent videātur, hoc enim ad Petri ſpectabat munus qui præficiendus erat Eccleſiæ, ut exigeret ab illo eorum quæ non intelligebantur

bantur interpretationem nullus enim ſenſum Domi ni certius Domino intellexi, id ipſum in his quæ à nobis non intelliguntur faciendum omnino, rogandus ille eſt edifferat nobis parabolam, reuelet oculos noſtros, ut cõſideremus mirabilia de lege ſua, det nobis intellectum, ut diſcamus mandata illius, neque pu dore ſuffundi quod nõ ſemper quæ dicta ab illo ſunt non intelligamus, neque enim mirum eſt multa non uideri à Noctuis, quæ non uidentur ab Aquila in aquarum fluentis enatare nõ poſſe puſillum hominẽ, in quibus non poſſunt Gigantes. Neſcit Petrus, quid mirum neſciamus nos, non erubeſcit rogare Petrus, & confundemur nos? Quæ enim non ſcindit nouacula, obtuſus, neq; mirum, quod non ſcindat gladius. At Chriſtus dixit, adhuc & uos ſine intellectu eſtis. Neque ob id tamen dedignatur elucidare illa, ſed inquit, non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? Quæ autem de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominẽ, de corde enim exeunt cogitationes malæ &c.

*Pſ. 118.*

*Expende ſimilium certitudinem.*

Hoc Dei proprium, mentis tenebras pellere, luce illas ſuffundere, lapidem à puteo grandem tollere, ut poſſint adaquari greges, ut fecit Iacob. Quæ autem facere gaudet Deus, ne pigeat homines, ut rogantes doceant diſcipulos, quę latent illos doceant, nuces quas frangere illi nequeunt frangant, ut nucleos comedant, ꝙ ſub rigidum eſt in manna comminuant, ideo & dicti ſunt dentes ſponſę, dicti oculi, dicti ubera, & à Chriſto lux. Quod comminuere debent dura. vt dentes, ꝙ ſpectare, ut oculi debeant, quæ non ualet uidere corpus quod ab illis ingenio, qui ſunt infan tili lac doctrinę ſuggere, ꝙ illuſtrare ſuo ſplendore quę obſcura ſunt debeant. Explicata parabola, oſtẽ ſoque rerum omnium fortẽ eſſe cor, ꝙ ſi luteum ſi ze noſum, ſi terreum eſt, ſcaturientia ex illo huiuſmodi ſunt ut malè cogitationes, fornicationes, furta falſa

*Chriſti munus.*
*Ioan. 1. & Lu. 1.*
*Gen. 29.*
*Exo. 16.*
*Cant. 4. & 7. & 8.*
*Matt. 5.*
*Cor malum & bonum.*

teſti-

*Similia improbi cordis, illo, uide Pro. 6. et 21. Eccle. 2.*

teſtimonia blaſphemię. Huiuſmodi corda ex quibus terra iſta procedunt quis non dicat ſerpentum ſpelũcam eſſe, mortiferos lacus, ex quibus quę exhalãtur mortifera ſunt. Vulcani (ut ita loquamur) officinam gignentem Crocodillos, Tigres, aliasvè in manes feras, horrenda loca? Quę autem pura ſunt ſimilia dicat chryſtallo, ſimilia paradiſi fonti, ſimilia argenteę, aureęve minę. Similia hortis, ſuauiſſimos, ac ſuberrimos ſpirantibus odores. Hinc dictum, os iuſti vena uitę, & hoc modo ſapientis ſanitas orbis terrarum, illorum uerba mala aurea, dicta applicans Chriſtus immundiſque illis oſtenſis quę ex immundo procedunt corde inquinare illa, dicit, vitanda admonet, internam potiſſimum lotionem hortatur, illius habendam potiſſimam curam dixit, & non lotis manducare manibus, quod erat quęſitum non coinquinare oſtendit. Nec impedimento eſſe, ut in pręſenti ſęculo gratia & in futuro gloria non gaudeamus, quam mihi & uobis, &c.

*Similia candidi ſordis. Pro. 10. & Pſal. 36. & Pro. 16. & 12.*

## *SALVTATIO.*

*QVID aliud ſunt Euangelij enunciatores niſi ſerui ab æterno Patre familias miſſi ad exigendos uineæ fructus? exigunt illi, redditur eſtis vos, ſed ſine diuina gratia neque illi ut debent exigere poſſunt, neque uos reddere, precemur, concedatur nobis illa, ſacroſancta uirginis interceſſione. Aue Maria.*

THE-

## THEMA.

Malos male perdet. Matthęi 21.

OMNIS hęc parabola tantis eſt plena myſterijs ut non in inueniendis illis, ſed in excutiendis tota ſit difficultas ſita. Imprimis patris familias admirabilis deſcribitur ſollicitudo in plantanda uinea, ſepiendaque illa, & in illa erigenda turri, extruẽdo torculari, ita ut nihil omnino deeſſet illi, eorũ omnium, quę aut optima deſiderabat uinea, aut Domini ſollicitudo requirebat, nè cum fructus exigeret ex illa, aut in uineam, aut ſatorem Dominumq; ſuum culpa poſſet reijci ab agricolis, quibus fuerat illo conducta. Explicatur patientia Dñi, fructus imprimis p ſeruos, ac deniq; per filium requirentis. Agricolarũ manifeſtatur impietas perfidia, & immanitas, qui cũ eſſent fructus animis gratiſſimis reddituri, & quia pinguis fuerat illis conducta uinea, & quia benignus erat in illos uinee Dñs, diro illi agitati furore mille modis vexarunt ſeruos ad exigendos fructus miſſos, & miſſum filium, quẽ erant præ bonitate illius, & preſtito patri obſequio, preq; clementia patris illũ mittentis ueneraturi, occiderunt, miſerunt extra uineã, è ſeruis vineę hoc modo dñs ſe futuros ſpectantes. Cõmendatur ẽt diuina ſapientia quę comprehendit ſapientes in aſtutia eorum diuinorum item ęquitas operũ, quę tanta eſt, vt aduerſarijs iudicibus, illa ipſa ſententia feratur, quę pronunciaretur ab illa. Et modus etiam quo extorſit à ſceleratis ſeruis illis ueritatem, ut ſuo illos iugularet gladio, quę niſi ſub his inuolucris nequaquam diceretur, ita erant ueritatis hoſtes, ſimiliũ etiam animorum ſuperba impatientia, quia ab illis ipſi pro latam ueritatem ferre nequibant.

*Quã ſint magna huius parabolæ myſteria*

*Patrisfamilias ſollicitudo.*

*Patrisfamilias patientia.*

*Mercenariorum impietas*

*1. Cor. 3. & pſ. 9.*

Hęc

Hæc igitur omnia ſubtracto velo ſimilitudinis quo operta ſunt, pulchriora uidebuntur, non enim imagines ſunt ab humano artefice depictæ, ſed à diuino.

*Deus cur homini compare tur.* Aeternus igitur paterfamilias, dicitur pater dicitur & homo, quæ uoces mundi quam ille habebat curam exprimunt, homo enim dicitur, & quia filium habebat hominem hominum ſaluti datus, & quia benignus ille, erat lenis, & miſericors in ſuos, nullo. n. *Humanitas quo ſymbolo potius ſignificetur.* Aegyptiorum ſymbolo humanitas magis commendatur, quam effecti imagine hominis, imprimis, quia omnia illi nocendi ablata ſunt inſtrumenta quibus præditas videmus feras, & leni tectus eſt tegmine; carnibus etiam blandis, & ſua etiam natura in beneficētiam propenſus, vnde contra facientes, à natiua ſua *Gen. 1. et Sap. 2.* nobilitate degenerant illi inferas. Hinc de illius præſtantia dicitur, ad imaginem Dei factus eſt homo, quoniam Deus creauit hominem in exterminabilem & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Nō igitur mirum quod homo Dei imago in hac parte & figura ſit, quandoquidem ad illius imaginem ille eſt effectus, dicitur & pater, vt paternus in ſuos manifeſtetur amor, & paterna, qua conſulit familiæ ſuæ, *Pater cur compare tur.* ſollicitudo nota fiat, Suauiora igitur ille ſibi, & dulciora nomina eligit, & quæ familiæ cuius erat Domi nus maiorem & dilectionem, & curam, & benignitatem pollicebantur. Neque enim in hac parabola, principis, iudicis aut Regis nomina capere voluit, cū tamē iudex ille eſſet orbem in æquitate iudicaturus, *Pſal. 9. Luc. 1.* Rex cuius regni non erat futurus finis. Sed dimiſſis his nominibus quæ maieſtatem & iuſtitiæ executionem ſonabant, plena illa pacis, amicitiæ, dilectionis, & curæ omnia accepit. O felicem familiam, tanti patris clementia gaudentem & non abutentem illa, de qua illa dicuntur, iuſti autem in perpetuum uiuēt, *Sap. 5.* & apud Dominum merces eorum, & cogitatio eorū apud altiſſimum, de cuius felicitate illa dicuntur, in-

qui-

quirentes autem Dominum non minuentur omni bo- *Pſal. 33.*
no,habitacula iuſtorum benedicentur,ſpera in Domi *Pro. 3.*
no & fac bonitatem & paſceris in diuitijs eius, ſuſti
nentes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram. *Inuerſi*
Sed quod hodie patresfamilias inuenias,quorum fa *patres fa*
milia nequaquam felix dici poſſit, quia omnino non *milias.*
ſunt illi qui dicuntur, habent quidem titulos, & no-
mina,nulla tamen conſulendæ familiæ cura tenētur,
neque ex bonis,quæ ad corporis ſpectant uitam, ne-
que ex illis quæ ſpectant ad animam,ſed quidam ad
omnia dormiunt,alij uigilant, quibus dormiſſe fuiſ-
ſet ſatius, uigilant illi quidem, ut ſi quæ bona ha-
bent diſſipent & ſuo prauo exemplo liberos & fami-
liam corrumpant, quos non patres, ſed hoſtes fami-
lias dicas oportet, commiſſi gregis lupos, qui pigri-
tiæ ſomno ſuffocant liberos, ut ſomnolenta illa fecit *3.Reg.3.*
fœmina in quam tulit ſententiam Salomon,aut nefa *Matt. 2.*
riæ uitæ iugulant gladio, ut ſuos fecit Herodes.

In priores illos illa ſunt Salomonis, per agrum ho
minis pigri tranſiui,& per uineam uiri ſtulti & totū
repleuerant ſpinę,& operuerant ſuperficiem eius vrti
cę, & maceria lapidum deſtructa erat. Vſque quo pi- *Pro. 24.*
ger dormies? vſque quo de ſomno conſurges? Quę
omnia etſi certiſſima ſint de externis accepta & ex po *In patres*
ſita bonis,ut paſſim videbimus, & de propio animo, *familias*
& ſua culpa de animis domeſticorum eadem myſticè *ignauos.*
videbis,in quem illa riſu quidem aut lamento potius
digna dicuntur,abſcōdit piger manus ſub acella ſua, *Pro. 26.*
& laborat ſi ad os ſuum eas conuertit. Sed cum digni
quidem ſint, ignauo iſto qui ſunt ingenio,qui lapidē
tur, quibus illos lapidibus velit ici,aut percuti ſapiēs,
audi, ſimiles quidem illis ſunt in lapide luteo lapida *Eccl. 22.*
tus eſt piger,de ſtercore bonum lapidatus eſt piger.
Alij non theſaurizant filijs, ſed diſſipant theſauriza
ta, & hæreditarijs bonis luxuriantur, non liberos tan
tum,ſed totam familiam perdentes, hos neque homi

nes

nes dicam, indigni cum ſint tam honorifico nomine, neque patresfamilias, cum nihil in illam exerceant, quod patrem ſapiat, quos, vt bonis auribus audiant, precor, Pauli voces, forſan illis (quia diuinæ illæ ſunt) in ſeipſos redire cogentur, qui ſuorum & præcipuè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, optimi qui ſunt patresfamilias ſimiles eſſe innumerabilis familiæ patri laborant, in his, ad quæ pertingere poteſt humana infirmitas, humanitate in ſuos remittentes in filios iras, etiam in ſeruos, memoreſque vnius Domini conſerui ſunt. Paterna etiam dilectione & cura, quæ profutura illis ſunt ſeduli curantes, vitantes quæ timent obfutura. Huius ingenij paterfamilias fuit Iob, fuit Dauid, vt docet in pſalmo, miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi Domine.

*1. Tim. 5* *Conſule Chryſoſ. in huius explicationem loci.* *Eph. 6. & col. 3. Col. 4. et 1. Pet. 2.* *Iob. 1.* *Pſ. 100.* *3. Re. 10.*

Fuit Salomon, cuius familiæ tam fuit egregius ordo & copioſa neceſſitatum omnium prouiſio, fuit Iacob, fuit Abraham, fuit Ioſeph, & illorum hodie omnium eſt, qui Deum ſapiunt. Pater iſte familias vineam plantauit, qualem illius decebat ſapientiam potentiam opes, cuius plantatio, & eorum omnium quæ erant opus conſulta prouiſio, quæ diximus omnia de patrefamilias prædicabant, & innumera maiora dictis. Quemadmodum pigri obſitus ſpinis ager, quanta ſit illius ignauia, ſtultitia, & inopia prædicat ignaui hominis excultus & expurgatus ager, quanta ſit illius cura, induſtria, & ſollicitudo prædicat, ac ita ſupremi patrisfamilias potentia manifeſta eſt in eo quod plantauit vineam toto fere diffuſam orbe, & quæ extendit palmites ſuos à mari uſque ad mare, & à flumine ad terminos orbis terrarum, cura, eo quod ſæpe circundedit eam ita vaſta cum eſſet, opes, quia turrim & torcular extruxit in illa, ſollicitudo, in eo quod cum peregre proficiſceretur locauit eam agricolis. Sed expendamus ſi placet quod non dĩ hortos plãtaſſe,

*Manifeſtatur in vineę plãtatione.* *Pſal. 79.* *Expende* *Eccl. 2.*

vt Salomon neque Pinos, Lauros, aut Cedros dicitur ſeuiſſe, ſed uineam ex uitibus conſtantem utiliſſimis illis, ſed magnarum comparatione arborum abiectiſſimis, & ut ſic loquamur paruiſſimis, ex humilibus inquam non alta ſapientibus, ex humilibus, & qui tam excelſo ſunt animo, ut inanes honores dignitates & imperia, cum opus eſt & offeruntur, reſpuant, ut parabola docet de uite. *Rom. 12* *Iudi. 9.*

Ex uitibus horum fructiferis fructuum, ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris & fructus mei fructus honoris & honeſtatis. Sæpe circumdedit, cuſtodia, ſcilicet ſua, cuſtodit enim Dominus omnes diligentes ſe, Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua, quam ſi tollas ſiue vinea illa ſit, ſiue ciuitas fruſtra ab alijs cuſtoditur, quod enim de ciuitate dicitur, de uinea rebuſque omnibus dici poteſt, niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. Sæpe etiam circundedit, tradita ab illo lege, qua diſcernebatur illa à populis ex legibus & barbaris & à feris illorum moribus acerbatur. Turrim erexit firmam & excelſam myſteriorum fidei è cuius culmine non tantum diſpiciebatur quidquid cõmodum erat vineæ, & quidquid nociuum illi, ſed quam eſſent uitreæ aut luteæ potius & infimæ, quas erigebat turres humana ſapiẽtia & philoſophia, quod ſi quæ ex lateribus compactæ uidebantur erant illæ ſimiles Babylonicæ, quæ neque pertingere in cœlum poſſunt, etiam ſi illarũ ſtructores mentientes dicant, ædificemus nobis turrim, cuius culmen pertingat ad Cœlum. Torcular extruxit, quod compreſſio eſt operum, comprimũtur enim in torculari vuæ vineæ quæ ſunt fructus, ac ita legis uirtute comprimuntur bonorum operum fructus, ut eliciatur charitas in Deum & proximum ex illis. Quibus peractis & pfectis merito dicere poſſet Dñs, quid debui facere uineæ meæ ꝙ non feci, vtiliter *Eccl. 14* *Pſal. 96* *& 144.* *& 110.* *Pſ. 126.* *Gen. 12* *Torcular quid*

*Eſa.* 5. Bernardus, bona uinea iuſti, imo bona uinea iuſtus, cuius uirtus uitis, cuius actio palmes, cuius uinum teſtimonium conſcientiæ, cuius lingua torcular expreſſionis, & lacrymæ piè contribulatorum vuæ ſunt
*Bernar.* amantium. Peregre per patientiam profectus, quoniam à ſeipſo nunquam recedit, & cuius maieſtate
*Vinea quib. locata.* plena eſt omnis terra, locauit (non dedit) ſibi enim ipſi dominium ſeruauit agricolis, antiqui illius populi principibus, ſummibus ſacerdotibus prælatis, Legis magiſtris vt excolerent illam debitiſque ſuæ fidei & ſollicitudini fructibus paſcentur, cum autem tempus
*Serui miſſi.* fructuum appropinquaſſet miſit ſeruos ſuos, & miſſi ad uos omnes ſeruos meos prophetas per diem con-
*Hier.* 7. ſurgens diluculo, & mittens & non audierunt me, neque inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, & peius operati ſunt quam patres eo-
2.*Par.*3. rum, &c. Mittebat autem Dominus Deus patrũ ſuorum ad illos per manum nuntiorum ſuorum de nocte conſurgens, & quotidie commonens, at illi ſubſanabant nuntios Dei & paruipendebant ſermones eius, illudebantque Prophetis, &c.

Ab his igitur parabola non intellecta ſententiam
*Iniqui in ſe ipſos iudices aqui ſolent eſſe in alios.* requirit qui æquiſſimam in ſeipſos protulere illam, nulli enim vnquam in alios magis ſolent eſſe rigidi, & iuſtitiæ amici quam qui in ſeipſos iniqui ſunt iudices & remiſſi, vndè cum in alios ferre ſententiam exiſtimaſſet iſti, æquiſſimam illam protulerunt in ſe ipſos, hoc modo capiendi ſunt inuoluta ac veluti ueſtita ueritate, qui nudam habent odio. Hac fortaſſe de cauſa, & ut uehementius hæreret ueritas animis, tot parabolis diuina uſa eſt ſapientia.

*Mat.* 21. Habet id impietas & ingratitudo, ut ſuis ipſe au-
*&* 24. toribus non placeat, & conſpectam in alijs acriter
*Mar.* 3. vindicent, quam præ cordis duritie in ſeipſis cõſpice-
*&* 4. re non ualent. Conſtat in iſtis, & in Dauide uiro alio-
2.*Re.* 12 qui integerrimo, qui aduerſus ſemetipſum ſententiã,

æquam

æquam illam, ſed cum indignatione tulit, cum propoſita illi fuit à Nathan parabola, iratus autem indignatione aduerſus hominem illum Dauid nimis. dixit ad Nathan, uiuit Dominus, quia filius mortis eſt uir qui fecit hoc, eſtq; egregius ut diximus ſuis uerbis irretiendi & capiendi modus, ut & ingratitudinis arguãtur & pronuncient in ſemetipſos inſcij ſententiam, quam (niſi reſipuerint prolatura eſt æquitas diuinà, ut ſi quis ita proponeret in patrem indulgẽtem & beneficum, & qui mortuus fuit ut filius regno potiretur, filius ita fuit ingratus ut nihil ſoratio fecerit ex his quæ teſtata reliquit, ſed aut irriſit, aut ſpreuit illa, neque emortui parentis curam habuit aliquam, qua dignus pœna eſt tam ingratus filius? Dices ut priuaretur ille regno mutato nomine hæc de te veritas narratur, mortuus enim fuit Chriſtus, ut tu cœleſtis fieres hæres regni, teſtatam ſuam voluntatem utroque reliquit teſtamento, & ueteri & nouo, illam autem irrides aut non adimplendo contemnis, neque emortui pro te Chriſti parentis indulgentiſſimi curam habes aliquam, tam immenſum & inauditum beneficium animo uoluens, vt cum par referre non poſſis, gratus ſaltim ſis, dignus ergo es qui priueris regno tu & reus extitiſti & iudex. Aut ita, arborem quidã habet in hortis irriguis, cui iterum atque iterum, debitum cultum & putationis & ſtercorationis, & irrigationis adhibuit, at illa neque frondibus ornatur, neq; fructus profert, quid cum illa faciendum? Dices q̃ tanta illi indulgentia inutilis eſt & impenſa perditur opera, Scindatur & in ignem mittatur, recte iudicaſti, at tu hæc es arbos in amęniſſimis Eccleſię hortis diuina plantata manu, in ſolo pinguiſſimo illo cui omnis adhibitus eſt cultus doctrinæ qua ueluti diuina falce amputantur ſuperflua, irrigationis uirtutis, ſcilicet & gratiæ diuinæ, quæ adminiſtratione ſacramentorum communicatur, ſtercorationis, cum ibi.

*Egregius parabolarũ uſus.*

*Expende parabolas iſtas in noſtrã utilitatẽ excogitatas.*

*Rom. 8.*

*Matt. 3.*

*Luc. 3. et 13.*

in memoriam reducitur quod puluis ſis,cinis,& ſtercus, at neque boni Chriſtiani fers folia exempli, neque operum fructus,ſcindendus igitur tua ſenten-
1.Cor.6 tia es, & mittendus in ignem. Aut ita, paſtorem quæſiuit aut conduxit quidam & non exigua mercede ut gregem cuſtodiret illi pretioſiſſimum & chariſſimum,& quem magno ille parauerat pretio.& ut paſceret, & adaquaret illum & omnia præſtaret in illum, quæ uigilis ſunt & optimi paſtoris, at hic otio uacans, ſomno indulgens, proprijs intentus
1.Pet.3 commodis, vagari permittit aut ſinit gregem per abrupta, uetita & nociua prata, & paſcua paſcere, à ferris deuorari, qua erit pœna digna tanti ignauia paſtoris aut quo ſupplicio plectenda illa?
Zac.10. dices damna ſoluat, & cuſtodia qua tam fuit indignus priuetur? Recte iudicaſti & in caput tuum neque ore tuo te iudicó,continguntque illa tibi Pauli, & ſi de alio iudicio dicta, in quo enim iudicas alios
Luc.19. te ipſum comdemnas, hæc enim eadẽ facis quæ iudicas. Non audiſti tibi dictum tuæque conditionis ho
Rom.2. minibus,attendite uobis & vniuerſo gregi? At tibi indulgens,tuis commodis inhians, gregem tam charũ
Act.20. domino, tam ingenti partum pretio tuæ curæ commiſſum,ſinis vagari quam vult & à feris uorari, eueniunt tibi quæ in te iudicaſti,ſunt ergo domini iudicia æquiſſima, & quæ rei ipſi conſtituti iudices talia eſſe fatentur.Euenerunt que miſeris iſtis quę protule
*Diuini* runt,perdidit dominus vineę malos & alijs agricolis,
*æquitas* nobis inquã,locauit vineã, qui utinã ut proliciti illi
*iudicij.* ſunt reddamus fructus in tempore,ſed rogo expendamus cum ſententia aliqua in alicuius facinoris patra
Deut.21 torem à lege profertur, vt olim de colligente ligna in ſabbato, de muliere adultera,aut de homicida, &
Rom.14. filio contumace, huiuſmodi ſententia in omnes ſimilia audentes lata fuit? Omnino & cũ dr̃ in noua lege,
1.Joan.4 Quod unuſquiſque pro ſe rationem reddet & quod

qui

qui non diligit manet in morte. Erit igitur prolatã de uinea ſententia in omnes ſimilia patrantes, expendant ergo iã animoq; attentiſſimo uoluant, quibus hodie locata uinea eſt, ſimilia ne perpetrent, ſaltẽ in nõ reddendis fructibus, quæ ſi perpetrauerint latam iam ſententiam ſciãt, malos male perdet, ſin aũt & uineã excoluerint, paſtinauerint, & exigentes fructus vt par eſt uenerati fuerint, & miſſum filiũ, quẽ illi occiderũt adorauerint, deſideratoſq; domino vineæ ſuo tempore fructus reddiderint, & uineã illis relinquet, & gratitudinẽ æterna mercede compenſabit. Aliã inculcat parabolam, tantus erat illorum ſomnus, ut pluribus illi clamoribus nõ excitarẽtur, tam inueteratus mor bus ut tot illis medicaminibus applicatis non conualeſcerent, tanta ruditas liuore & malitia parta, ut toties inculcata doctrina, non inſtruerentur, tam aliena ti erant illi à ſenſu, ut tot modis admoniti in ſe non redirent, tanta cęcitas ut toties illos Sole irradiante degerent illi in caligine, & Chriſtus ſalutis illorum magis auidus, & in illos magis amicus, quam erant illi in illum inimici, & occaſus ſui cupidi. Aliam inculcat parabolam eadem fere ſonantẽ, non enim poterant iſta non ſæpius in illorum mentes ſubire, & latẽtis in illis ueritatis memores reddere, quam haberent uice magiſtri erudientis, aut conſiliarij admonentis, aut expergefactoris è ſomno excitantis. His adductis parabolis iſta commendabat illis Chriſti immẽſa pietas, nunquam legiſtis in ſcripturis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput angu li? à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Admonuit in primis capiendam eſſe ex diuina lectione intentam illa vtilitatem, eo enim illa ſcripta fuit animo, & illo legenda, ita ut quæ prophetice dicta ſunt, de quibus illa enuntiauerint, intelligamus. Quæ ad morum reformationem ſcripta de quibus moribus reformandis loquantur

*Expendã*

*Similia.*

*Innumeris modis curat. Chriſtus ingrati populi ſalutem.*

*Pſal. 117.*

*Expenda ſimilia.*

intelligamus, reformemuſque illos, frangendæ enim cum ſint nuces non niſi latentes in illis nucleos inquirimus, habent enim nucleos ſuos diuerſos, amygdalum, & nux: Quæ autem alio ſenſu ſcripta cenſent, aut dictam utilitatem non capiunt, ſimiles illis ſunt, qui uirtutes in herbis ſalutiferas latentes non cenſent ad pellendos morbos fuiſſe à Deo inditas, aut inuenis terræ latentia metalla non è conſilio inibi a Deo concreata ut in uſus hominum eruantur, aut deſcriptos de legibus libros, non ideò eſſe ſcriptos vt ab illis ad regendam rempub. capiantur conſilia, aut ſcripta de medicamentorum uirtute uolumina, non eſſe ſcripta ad humanæ amiſſæ ſalutis recuperationem cum contra iſtich docuerit diuinæ auctor doctrinæ Chriſtus, non legiſtis lapidem quem reprobauerunt? docet & illius ſpiritu ſcribens Paulus, quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ſcripta, ad correptionem noſtram, & latere in priſcis illis ſcripturis myſteria quæ ſcrutatione egeant, illa docent. Omnia in figura contingebant illis. Perhibereq; ſuo modo omnia de Chriſto teſtimonium, illa etiam indicant, ſcrutamini ſcripturas quoniam ipſæ teſtimonium perhibent de me. ideò toties ad illas fit recurſus & ut utriuſque conſonantia manifeſtentur dicitur, noti legiſtis lapidem? Quid enim dicit, ſcriptura? ſed quid dicit ſcriptura, an neſcitis in Helia, quid dicat ſcriptura? Sed quid dicit ſcriptura, eijce ancillam, nunquam legiſtis in ſcripturis, non legiſtis quid fecerit Dauid, legem non legiſtis, ſed proh dolor, habebant illo tempore uelamen ferè omnes, & hodie multi, vnde de illis magnus Apoſtolus Paulus, non ſicut Moſes ponebat uelamen ſuper faciem ſuam, nam idipſum uelamen in lectione ueteris teſtamenti cū legitur, Moſes poſitum eſt ſuper cor eorum. Ait igitur Chriſtus non legiſtis? legenda igitur illa eſt quādo & certiſſima ſunt de illa ab Auguſtino dicta ſic loquitur

*Cuncta iſta ſimilia animo uoluit.*

*Rom.* 5. *1.Co.* 10 *et Iac.* 4. *2.Thi.* 3. *Ioan.* 5 *Rom.* 4. 3 *Rom.* 11. *Gala.* 4. *Mar.* 2. *Galat.* 4. *2.Cor.* 3.

quitur ſcriptura ut altitudine ſuperbos irrideat, pro- *Augu.2.*
funditate, attentos terreat, uirtutes magnos paſcat *in Gene.*
affabilitate, paruulos nutriat ſaniſſima illa Hierony- *c.19.*
mi, uteris lectione diuina uice ſpeculi, fœda corrigẽ *Hieron.*
do, pulchra conſeruando, & pulchriora faciendo for- *epiſt. ad*
taſſe de data ab illo lege ſi cum multis loqueremur *Demetri*
teſtimonium aliquod non ex reconditis citantes, ro- *ad virg.*
gatemuſq; illos, non legiſtis? Reſpondiſſent illi non
legimus, non loquimur de plebeis uiris, ſecularibus
negotijs adiectis (quos ut aliena doctrina inſtrui pa
tiantur rogamus, vtque quæ de lectione diuinæ legis
fuerint illis, ab illius magiſtris ſane expoſita ample-
ctantur) ſed de illis de quibus ſummus Apoſtolorum *1.Pet.3.*
Petrus, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcen
ti nos rationem, iſti legunt quidem alia multa quæ
quam ſint, & ad quid conducibilia norunt, legem aũt
quæ illis lucerna futura eſt illos illuminans, quæ fu tu
ra conſilium eſt illos dirigens & quæ gignit iniquita-
tis odiũ & puritatis amorem, non legunt. A mandatis
tuis inquit Dauid intellixi, propterea odiui omnem
uiam iniquitatis, greſſus meos dirige ſecundum elo-
quium tuum, ut non dominetur mei omnis iniuſti- *D. Hier.*
tia, id docent Hieronymi illa, ſolent & uiri (rariſſime *in Pſ.2.*
hodie) Solent & monachi hoc inter ſe certamen ha-
bere, ut qui plus ediſcunt ſcripturas, in his ſe putent
eſſe meliores, ille plus didicit qui plus facit, cæterũ ſi
quod tu ediſcis ego facio, magis mea opera ſcriptu
ras tenent quam tuus ſermo, qui uane reſonat, iſtis
in lege peritis, de lege teſtimonium citans quod, ac ſi
ante illorum oculos ſcriberetur non poterat neq; ue-
rius, neque proprius illorum ingenium depingere, ait
non legiſtis, Admonens nos etiam ut in hoc magnũ
apponamus ſtudium, ut cum loca antiqui nouive te- *Citanda*
ſtamenti citauerimus in natiuo illa ſint ſenſu, & à di- *loci ſacra*
uino ſpiritu intento, & ut congruãt illa inſtituto aut *in ſuo ſen*
tei de qua agimus ne uim inferre illis uideamur aut *ſu.*

extrametam currere,non ambulantes in aſtutia, neq;
2. Cor. 4 adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veri
tatis. Id quomodo aſſequi poſſimus, quando tam eſt
dignum ut præſtetur, & propter legis autoritatem, &
propter legislatoris maieſtatem, & propter muneris
*Expēde* noſtri dignitatem pro Chriſto. n. legatione fungi-
*iſta.* mur,& propter audientium utilitatem, docent illa
Dauidis & regis & prophetæ & diuinæ ſtudioſiſſimi
legis precantes cum illo, qui his, quæ præcationibus
petuntur tanto magis illo indigemus quanto cæcus
*Pſ.* 118. magis indiget luce quam uidens. Reuela oculos me-
*D.Greg.* os & conſiderabo mirabilia de lege tua, da mihi in-
tellectum & ſcrutabor legem tuam, iuſtificationes
*Vide ro* tuas doce me. Veriſſima enim ſunt illa Magni Gre-
*go de di* gorij, tanta ac talis eſt diuinæ ſcripturæ ſublimitas,
*uina ſcri* vt non ſolum uerba quæ à ſanctis uel ab ipſo domi-
*pturæ* no dicta referantur,ſed etiam circunſtantiæ rerum,
*profundi* quæ ſimpliciter poſitę videntur, ſpiritualibus ſunt ple
*tate Ori* na myſterijs, de illa idem, mirabilis fluuius eſt iſte,
*gentib.* qui eſt ita planus quod ibi agnus, id eſt ſimplex & il-
*4. Peri* literatus poteſt ſiccis pedibus tranſire,& elephas, id-
*oh. c.1.* eſt magnus & ſubtilis poteſt natare, immo poteſt ſe
*Hilar. in* ſubmergere. Lapidem quem reprobauerunt ædifi-
134. cantes, Hi uiri templi ædificatores ſe eſſe credebāt,
*D.Baſil.* cum tamen uaſtatores eſſent illius, ut multi fortaſ-
*probem.* ſe hodie qui cum hoc homine glorientur non ædifi-
*ingen.* cant tamen,neque opere, neque doctrina, igitur in-
*Mat.* 21 uidia agitati lapidem firmiſſimum, pretioſiſſimum,
*&* 1. angularem, & ſumme, electum reprobauerunt, tan-
*Pet.* 2. *et* ta illorum fuit amentia. Reprobauerunt autem in-
*Act.* 4. numeris illius nomen de honeſtantes modis, ueriſſi-
*Reproba* mam doctrinam aſpernantes, & miracula quæ ab il-
*tio lapi-* lo diuina uirtute fiebant calumniantes, & impio ſpi-
*dis.* ritui,ut erant illi impijſ, attribuentes, & tandem in
extremæ reprobationis ſignum cruci illum adigētes,
at hic lapis ē mortuis propria uirtute reſurgens, & ut

Sol ecclipſim paſſus orbem illuminans, hic ſæua & inuida ædificantium, Pontificum, ſacerdotum, Phariſæorum & ſcribarum malitia reprobatus, factus eſt totius ædificij primum & angulare fundamentum. Illum conſummans, proficiens, decorans, ornans, & diuerſos antea ob legis uarietatem populos Iudæorum iam credentium, & gentilium coniungens, & nectens, neque id humano factum fuit conſilio, aut humana induſtria & cura, ſed à Domino qui ſacri huius ædificij extruendi ſummus erat Architectus, neque enim res ita excelſa & magna ab alio præſtari potuit. & eſt mirabile in oculis noſtris. Quid enim mirabilius, humanis poterat iudicijs uideri quam lapidem tot tam tiſque modis ab illis reprobatum, ad maiorem ædificij gloriam exaltatum uidere illum? Imo eſſe illum totius ædificij gloriam, decus, ornamentum & firmitudinem? Colligit in illos ipſos ſententiam ab illis ipſis probatam ideo dico uobis quod auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, ut ſcias quanta ſit & quam metuenda comminationis & prolatę grauitas ſententię, expende quid dicat ab illis auferendum, non enim dicit auferretur à uobis res, dignitasve, ſed regnum, cuius regni quanta ſit amplitudo, maieſtas, gloria, explicat quod adijcitur illi, regnum Dei, idque ipſum quam ſit ingens & omnium hominum merita & dignitatem excedens beneficium, quo afficit fideles ſuos Chriſtus explicat ſatis, non illis priuatæ alicuius prouinciæ dat iudicium, non quos miratur mundus celſiores alios honores, ſed regnum Dei, cuius miratus beneficij magnitudinem Petrus fideles alloquens ait, uos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, &c. Et qui cæciderint ſuper lapidem iſtum confringentur, ſuper quem uero ceciderit conteret eum. Ea cum audiſſent principes ſacerdotū, Hos enim alloque-

*Supremi electio lapidis. Eph. 2. & Gal. 6. & 2. Cor. 5.*

*Quæ ſit regni ablatio.*

*Regni maieſtas.*

*1. Pet. 2.*

loquebatur, in illos prolata fuit ſententia ut reuince retur illorum impietas adductum fuit ex lege in qua illi erant uerſati, teſtimonium, aperta illis eſt, & mani feſtata quæ latebat in illo ueritas, ex ſe quidem pijs, ſinceriſque animis manifeſta, ut & tu cum opus fue rit cum principibus ſacerdotum, diuina in illorum vtilitatem adducas teſtimonia, & reuincas illorum certitudine illos, neque impedimento tibi ſit dignita tis ſplendor, ut de teſtimonijs Dei coram illis & regi bus pie, prudenter & modeſte loquaris, uide quam grauia, certa, plana, & uera coram iſtis fuerit loquu tus cœleſtis magiſter, nihil etiam ex accerrimis ni mis diſſimulans.

*Veritas non ocul tanda cũ in gloriã Dei uer git.*

Et cum audiſſent principes ſacerdotum & Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ſeipſis diceret, & quærentes eum tenere timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant. Dum uelata fuit ueritas animo utcunque patienti tulere illam, ferre autem non potuere cum ablatum illi uelum fuit, & nuda apparuit, neque doceri, neque admoneri ferre potuit unquam ſuperbia & maximè Phariſaica, & potiſſimum coram turbis, quibus illi & magiſtri ſunt, & apud quos in pretio eſſe uolunt, neque de illorum fucata ſanctitate & inſcia ſapientia concepta eſt opinio, detrimentum aliquod patiatur. Quàm tulerint iſta acerbe, & quam fuerit illis ueritatis nudus aſpectus, horrendus & inuiſus, gratiſſimus alioqui & pulcherrimus, plus ſatis manifeſtant illa, & quærentes eum tenere timuerunt turbas. Hæc inquit Hieronymus eſt conditio ueritatis ut eam ſemper inimicitiæ perſequantur, ſicut per adulationem pernicioſæ amicitiæ comparantur, libenter enim quod delectat audimus & offendit omne quod nolumus, ſed ea prudentia eſt enuntianda illa qua Chriſtus & enunciauit & à nobis enunciari optat, nam gratiſſima cum ſit perdicis aut accipenſeris caro, cruda ingrata eſt, & om-

*Fucata ſanctitas odio habet ueritatem.*

*Superbia neque doceri neq; admoneri patitur.*

*D. Hier. epiſt. ad Moral.*

nis faſtidit illa ſtomachus, quæ ſi aſſa, coctave ſit placet, alit, & prodeſſe ſolet, ac ita ueritas igni ſi eſt aſſa charitatis, & prudentiæ ſale condita placere ſolet & prodeſſe, diſplicet uero cruda. O lucis, modeſtiæ, pietatis, religionis, & ſanctitatis amicam veritatem, quæ merito regina diceris, ò quam chara iuſtis es, quam pretioſa, quam deſiderabilis, ò uitæ magiſtram & ducem, de te iuſti ſemper loquuntur, neque ab illorum corde, mente, & lingua diſcedis: Te audire cupiunt auribus, te ſequi, te amplecti, & maximè cum diuina es, quia tunc tanto reliqua quæ uera ſunt antecellis, quanto cœlum ſuperius eſt terra, & quod diuinum eſt rebus præſtat humanis, Quod cum certiſſimum eſſe nunc intelligamus, tunc certius intelligemus, cum illa in cœlis potiemur, ad quos &c.

*Veritas quomodo enuntianda.*

*Encomiũ ueritatis*

## *SALVTATIO.*

*Inter illa quæ maxime conducunt vt Petro cõceſſa poteſtas optatum potiatur in animis effectum, & abſolnendo illos à culpis & cęlos illis aperiendo, diuinæ doctrinæ prædicatio eſt: conuertit illa animas, ut optime Danid, gignit iniquitatis odium, uirtutis amore incendit, ſed tunc maxime conuertit cum diuina gratia iuuatur, precemur uirginem obtineat nobis illam. Aue Maria.*

*Pſal. 18.*
*Pſal. 118*

## THEMA.

Quem dicunt homines, eſſe filium hominis? Matth. 16. Luc. 9.

Q VORSVM ſacer ſcriptor, diuinuſq; Euangeliſta cum multa alia & grauiſſima illa literis mandet, nulla neque de rege neq; de ciuitate facta mentione, ut cum uocat ad ſe Chriſtus Matthæum, cum Iacobum uocat, & An-

*Matt.9.*

*Matt.4.* dream, cum leproſos mundat, uiſum reſtituit cæcis,
*& Lu.5* nunc ciuitatis, & regis à quo condita illa fuerat men-
*Maie-* tionem fecit dicens, Cæſareæ Philippi? Planè ut ma-
*ſtas & ieſtatē* ſignificaret ille myſteriorum, & illorum certi-
*certitu-* tudinem, erant grauiſſima ſummi cuiuſdam momen
*do myſte* ti myſteria quæ euenerant & in quorum certitudine
*rij.* omnium ſalus uerſabatur, ideo locum ſcribit in quo contigere iſta, & loci conditorem ut planius & certius conſtaret quo in loco contingiſſent illa, neq; locus ambigendi cuique relinqueretur.

Hoc fuiſſe uſos ingenio ſacros ſcriptores uides, &
*Luc.1.* cum de Chriſti incarnatione deſideratiſſima, & ortu
*Matt.2.* fęliciſſimo egerunt, & cum diuino inſtigatus ſpiritu
*Luc.2.* præcurſor Domini Ioannes præparare incepit Domino uias, unde ita legis, miſſus eſt Angelus à Deo in ciuitatem Galileæ cui nomen Nazareth.

*Matt.2.* Cum natus eſſet Ieſus in Bethleē Iudæ anno quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris procurante Pōtio
*Luc.3.* Pilato Iudæam factum eſt verbum Domini ſuper Ioānem Zachariæ filium, nunc autem Cæſareæ Philippi. Sed quæres myſteria alia, & illorum magnitudinē nouimus, & quanta quamque excelſa, & diuina ratione impulſi Euangeliſtæ in hiſtoricæ ueritatis confirmationem ita fuerint loquuti. Noſſę optamus præſentia quæ ſint myſteria primum qđ Chriſtus ſit filius Dei uiui, quo myſterio nullū eſt excelſius, nullum ſublimius, nullum diuinius, cuius diuinitatem
*Myſte-* Chriſtus ipſe ut ſignificaret & beatum appellauit Pe
*ria maxi* trum tanti myſterij reuelatione dignum habitum, &
*ma.* reuelaſſe illud illi dixit non carnem, & ſanguinem,

ſed

ſed cœleſtem patrem, cuius auctoritate opus erat ad teſtimonij confirmationem tanta erat maieſtas illius, tantum illius momentum. Vnde poſtea, qui glo- *1.Co.1*
riatur in hoc glorietur ſcire, & noſſe me, ut cognoſcant te Deum Patrem, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Se- *Ioan.17*
cundum, cœleſtium clauium traditio & unius homi- *Myſte-*
nis ad tantam dignitatem erectio, ut Chriſti eſſet *rium ſe-*
uicarius, & Eccleſiæ ſuæ caput & fundamentum quo *cundum*
myſterio nullũ poteſt in terris animo concipi maius, neq; homini beneficium dari ſplendidius, neq; quod maioris ſit auctoritatis, & momenti, digniſſimè igitur ſcriptum, Cæſareæ Philippi.

Audi ut rem mirabiliſſimam id ipſum inter alia *D.Chry.*
Chryſoſtomum annumerantẽ, quatuor mirabiles res, fecit Deus, de piſcatore primum Eccleſiæ paſtorem, de perſequutore magiſtrum gentium & Doctorem, de publicano Euangeliſtam, de latrone primum cœlicolam. Sed quorſum interrogat, quem dicunt homines eſſe filium hominis? Vt uel ex ipſo conſta- *Quorſũ*
ret reſponſo quam eſſet dignus Petrus Eccleſiæ pri- *facta fu-*
matu, quando in ſentiendo de Chriſti diuinitate pri- *it à Chri-*
matum obtinuit. Sed populi reſponſum expende, *ſto inter-*
qui & ſi ſubmiſſe nimis, ut ſolet, ut implurimum de *rogatio?*
rebus diuinis Populus reſpondit & ſenſit, ſed tamen optima quæ habuit mundus illi tribuit, Baptiſtę perfectionem, Heliæ zelum, Zacharię, uiſcera quæ *Expẽde.*
omnia reſplendere uidebant in illo, non reſpondit qđ perfidi Phariſæi ſeducit turbas, uorax eſt, &c. Mirabilis quidem Chriſti optimi & maximi amor fuit in ſuos & mirabilis eorum omnium quæ ad illorum utilitatem ſpectabant cura & ſollicitudo qua non tantũ *Lex*
animorum ille ſaluti conſulebat, ſed & corporum, *Chriſti*
utrique enim compaginis parti, utiliſſima lex illius *& corpo-*
eſt & utriuſque uitæ, nouit familiam non poſſe be- *ri & aīo*
ne ſe habere ſine præfecto, aciem ſine imperato- *utiliſſi-*
re, regnum ſine rege, aut qui illius uices regat. Vnde *ma.*

ſacræ

*Vide quā to amore populo ſuo Chriſtus conſuluerit.* ſacræ huic ſuæ familiæ, populoque bonorum operū ſectatori rectorem ille præfecit, aciei ordinatiſſimæ imperatorem,& ſacro illius regno regnorum omniū, quæ habuere Cæſares, florentiſſimo, uice regem. Hic autem magnus Apoſtolus Petrus fuit, fuit autē & Deo in ſapientia omnia faciente digniſſimum, & utiliſſimū nobis, nam alioqui eramus ſicut oues ſine paſtore,eſſetq́; acies noſtra fuſa. Regnum Babylonico ſimile regno confuſum,ſine ordine, corpuſq; hoc myſticum, aut monſtrum multa capita habens, aut habens nullum, eueniretque nobis quod hodie miſeris euenit hæreticis, & habetur Iudicum ultimo, In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed unuſquiſque quod ſibi bonum uidebatur ſic faciebat. Nihil enim in humanis eſt quod non ſuum habeat caput quod illud regat & cui obſequatur, neq; de externis ago corporibus quod eſt euidens, ſed de his quæ myſtica poſſunt quodammodo appellari. Habent ſuum præfectum cantores quem ſequuntur & cui auſcultant ſiue in præueniendo illos ſiue in corrigendo, habent monaſteria ſingula & illorum inſtituta, habent milites, habet priuatæ omnes reſpublicæ, habent regna,& latæ omnes prouinciæ,neque poſſent iſta alio modo cōſeruari neque ullus in ills eſſet ordo indignum igitur erat ſuprema ſapientia non decorare Eccleſiam quātopere dilexiſſe illum ait Paulus, quod tradidit ſemetipſum pro ea ut eam mundaret ab omni iniquitate,ut exhiberet, ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, &c. Et illo honore non inſignire,quo inſignita ſunt quæcunque ordinata ſunt. In multis quidem Regina Sabba mirata eſt ſapientiam Salomonis, ſed quod meritiſſimè in admirationem illam rapuit miniſtrātium fuit ordo,qui in hac ampliſſima ſummi Salomonis domo tanto plus effulſit, quanto ſublimior illius ſapientia fuit, uoluit igitur meritiſſime haberet hoc ſuum regnum,Regem,qui paſceret Iacob ſeruum ſuū

*Ezec. 34. Cant. 6. Gene. 12. Epheſ. 1. & 1. Co. 10. Iud. ult.*

*Cuncta fere capite gaudent.*

*Col. 1.*

*Eph. 5.*

*Ordo in reb. grauiſſimus.*

*3. Re. 10. Pſal. 77.*

& Iſrael

& Iſrael hæreditatem ſuam, & de quo reliqua digniſſime dicerentur & pauit eos in innocentia cordis ſui & in intellectibus manuum ſuarum, uoluit hunc ſuũ gregem habere paſtorem, à cuius oculis ſomnus fugeret, & qui paſcuis uberrimis illum paſceret, & aquis de fontibus ſaluatoris adaquaret. Voluit habere hoc ſuum corpus caput auro optimo ſimillimum, ac tandem ut nouus hic populus noua lege inſtructus, mille modis innouatus, nouum ſuum, ſed ſummum habe ret ſacerdotem quemadmodum habuit illum uetus & qui perfectiones illas omnes haberet quas, & habebat ille & ſacer illius ornatus adumbrabat, puritatem ſcilicet internam, & externam, argenteam & puriſſimam doctrinam, in pectore præ amore ſuorum nomina ſcripta, & humeris, uelut onus gratum ſuper poſitos illos. Non de ſuprema iſta dignitate ſed de epiſcopali agens ita loquitur grauiſſimus Ambroſ. honor & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari, ſi Regum fulgori compares, & principum diademati longè erit id inferius quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum uideas Regum colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & oſculata eorum dextera orationibus eorum ſe credunt communiri. Hic Euſebius lib. 2. Eccleſ. hiſt. cap. 14. Petrum ſcribit probatiſſimum omnium Apoſtolorum, & maximum, fideique magnificentia primorum principem. & Epiph. hær. ſi ducem illum non populi tantum, ſed ſuorum condiſcipulorũ appellat & idem, epiſt. ad epiſcopos Vien. Cypr. lib. 4. epiſt. ad Papian. & lib. 1. ad Cornelium, Ambroſ. ſerm. 47. Aug. contra epiſtolam Donati, Leo ſer. 3. in die ſuæ aſſumptionis, Cyril. lib. 2. c. 12. in Ioã. Chryſ. lib. 8. de pœnitentia, Calced. 8. In hoc noſtrum inſtitutum appoſitiſſime utitur Bernardus 2. c. ad Eugen. teſtimonio illo Exodi, eſto tu populo tuo in his quæ ad Deum pertinent, ut oſtendas populo ceremonias

*Gen. 31.* *Ezec. 34* *Eſai. 12.* *2. Cor. 5.* *Deu. 17.* *Praoſtenſa in ſummi ſacerdotis ornatis.* *D. Amb. in paſtor.* *Grauiſſimorum hoīum teſtimonia.* *Grauiſſima expẽde.* *Exod. 16.*

nias & ritum colendi uiam per quam ingredi debeat. Alterum item quo utitur Innocentius tertius ca. per uenerabilem, ſi difficile inquit & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpeſeris & iudicũ intra portas videris verba uariari &c.

*Deu.17* Quod autem eadem autoritate, eiſdemque titulis glorioſis, eſſent poſtea Petri ſucceſſores gauiſuri, eadem quæ diximus probant ſatis. Neq; enim gregi in tot ſæcula duraturo temporaneus paſtor erat præficiendus neq; regno in conſummationem uſq; ſæculi duraturo, Rex breui moriturus. Probant iſta egregiè admodum Caiet. de primat. Roma. Eccleſiæ ca. 12. & cano lib. 6. de locis Theologicis, & Ioan. & Ecchius aduerſus Lutherum, & hæc quæ diximus ipſa

*Encomium. Petr.* mirabiles animi dotes quibus præditus erat Petrus nobis commendant, quo quæſo cerebro præditum credemus caput tam uaſto corpori proponendum? qua animi ſcelſitudine imperatorem innumerabili militum, ducum, & magiſtrorum militiæ multitudini preferendum? Qua animi præſtant a Regem cui non vnum, aut alterum regum erat ſummitendum ſed tot Reges & regna? eratq; ad magna iſta & ſummè glo-

*1.Re.17* rioſa munera electus ab eo qui non vt homo videt ea

*1. Re.9.* quæ patent ſed intuetur intuetur cor. Neque electus, etiam ſi ipſius iuſſu à Propheta ut fuere Saul & Dauid, ſed à Deo ipſo & mutato vna cum functione nomine, vt illius firmitudinem manifeſtaret, & quam eſ-

*Nominis Petri uocatio.* ſet ille ut fundamentum eſſet Eccleſiæ idoneus, ſimul & ut audito nomine ſemper qui eſſet recordaretur & à quo fuiſſet nomen impoſitum & quorſum.

Sed rogo quanta erit ignominia membri ſi mancum illud ſua culpa fuerit capitis cum ſit ita globoſi? aut quantum dedecus militis ſi ignauus fuerit ille &

*Expendat populus.* timidus, inuictum cum habeat imperatorem? Quanta ouis ſocordia ſi cum paſtorem habeat ita vigilem beſtijs agri ſe illa dederit? Quanta hominis ſtultitia

ſi re-

ſi regem cum habeat ſapientiſſimum ſuauiſſimis illius legibus non fuerit obſequutus, & quæ præcepta fuerint ab illo ſeruauerit? Et quam erit ille ingratus Deo, qui cum paterna illi & diuina cura hoc modo conſuluerit ut nihil illi ad benè beateque uiuendum deeſſet, magna iſta benignitate fuerit abuſus. Sed expendamus quorſum Christus per contatus diſcipulos eſt, quem dicunt homines eſſe filium hominis?

Planè ut ex illorum confeſſione & confeſſione poſtea facta ab illo, planius agnoſceretur quanto ſublimius, & excelſius & diuinius de Chriſto ſentiret ille, & quam eſſet dignus ut qui ueriſſimo illo de Chriſti ſenſu ita omnes anteibat, omnibus præficeretur, ut ſuas illum largiri eccleſiaſticas dignitates ſciremus dignis illis, & ut ex illius confeſſione & dictis conſtaret diuinam habere Chriſtum autoritatem ut diuino ualeret illum inſigni re honore, nam ſi is ille non eſſet quem Petrus dicebat, Tu es Chriſtus filius Dei uiui, nequibat neque Eccleſiam condere, neque cœli illi claues largiri, non enim dare poſſet illi cœlorum claues niſi cœlorum ille eſſet Dominus, neq. Dominus ille cęlorũ eſſe ni filius Dei uiui eſſet hac igitur de cauſa Chriſtus ſilicẽ illum aut petram per contatione ut excuſſorio ſerramento percuſſit, ex qua diuinus ille ignis proſiluit. Tu es Chriſtus filius Dei uiui, qui mundum omnem illuminauit & incendit. Examinauit igitur Petrum, ut ſic loquamur, Chriſtus, & tam excelſa rerum diuinarum conditione præditum adinuenit illum ut mundanæ machinæ & uniuerſitatis primariam cathedram conceſſerit illi, in qua docet, legitq. ſemper doctrinam ita ueram certam & prorſus diuinam, vt poſſit de illo ſemperdici, quod dixit Chriſtus caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cęlis eſt. Digniſſimum igitur eſt vt qui alios dignitate

*Interrogati cur diſcipuli.*

K præcellere

*Digniſſimum ut ſanctitate & ſcientia præcellant qui dignitate præcellunt.*

præcellere debent præcellant & diuinarum & altiſſimarũ rerum cognitione & feruenti in Chriſtum amore vtraque enim illis neceſſaria ſunt, & cognitio & amor, cognitio vt amorẽ ducat, amor ut cognitionem inflamet, quæ cognitio quo ſublimior eſt tanto ſolet maiorem excitare amorem & ideo utraque celſiſſima fuere in Petro, id & dignitatum in eccleſia nomina indicant quemadmodum & Petri admirandam conſtantiam nomen indicauit cephas, indicauit & munera quibus præficiuntur, neq; enim læthargicus creatur paſtor, neque cæcus ſpeculator, neque qui die & nocte eſt clamaturus mutus.

*Qui quibus muneribus præficiendi.* *Cane.9.*

Ideo cum huiuſmodi Eccleſiæ oculi ſint, dicuntur ſicut piſcinę in Heſebon virtute, proprietate, ſcientia inſtar aquæ ſcaturientes. Sed quorſum Petro immutatum eſt nomen? diximus, vt cui noua dabatur à Deo functio, nouum etiam illi à Deo inderetur nomen, quod ipſum aptitudinem, & ut ſic dicamus idoneitatem ſignificaret Petri, ut fundamentum eſſet inclyto & cœleſti ſuper illum condendo ædificio, conſtaretque omnibus Chriſti ſapientiam ſupra firmiſſimam ædificaſſe petram, & perpetuam ut futurum erat perpetuum ædificium, non ſuper arenam, quod ipſe in hominibus damnat & ſtultos ita ædificantes appellat, in alijs autem ſignificauit mutandum cum nomine hominem ita ut quemadmodum alius appellatur, alius ſit, diceris epiſcopus, antea non dicebaris, eſto igitur quod diceris, & creditæ tibi multitudini inuigila, illius commoda cura, damna vita, iſta enim ſonant illa, Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo poſuit nos Deus eſpiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam adquiſiuit ſanguine ſuo. Diceris paſtor antea non dicebaris, eſto quod diceris, iſta ſonant illa Petri, paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, non coactè ſed ſpontaneè, neque turpis lucri gratia, &c. Sed quare dictum eſt caro & ſanguis

*Matt.7.* *Mutandus cum nomine homo.* *Act.20.* *1.Pet.5.*

non

non reuelauit tibi, ſed pater meus, &c. Imprimis vt dictorum veritas confirmaretur, & certius habere tur quod reddiderat teſtimonium. Quis enim de filio Dei certius reddere teſtimonium poterit patre Dei? Qui nouit illum, cuius verbum in eternum manet & in ſæculum ſæculi illius veritas. Etiam vt oſtenderet quam eſſet Petrus charus patri, quando myſterium myſteriorum omnium maximum reuelauit illi, vndè vtriuſq; perſonæ approbatione, vna cũ ſpiritu ſancto, data fuit ſtatim ſuprema poteſtas, reuelauit enim illi pater per ſpiritum ſanctum quis ac quantus eſſet filius. Ni enim illa addidiſſet Chriſtus infirmius credi poſſet eſſet teſtimonium etſi ueriſſimum illud ex ſe eſſet, ideo & illa addidit, vt de cœlo illud ueniſſe, eque patre luminum intelligeretur, & præpoſuit illa, caro & ſanguis non reuelauit tibi, ut non è carne rem ita excelſam & ſublimem ſupra omnium hominum naturam ortam fuiſſe intelligeremus, non enim etſi nimis ſapientes eſſent homines pœnnas illi haberent vt ſuprà cœlos ſe attolant, ſed reuelauit illi, de quo Daniel, eſt Deus in cœlo reuelans myſteria, & illud de Ioſeph, ferrum pertranſiuit animam eius. Donec veniret uerbum eius, eloquium Domini inflammauit eum, &c. Sed tanto iſtis præſtantior Petrus & Deo magis charus, quanto diuinius quod fuit illi reuelatum myſterium. Sed aduerte quod eandem habent iſta certitudinem tu es Chriſtus filius Dei uiui, & iſta tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, nam utraque non à carne & ſanguine dicta ſunt, ſed ab ipſo eodemq; Deo, priora illa de Chriſto à Patre poſteriora iſta à filio qui unum ſunt, undè utrique myſterio eadem habenda fides quando utriuſque una eſt certitudo, & utriuſq; autor unus Deus. Hinc quantopere deſipiant miſeri hæretici cõſtat, qui cũ priora illa ſe credere dicant, non credunt

*Cur dictũ caro & ſanguis.* *Pſ. 118.* *Petrus aterno patri charus.* *Iacob. 1.* *Dan. 2.* *Pſ. 104.* *Certitudo utriuſque teſtimonij diuina.* *Hereticorum inſania.*

illi, quæ de Petro à Chriſto dicuntur, cum ueritatis il le princeps ſit, quemadmodum & pater, immo ipſa
*Ioan.* 8. ueritas, ut & ille & qui ad hoc ueniſſe ſe in mundum dixit, ut teſtimonium perhiberet ueritati, dixit autem ille, & ego dico tibi, quòd tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, &c.

*Firmitas diuini ædificiis.* Tale profectò tātæq; & tam admirabilis firmitudinis eſſe oportebat ædificium fundatum à Deo ædificatum ſuper petram, & quod euertere non poſſent omnes diabolicæ machinæ, & tormēta, alioqui ſi rueret poſſet illud aut ſuo pondere & natura, aut hoſtiū arte & poteſtāte parum diſtaſſet illud ab externis ędificijs, quæ erigit humana induſtria & potentia, quæ ruiſſe omnia nouimus, ſut mēphis miracula & Babylonis labores, & quidquid mirata fuit antiquitas, du-
*Pſal.* 86. rat igitur durabitq; perpetuo ſacrum hoc excelſum & diuinum ædificium, quia fundatum à Deo, illique potiſſimum cōgruunt, & pro illo dictum quod de Solymorum urbe. Deus fundauit eam in æternum, & de huius aduerſarijs potentiſſimis alioqui, quoniam ecce Reges terrę congregati ſunt, uenerunt in unum, ipſi uidentes ſic admirati ſūnt, conturbati ſunt, tremor appræhendit eos, ibi dolores ut parturienti, in ſpiritu uehementi, conteres naues Tarſis, ſicut audiuimus ſic uidimus in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

*Felicitas in Eccleſia Romana degentium.* Quanta igitur Chriſtiani gloria populi, quanta illius ſecuritas, qui in ea ſe degere nouit regia domo arce, aut vrbe, quæ perpetuo duratura eſt, in quam portæ inferi non ſunt præualituræ? In ea naui, quæ quantumuis mare ſæuiat, naufragium non eſt paſſu-
*Expende Pſ.* 144. ra? In eo regno, quod non ſit vt Macedonum aut Perſarum, quæ iam ſunt euerſa, & quorum tantum manent nomina, ſed in regno, quod eſt omnium ſæculorum, In ea dominatione quæ eſt à generatione in

generatio-

generationem? Sed diuini amoris expendenda uis eſt, qui non contentus Petro conceſſa poteſtate, neq. quod illa in commune populi beneficium gauderent ſemper illius ſucceſſores, ſacerdotes eſſe apud nos uolunt, mira etiam uirtute gaudentes, uolunt inquam apud nos eſſe & ex nobis Heliſeos, qui noſtram lepram mundent, ſine hoc q; in peregrina loca petamus, ut fecit Naaman Syrus ad quærendos illos. Sunt apud nos medici noſtrorum morborum, ſint iudices qui noſtras cauſas examinent, iudicent, ſententiam ferant, damnent, aut abſoluant, ſint qui uincula ſoluant, quibus nosmetipſos peccantes ligamus, ſint qui cœlos nobis aperiant, quos noſtræ occluſere culpæ. O nos beatos, ſi tantis, ut par eſt, beneficij, immenſas pro illis gratias Deo agentes fuerimus uſi in gratia, ut perenni potiamur gloria.

*Sacerdotũ admirãda poteſtas.*

*4. Reg. 5*

## *SALVTATIO.*

*Optauit Chriſtus ſuauiſſimus & doctrina, & exemplo tantam in ſuis parandarum animarum cupiditatem gignere vt fatigatus ex itinere pro laboris, & fatigationis refocillatione, de paranda unius mulierculæ anima agat, agit autem uerbo ſuo illam inſtruendo, ut doceat uerbo Euangelico ſuo parandas illas eſſe, nos & ſi indigni illius imitatores facti, de parandis illis agimus verbo ſuo, precemur ut uirginis interceſſione ſuam nobis gratiam concedat ut optatis potiamur. Aue Maria.*

## THEMA.

Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic.

NIHIL à Chriſto optimo maximo dicitur aut fit, quod non ingentem pariat admirationem viro conſiderato, & ſapienti. Sed quæ hodiæ & dicũtur & fiunt ſupra omnem admirationem ſunt.
Mat.11 Quis imprimis miretur cum audiat, qđ fatigatus ex itinere ſedebat. Quomodo enim credet & quietem, & refocillationem dare poſſe laborantibus & fatigatis qui fatigatur? & tamen inuitauit ille illos, dicens, venite ad me omnes qui labora-
Luc.9. tis & onerati eſtis. & ego reficiam vos. Eo iſta fiunt modo quo alia non minus mirabilia iſtis. Quomodo de eo qui ita fuit pauper, ut de vulpibus & volucribus dixerit, vulpes foueas habent & uolucres cœli nidos,
2.Cor.6 filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Dixit Paulus quod nos locupletabatur, fatigatur igitur ille, ut nos quiete gaudeamus, egenus fit vt nos illius inopia faciat diuites, & hoc eſt quod nobis ſummæ debet eſſe admirationi, nam quod qui pauper eſt alicuius amore & pro illius commoditate pauperior fiat, & qui laborator eſt, magis laboret ut qui diligit quieſcat, dignum quidem eſt admiratione gra-
1.Re. 2. titudine, & euenit id rariſſime. Quotus enim quiſque adhuc & liberos ſuos ita diligat ut laboret ut
Ph.4. quieſcant illi? aut inops magis fiat ut illi fiant diuites? At quod ille cuius ſunt cœli & terra & plenitudo eius, & qui pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat, cuius tam ſunt innumerabiles diuitiæ, ut

inueſtigabiles illas dixerit eſſe Paulus, is egenus fiat *1.Cor.8*
ut nos faciat diuites, hoc & cœlites, & terreſtres non
admiratione afficit. ſed ſtupore, nouit qui ita loqu-
tus eſt magni habens huiuſmodi excellens benefi-
cium, ſcitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti qui
propter vos egenus factus eſt cum diues eſſet vt il- *1.Cor.4*
lius inopia vos diuties eſſetis , uerbi expende &
quam diuites nos illius fecerit inopia mirare.
In omnibus diuites facti eſtis,
Iam diuites facti eſtis.

Quod is per quem quieſcunt omnia quæ in terris
ſunt, & rerum omnium quies eſt, is laboret, & fatige
tur, vt à labore liberet & quieſcas hoc ita rarum *Pſal.65*
eſt & mirabile ut mirabilibus ab illo factis merito
poſſet aſcribi. Nam conuertere mare in aridam, &
facere ut ſui, flumina tranſeant ſicco pede, id impe- *Pſal.92*
rio fecit non laborando, ſed quod proprio id fiat
labore hoc & magis charum illi & nobis magis glo
rioſum quos tanti habuit & amauit. Sed unde
illi venerit fatigatio oportet intelligamus: Solent *Vnde*
enim humani principes fatigati ex nocturna & *euenerit*
diurna uenatione, & rebus his ſimilibus, ita ut *Chriſto*
cogantur hi ſedere ad fluminis ripas, aut ad ſcatu- *fatiga-*
tientium fontium margines, ex itine, inquit Euange *tio.*
liſta, at quorſum iter ille carpſit, aut quare pedes ? ut
animas venaretur, hæc illius uenatio eſt & res ſunt
illius uenatione dignæ quia præcioſiſſimæ ſunt,
quia non niſi ab ipſo venari poſſunt, & pedes in-
ceſſit, qui ſuper pœnnas uentorum ambulat, & *Pſ.103.*
ponit nubem aſcenſum ſuum ut maior eſſet ini-
tus labor, ut in nihilo ſibi uideretur indulgere ex *Exem-*
his quæ ad animorum ſalutem ſpectant, & in prò- *plum*
priam demiſſionem & illorum exemplum quos mo- *Chriſti.*
ribus ille & doctrina ad ſimilia inſtruebat, ut paran-
darum animarum illos incenderet cupiditate, & ut
pro illarum lucro & quiete ſibi ipſis exẽplo magiſtri

*Exẽplo Chriſti excitati Apoſtoli* non parcerent, ſed itinera carperent & fatigarentur. Huiuſmodi enim ſacra exempla ita diſcipulorũ animis inſederunt, ut longiſſima poſtea illi itinera pro animarum ſalute carperẽt, in Hiſpaniam Iacob. in Indos Thomas & Bartholomeus, &c. Et innumeris illi laboribus fatigati non defecerint, ſed extinctus eſt in nobis diuinus hic ignis, & parandarũ animarum cupiditas. *Ignis caritatis in multis extinctus.* impuris alijs & deiectis cupiditatibus ſuperata, nobis ipſis indulgemus, otio uacamus, labores fugimus, laborent animæ dummodo à labore ſint corpora noſtra libera, irrequietæ ſint ille, dũ corpora noſtra quieſcant, itinera illa carpant tenebrarum, dummodo nos non acingamus itineri. Non magis nos illorum mala tangunt quam ſi animæ nõ eſſent, aut nos exanimes eſſemus, & quod magis mirum eſt faciunt id qui conducti ſunt & non exigua mercede ab illis ipſis animis, ut pro illis illarumq; ſalute commoditate & quiete laborent, & itinera carpant, ita quod non ta ntum, quia charæ illæ erãt Deo, & ab illo illis commendatæ, tenentur laborare, ſed quia conducti. Veriſſima illa ſunt Pauli, & humanæ & diuinæ conſona rationi, & ſi excelſiori ille prædi-
*1. Co. 4.* tus animo alia fuerit ingreſſus (ut ipſe docet) uia,
*Theſ. 2.* memores eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis,
*6. & 5.* nocte & die operantes, neque ueſtrum grauaremus,
*1. The. 5* prædicauimus in uobis Euangelium Dei. Sed ſunt
*1. Co. 9.* vt diximus ueriſſima, quis militat ſuis ſtipendijs vn
*2. Ti. 2.* quam? quis paſcit Gregem & de lacte gregis non mã
*1. Co. 9.* ducat? Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus magnũ eſt ſi nos carnalia ueſtra metamus, Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altario deſeruiunt cum altario participant, ita
*Galat. 6* & dñs ordinauit ijs, qui Euãgelio annunciant de Euãgelio uiuere, cõicat is qui cathechizatur uerbo ei q̃ ſe cathechizat in omnibus bonis, & his ſimilia habes 1. Theſ. 5 6. & 1. ad Thim. 5. c. & 2. ad Thim. 21. b. &

Heb,

Heb.13.b.in quib.omnib.apertiſſimam uides propoſitam fatigationem, militandi, paſcendi, ſeminandi, cathechizandi,prædicandi, & cum Chriſtus ſuos inſtruebat dixit dignus eſt operarius mercede ſua, non dixit ſibi indulgens,opus recuſans,otio uacans,ſed operarius. Magnus Gregorius & uigilantiſſimus paſtor, Quid nos ô paſtores agimus quando mercedẽ cõſequimur,& tñ operarij nequaquã ſumus? fructus quippe ſanctæ eccleſiæ in ſtipendio quotidiano percipimus,ſed tñ pro æterna eccleſia minime in prædicatione laboramus, Penſemus cuius damnationis ſit,ſine labore percipere mercedem laboris, ecce ex oblationibus fidelium uiuimus,ſed quid pro animab.laboramus. Sed nos, iam in noſmetipſos oculos conuertamus, & qui quodammodo in alios rigidiſſimus, id grauitate negotij exigente, in noſmetipſos nõ ſumus remiſſi, & in noſtrarum animarum commodis torpentes,pro quibus fatigatus eſt Chriſtus, quorum ille quietem propia fatigatione curauit? Planè noſtram, in perpetuo fuiſſemus labore, ni ſua ille fatigatione curaſſet illum. Quid igitur nos in tanti beneficij memoriam & gratitudinem præſtamus, aut in quibus nos pro illius nominis gloria, & noſtrarum animarum ſalute,quæ ita fuit illi chara,laboramus, ad fatigationem uſque? Cum tamen certiſſima iſta ſint vnuſquiſque propriam mercedem accipit ſecundum ſuum laborem. O glorioſum dierum & qui merito dicere potuit, eſtote imitatores mei, ſicut ego Chriſti. Audi quid dicat in labore & ęrumna, in uigilijs multis, in fame & ſiti in frigore & nuditate pręter illa quę extrinſecus ſunt inſtãtia mea quotidiana,ſollicitudo oĩum eccleſiarũ,&c.in laborib.plurimis,in carcerib.abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, gratia eius in me uacua non fuit, ſed abundantius illis omnib. laboraui, & ut laborent ſuos hortatur,in omnibus labora,opus fac euãgeliſtę, miniſte-

*Luc.10.* *D.Greg.* *In nos cõuertamus oculos.* *1.Cor.3* *1.Cor.3.* *1.Co.11* *1.Co.15*

*2.Tibi.1* miniſterium tuum imple, nunc autem multi laſſa-
mur quidem,ſed in uia iniquitatis & perditionis, in
*Sap.5.* vijs illis ſalebroſis & difficilibus.

Chriſti quanta fuerit fatigatio oſtendunt plane quod ſederit ille,impulſus, omnino neceſſitate ſedit. Nam & æſtum & famem & fatigationem ex itinere, quia uerus ille homo erat, patiebatur, noſtræ ſeſſiones non ſemper labores pro Chriſti gloria ſumptos & animarum ſalute indicant. Quauis de cauſa ſedemus & vacamus, nobiſq; indulgemus. Inſtruxit etiã

*Doctrina ex exemplo.* hoc exemplo ſuos Chriſtus qui innumera & grauiſſima illa una eademq; re ſemper docet,ut ex accubitu in domo Phariſæi,quod non eſſet acceptor perſo-
*Luc.7.* rum, quod Doctorum conuiuia, doctrina ſunt com-
*Ioan. 6.* penſanda. Exſaturata paucis panibus multitudine,
*Pſa 83.* quod miſericordia in pauperes hilaris futura ſit,facilis, abundans, & quod inquirentes dominum non mi
*Matt.8* nuentur omni bono.Ex ſuſcitato Centurionis puero diuina uirtus, & q̃uo adſit ille afflictis, & humilium preces exaudiat,vitæque & mortis ſit dominus, ita & hoc opere unum illud cum ſit & prædicta docuit,& q̃ dici poſſint innumera. Docuit igitur inter multa illa, licere ſuis ex initis pro nominis illius manifeſtatione

*Labores opportune reqe moderandi.* & animarum ſalute laboribus aliquando quieſcere, ceſſare,& honeſtas corpori & animo capere recreationes,ideò ſedens ille, iuxta fontem ſedet, huius enim pietas non ad ſuos tantum, ſed ad iumenta in ſuorũ vſus creata extenſa eſt, quæ ſignatis temporibus ut à
*Exod.16* labore ſint libera iubet. Septimus dies ſabbati eſt,i.
*& 30.et* requies domini Dei tui, non facies in eo quidquãm
*Deut.5.* operis tu & filius tuus & filia ſeruus, & ancilla, bos aſinus & omne iumentum tuum. Nouit horum vacationes eo ab illis capiendas animo ut ardẽtius poſtea, & maiori cum virtute labori valeant incumbere, ſed ne labore ſuccumbant, quieſcit quodãmodo ille ſuorum quiete, & grati eo modo ſunt illi cũ hoc animo

quieſcunt, quam cum laborant. Et benedixerunt Deũ Patrum ſuorum qui dedit illis remiſſionem & refrigerium, ut aſcenderent & ædificarent templum. *3. Re. 4.*

Et de ſe ipſo Paulus ita loquitur, Dedit dominus miſericordiam Ouiſiphori domui, quia ſæpe refrigerauit me. Vt ueniam ad uos in gaudio per uoluntatẽ Dei ut refrigerer, uobiſcum. Sed iam quid faciat ille cum ſedet, cum quieſcet expende, ut ſcias quales ſint tibi futurę quietes, & quomodo ille à labore quieſcat. Sed imprimis expendamus illa, quæ non ſine magno ſcripta ſunt myſterio, & illo modo ſcripta. Hora erat quaſi ſexta, ut ſcias quod diuinus noſter Iacob ſuarũ ouium amore & ſi ſumme ille erat delicatus, non æſtum non frigus, non famem, non laboris genus aliud recuſat, ſed pedes, & fruenti ſole pergit animarum ſalutem inueſtigaturus. *2. Thi. 1* *Rom. 15.* *Expẽde.* *Gen. 31.*

Expendamus etiam, quam ſint ueritatis amicæ diuinæ litteræ, quia nondum hora erat ſexta cum tamẽ quaſi ſexta hora eſſet, ita loquitur, hora erat quaſi ſexta & hac phraſi dicendi multoties alibi ſunt uſi, ut ſciant quam ſit Deus qui ueritas eſt ueritatis amicus, & inimicus mendacii. Diſcuebuerunt uiri numero quaſi quinque millia. Erant lapideæ ſex hydriæ capientes ſingulę metretas binas uel ternas, Manſit autem Maria cum illis quaſi menſibus tribus, & ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, erat Bethania iuxta Hieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim. *Diuinę litteræ ueritatis amiciſſimæ.* *Ioan 6.* *Mar. 8.* *Ioan. 2.* *Luc. 1.* *Luc. 3.* *Ioãn. 11*

Veritas & à prophanis magni habita, mendacium & ab illis ipſis deteſtatum. Duo ſunt opera ſapientis vnum eſt non mentiri de quibus nouit, aliud mentiẽtem poſſe manifeſtare, & aliud ſimplex ueritatis oratio eſt, nec uariatum opus habet interpretationum, iniquus autem ſermo ęgrotans in ſeipſum medicaminum opus habet ſapientium, mendaciũ illiberale eſt, ueritas generoſa. Venit aũt mulier de Samaria haurire aquã. Non diſplicet illi qui ut ſiti ſuccurrãt hauſtũ *Veritas & a prophanis magni habita.* *Ariſt. 1. Elench.* *Euripid.*

uadunt

*Text.* uadunt aquam, neque qui quęſitum panes ut ſuccur
*Cura re* rant fami, neque qui neceſſitatum omnium quas pa
*rum ne-* tiuntur, remedia curant opportuna, paratum cibos
*ceſſariā* fuerant diſcipuli, hauſtum aquam ueniebat mulier
*grata* de Samaria Diſplicent illi qui non ut neceſſitate, ſed
*Deo.* ut gulę inſeruiant nulli parcunt ſumptui, quorū Deus
*Phil. 3.* uenter eſt. Quos audire cuperem. Ciceronis illa, ut
qui metu ſalutis animę non abſtinent, metu ſalutis
*Cicero* corporis, quod ita uehementer amant abſtineant.
*pro Mar* Vitium uentris & gutturis non ſolum minuit ętatem
*celio, Gre* ſed aufert, Vnde egregie Gregorius, gulę uitio reciſo,
*go.* multa ſimul uitia ſubiugantur, & iterum, gula, innumera
uitiorum agmina ad animę conflictum producit.
*Pſa. 46.* Sed mirare rogo quod cum ita magnus ſit, ut ma
*& 112.* gnitudinis illius non ſit finis, ita excelſus ut ſuper cę-
*Chriſti* los illius ſit gloria excelſa, non dedignatur mulierem
*in oēs hu* alloqui vulgariſſimam, mulierem lagenam pottan-
*manitas* tem, & ad hauriendam aquam uenientem? Huius
*Chriſti* ſupremi ingenij imitatores ſunt illi, qui & ſi populo
*imitato-* pręlati & maiores habeantur, omnium ſalutem ſitien
*res qui* tes, nullum de quo illa ſperatur ſuo conſpecto allo-
*ſint.* quio cenſent indignum. Sed quid nam illa eſt Mu-
*Gen. 1.* lier? non ne & hęc factura illius eſt, faciamus ei adiutorium
ſimile ſibi, non ne uera illa ſunt in quibus illius
maxime in menſa bonitas manifeſtatur, quoniā
*Sapiē. 6.* puſillum, & magnum ipſe fecit & ęqualiter eſt illi cu
ra de omnibus, non ne & nobis exemplum ille in om
nibus dabat ut illius ueſtigia ſequeremur? Et ideo di-
uino ſuo illam dignatus eſt alloquio, ut nullius neq;
genus, neque conditionem, nos noſtro prę faſtu dedi-
gnaremur alloquio. Quę nam hęc erat mulier, non
*1. Thi. 1.* ne peccatrix illa erat? Quętebat autem ille pecca-
tores, qui auri pretium nouit è luto eleuat illud, vnio-
*Similiū* nem ex puluere, qui medicus eſt nullius conditionis
*uim ex-* homines infirmum & ſua indigentem opera aſperna-
*pende.* tur, ſed quāto humilior es & illius ope maxime indi-

ges

ges,& ipſe præſtantior eſt,& gratius curat, tanto il- *Mat. 9.*
le laudabilior,& de patre erga minimum filium labo
rantem,ducem erga militem, dominum erga ſeruũ,
paſtorem erga ouiculam ſcabie infectam, par eſt
laus, qui tanto magis laudantur quanto ad minora ſe
dimittunt, & omnium curam habent nullo contem-
pto,ſed quanta ſit illius humanitas & benignitas mi-
rentur & Angeli, ipſe colloquium exorditur,ipſe an *Expēde*
ſam ſaluandæ quærit fœminæ, ipſe petit, & ut petat *adoran-*
illa ſummorum ipſe beneficiorum largitor,docet.ip- *dā Chri*
ſe à re præſenti ſumit argumentum, vt prodeſſe poſ *ſti clemē*
ſit illi,ut alibi facit ſæpiſſime. Nihil fere vnquam *tiam.*
facit ex quo ſtatim ſalutarem doctrinæ ſuccum non *Luc. 7.*
elicuerit, ut illius ſaluandarum animarum cupidita- *Ioan. 13*
tem mireris,& ab illo ſimilia facere diſcas, & quam
ſit illi gratum inſtruendi & docēdi munus intelligas,
tranſituſque facere ſcias, à re uiſibili ad inuiſibilia,à
corporali ad ſpiritualia, ut feciſſe illum uides ex cor *Vtilis do*
porali aqua ad ſpiritualem, ſunt acceptiſſimi illi hu *ctrina.*
iuſmodi aſcenſus, & ut ſic dicam uolatus, ę ſolo ad
cœlum,ex corpore, ad animum,capiunturque animę
hoc ſalutari laqueo & cupida induſtria. Admirare
colloquij exordium ab illo inceptum, qui ſumma ſa-
pientia eſt, da mihi bibere. Et fortaſſe externum *Sitis*
ille ſitiebat potum præ æſtu & progreſſu diei, & iti- *Chriſti*
neris fatigatione, ſed celſior ſitis quæ uehemens erat *quæ po-*
ſemper in illo ſalutis animarum ita hanc ſitim excel *tiſſimũ*
lebat, vt illius quodammodo obliuiſceretur, euenit *fuerit.*
quidem & in ſuis id ſæpiſſime, ut & potus & cibi o-
bliuiſcantur illi, vt animæ alicuius ſaluti conſulant,
& ut hæc ſitis obliuiſci etiam faciat illis ſitis parãdæ
rei,nominis, honoris & rerum aliarum quas in pretio
habet mundus.Non ne innumera Pauli teſtimonia ſo *2.Co.12*
nant iſta,non quæro quod mihi vtile eſt, ſed qđ mul *c.1.Co.9*
tis ut ſalui fiant,paratus ſum uenire ad uos & nõ ero *1.Co.10*
vobis grauis, nõ quæro quæ ueſtra ſunt,ſed uos,neq;

enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ne-
que in occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt, neque quę
rentes ab hominibus gloriam, neq; à uobis, neque ab
alijs. Nullius aurum aut veſtem cõcupiui ſicut ſcitis.
*Act.* 20. Quæ nam tam extinctæ in Paulo rerum externa-
*Extictæ* rum ſitis cauſa fuit? Omnino interna, & quam habe-
*in Paulo* bat ille parandarum animarum, non ita ardentem ſi-
*rerũ ter* tim frigidæ ſedat potus, vt rerum externarum ſitim,
*renarum* ſitis internarum, & æternarum. Sed potentem mirari
*ſitis quę* licet largitorem omnium, & aquam petentem, qui pa
*ſit ratio.* rat terræ pluuiam, ſed petit ut donet ille, non poteſt
*Pſ.* 146. ſui obliuiſci. Et ut ad petendum maiora inuitet, &
quoties quid petit hoc animo petit.
*Prou.* 13. Prebe filij mihi cor tuum, ut mille id donis ditem,
ut me illud inhabitante, mecum illi ueniant bona om
*Expẽde.* nia, ut ſedes ſit illud ſapientiæ diuini ſpiritus domici
lium ut theſauri in illo cœleſtes reponantur, ut pella-
tur ab illo omnis mœror & nubila omnia, petit igitur
*Chriſtus* vt det, qui ita ad largiendum eſt propenſus, ut hoc
*petit ut* illius munus, qui autem effecit nos in hoc ipſum,
*donet.* Deus qui dedit nobis pignus ſpiritus &c. Aſcendens
2. *Cor.* 5 in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona
*Ephe.* 4. hominibus &c. Qui dilexit nos, & dedit conſolatio-
2. *The.* 2 nem æternam, & ſpem bonam in gratia exhortetur
corda ueſtra, &c. Et ut unico verbo indicibilem eius
liberalitatem miremur, qui dedit ſemetipſum pro no
*Gala.* 1. bis &c. Dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, &c.
Donum enim hoc omnia cœli & terræ, dona excel-
lit, illius enim illa factura ſunt, ille autem creator
omnium dominus, & auctor, cum immenſa hac libe-
ralitate, & prorſus diuina effuſione parciſſima fuit
omnium liberalitas Cæſarum. Qui igitur ita ſum-
*Vide &* mus eſt bonorum oĩum largitor petit, & petit aquam,
*expende* petit autem, ut dandi habeat ille occaſionem, vilia pe
*petendi* tit ut det prętioſa, communia ut det rara, humana, ut
*modum.* det diuina & à quocunque petit quod habet & daré
ille

ille poteſt, non enim gemmam, non argentum, aut aurum, petit à non habente, ſed aquam ab eo qui plu ra non poteſt largiri. Diſcipuli abierant in ciuitatem ut cibos emerent, non enim rugi illos paſcebat miraculo ut pauit ſemel & iterum multitudinem, neq; de- *Pſ.* 104.
eſſe illis in hoc euentu paſſus eſt pecuniam, quia apud extraneos agebant, ut reſcirent Diſcipuli precio cum oporteret parare neceſſaria. Neque ab illo ſine neceſſitate ſpectare miracula poſt illius in cœlos aſcenſum, qui neque ſibi ipſi, neque illis, uitam cum illis in terris agenti, miraculo conſulere uoluiſſet, cum pecu nię ſubſidium adeſſet, ut noſcamus etiam gratam il- *Vſus pe-*
li eſſe pecuniæ in rebus neceſſarijs in ſumptionem, & *cunię*
ſine quibus ſeruari nequit uita ut in cibo moderato *Deo gra*
& ſobrio potu, & hunc potiſſimũ eſſe pecuniæ uſum *tus.*
fuiſſeque illam non ſine cœli conſilio ad id inſtitutã, quia refrixerat charitas. Quæ autem in rebus ſuperfluis ſiue ad cultum corporis, ſiue pabulum inſumuntur nequaquam illi gratæ ſunt, quia moderationis in omnibus ſumme eſt ille amicus. Tu conſidera quis *Deus mo*
eſſet comeſturus. qui illius aſſeſſuri menſæ, & quibus *deratio-*
indignas diceres cœleſtes dapes, ad emendos profe- *nis ami-*
ctos fuiſſe cibos audis, qui non poterant nõ eſſe uul *cus.*
gares quia inopes erant illi & paucisſimis contenti, & ex tempore quæſiti cibi, quàm autem exigua cura *Iuſti ſibi*
commeatus illi tenerentur; grauioribus negotijs in- *nõ indul*
tenti explicant illa, diſcipuli eius abierunt in ciuita- *gent.*
tem ut cibos emerent. Sed quid interim ille agat, & uidimus, & ut amplius uideamus oportet, illi profecti ſunt cibos humanos quæſitum, res Apoſtolica digna cura, ut & illius ſacer paſcatur magiſter & paſcãtur illi, Chriſtus oblatum aut potius adductum ab illo *Chriſti*
ſpiritualem parat cibum, ſemper maiora meditans, *cibum.*
nunquam à negotio deſiſtens, ad quod peragendum venerat, hoc modo à fatigatione quieſcens, magis enim iſta faciens quieſcebat quam quieſcebat apta

*Text.* iuxta fontem ſeſſione. Dicit ergo ei mulier illa Sama
ritana, quomodo Iudæus cum ſis bibere à me poſcis
quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur
Iudæi Samaritanis, &c. Videbatur omnino mulieri
ex admiranda quæ in illius uultu elucebat modeſtia
magnus ille eſſe legis obſeruator, & mirabatur cum
omne eſſet Iudæis prohibitum cum Samaritanis cō-
mercium, quia & illorum nomen apud illos infame
*Ioan* 8. erat, unde & in Chriſtum dixere, nōnè benedicimus
nos, quia Samaritanus es? quomodo fuiſſet illā ſuo
dignatus alloquio, & ab illa aquam petijſſet, illi enim
*Mat.* 23 ruthæ & cumini decimatores odio, liuore, ſuperbia,
*et Lu.* 11. cupiditate infecti ſordes iſtas non uitantes eloquio
ſe Samaritanorum inquinari dicebant, idq; omni co
natu uitabant. Chriſtus capta iam quam optabat ex
*Text.* mulieris uerbis occaſione reſpondit, & dixit ei, ſi ſci
res donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi: da mihi bi-
*Modus* bere tu forſan petijſſes ab eo & dediſſet tibi aquam
*in docen* uiuam. Vide ut ſenſim manu ducat in maiora mulie
*do ſeruā* rem. docet magnus magiſtrorum magiſter, hunc eſſe
*dus.* ſeruandum in tradenda doctrina modū, ſenſim enim
*Expende* in anguſti orificij uaſa aquam infundimus, nè ſemel
*quā ſint* infuſa reſpuatur & effundatur, & infantes ſuos lactè
*certa* nutrit magnus Apoſtolus Paulus non ſolido cibo, do
*quæ ſimi* centque id naturæ fere res omnes, non enim Aquila
*lia do-* primo uolatu pullos ſuos attollit in cœlos, ſed paula-
*cent.* tim illos de terra extollit, neque qui natandi artem
1. *Cor.* 3. norunt ſtatim diſcipulos in flumina profunda ducūt,
*& Heb.* ſed in eaq; uix talos attingunt, neque tenero iumen
5. *&* 1. to & inſueto oneri grauiſſimum ſubito imponitur
*Petr.* 2. onus. Id exemplo docet proprio, modi & ordinis au-
*Text.* ctor, & amator. Dicit ei mulier, Domine neque in
*Typus* quo haurias habes, & puteus altus eſt, unde ergo ha-
*humanæ* bes aquam uiuam? expende mulieris argutiam, quæ
*ſapiētię.* humanæ ſapiētiæ typus eſt, quę cum maiora neſciat,
ſtatim impoſſibilia cenſet quæ illa non capit, & quę

humanis

humanis modis, & uiribus non fiunt. Raræ quidem ſunt fœminæ in quibus ingenium deſit facilè & argutum, & ſermo non indecens ad reſpondendum, utinam omnes ingenij ſui acie utantur eo quo Rebeca modo, quæ ſua induſtria benemerito filio Iacob benedictionem uenata eſt paternam, dum uenatum profectus fuit Eſau, aut quo Iahel, quæ populi ſui inimico & uexatori Siſaræ aquam petenti, lactis potum propinauit ut ſomno ſopiretur ille, & illo clauo tranſfixo, ſalute & libertate gauderet populus, uterenturque ingenio & lingua eo quo Abigail vſa eſt modo quæ incenſum Dauidis pectus ſermone ſedauit & ſe uirumq; ſuum & familiam ab illius vindicta eripuit, aut quo mulier iſta quæ quod difficilè ſibi uidetur ut obijcit inter reſpondendum Chriſto, neq; inſulſe quidem aut importunè ſed ſapienter & grauiter. Sed diximus humanæ illã ſapientiæ fuiſſe Typum quæ ſtatim impoſſibilia, & iudicat & dicit quæ ſtrictis ab illa cogitatis aut inuentis modis non fiunt. Obijcit iſta tim, puteus altus eſt neq; in quo hauiias habes uides quæ fœmina loquuta eſt, ignara potentiæ & ſapientiæ illius quo cum loqueretur? An neſcis ignara ſapiõtiæ, quod non ſunt uiæ Dei ſicut uiæ hoĩs? Quod numerari non poteſt numero carens ſapientia illius, neq; metiri põt quæ ſine fine eſt magnitudo, neq; vllis arctari terminis oĩpotentia, cur igitur anguſto tuo cyatho exhauriri uis maris abyſſos, & manu cœlorũ tangere culmina? Audi Prophetam quis aſcendit in cœlum, & accipit eam & eduxit eã de nubibus? quis transfretauit mare & inuenit illam? nõ eſt qui poſſit ſcire uias eius. Colubri prudentia eſſet indignũ cenſere nihil ſe à terra poſſe tollere quia ſerpit humi ipſe, ſerpit quidẽ ille, ſed uolant colũbę, uolant accipitres, & cunctis celſius uolat aquila, ita ut percipi oculis illa non poſſit, ſine nauigijs non poſſe tranari maria humana cenſebat ſapientia at conuertit diuina, mare

*Fœminarũ ingenium.*
*Gen. 21.*
*Gen. 27.*
*Iud. 4.*
*1. Re. 25*
*Text.*
*Pſ. 146.*
*Pſal. 98*
*Pſal. 144*
*Baruc 4.*
*Expẽde.*
*Pſal. 65*

in aridam,& tranſierunt filij Iſrael per ſiccum in me dio eius,ſine bombardis & ariete crebro æquari ſolo

*Ioſ.6.* mœnia non poſſe cenſet humana ſapientia,.& tubarum crebro ſonitu corruere Hierico illa. Quin & op poſitis ſæpe humanæ ſapientiæ modis operatur ille multa,ut ſtulta reddatur,illa ut ſapiens fiat, ac ita ſi

*1.Co.1.* placuiſſet illi & ſi puteus altus eſſet & ex quo mulieris iudicio non haberet in quo hauriret aquam, potuiſſet dare uiuam, ſed non de terrena & quæ in terræ uenis latet loquebatur ille,non enim magnum eſt dare illum quod terra dare poteſt & ex illa manat, ſed de diuina cuius ille dicitur fons & quæ fluit tan-

*Eccle.1.* tum impetu ex cœleſti Libano, ſed uide odoratur iã

*Cant.4.* maiora mulier.Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob qui dedit nobis puteum & ipſe ex eo bibit,& filij

*Text.* eius & pecora eius? Egregium quidem eſt & laude dignum ea inſignia in communes uſus quempiam dũ

*Duratio nõis grata Deo.* uiuit opera edere, in quibus illius nomen perpetuo duret,ſed illa magis egregia ſunt quę bonis ſcaturiũt quibus miſerorum ſedatur ſitis, aut fames, morbus

*Humana uita miſeriarũ fons.* pellitur aut humanæ uitæ incommodis alijs ſuccurritur, nam quemadmodum humana uita fons eſt incommodis iſtis & miſerijs perpetuo manans,ita fontes alios eſſe oportet bonis & cõmodis perpetuo manantes ut habeant calamitates illæ & miſeriæ remedia quibus illis ſuccurratur. Vt omnino ſunt fontes bonis ſcaturientes in captiuorum libertatem, in curationem infirmorum, in deſtitutorum pupillorum ſub

*Fontes clemẽtiæ* ſidium,in puellarum pauperum nuptui traditionem, & his ſimilia,quæ merito auctorum ſuorum nomina retinent,ut retinet fons Iacob.

*Text.* Reſpondit Ieſus, & dixit ei, oĩs qui bibit ex aqua hac ſitiet iterum, ſed qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei,non ſitiet in æternũ, ſed fiet in eo fons aquę ſalientis in uitam æternam. Nihil ex terræ unquam fontibus manauit qđ ſitim extinxerit quinimo mul-

ta in illa ſunt quæ ſitim epota augent, & quæ quo plus bibuntur hoc ſitiuntur magis, non quia illa digna ſiti ſunt, ſed hominum infirmitas huius eſt cauſa moleſtæ ſitis, ſouant iſta & teſtimonia multa ſacra etiam & profana, tam eſt enim huiuſce rei ueritas manifeſta, ut & humanæ literæ quę diuinarum literarum comparatione ſtultæ ſunt & infimæ attigerint illam. *Sitis varia.*

Et bibent ſitientes diuitias eius, nō ſatiabitur oculus cupidi, unde harum rerum optimè cognitā natura & quam ſint illæ ad ſedandam famem, & ſitim inſufficientes, Propheta dixit, quare aſſumitis argentum, & non in panibus, & laborem ueſtrum & non in ſaturitate? Et in hac ſiti fameque laborantes illā eiuſdē prophetæ ſunt, canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem, pro humanis teſtimonijs innumeris omiſſis illud nobis abunde ſufficiat Ciceronis, qui poſt habitum ſermonem de rebus mundo pretioſis probans illa bona non eſſe dixit? Ego non opes, neq; tecta magnifica laudo quia rebus his circumfluentes ea maximè deſiderare uideo, quibus abundant, neque expletur neque ſatiatur cupiditatis ſitis. Quod unicè ſitim ſedat, diuini ſpiritus aqua eſt. Refrigerat ille animum & omnem indignum ęſtum tollit, euellit cupiditatis radicem, nihili ducere facit inanes honores, facit homines nil admirari (ut ille dixit) & hac infirmorum ſedata ſiti, aliam excitat Chriſtiano dignam uiro, quæ non fatigat, non moleſtat, ſed recreat, refrigerat, exhilarat, & illa affectos reddit beatos, beati q eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, concupiuit aīa mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tpe, portio mea Dñe dixi cuſtodire legē tuam, ſitiuit anima mea ad fontē uiuū, ſitiuit aīa mea ad te Deus, ſitiuit in te aīa mea. Hac ſiti recreatos inuitat Proph. ſitiētes uenite ad aquas, &c. Et his illa promittunt qđ non eſurient, neq; ſitient in futura uita ad q̄ diuina nos pietas perducat.

*Iob. 5. Eccl. 14. Eſai. 55. Eſai 66. Cicer. Sitim quid ſedet. Sitis quæ recreat. Mat. 5. Pſal. 118 Pſal. 61. Pſal. 41. Eccl. 24 Eſai. 55. Apoc. 7.*

## *SALVTATIO.*

*Qui corpora, quę animi mancipia ſunt, tanta tamque clementi liberalitate hodie alit hordeaceo pane, paſcat animos Euangelico precemur ut ilium hodie nobis tribuat, qui tribuit hordeaceum Apoſtolis, ut diſtribuendo omnibus quantum uelint, animarum fami conſulatur, utque contingat id in omnibus uirginis puriſſimæ interceſſione. Aue Maria.*

## THEMA.

Abijt Ieſus trans mare Tyberiadis. Ioann. 9.

*Cũcta deſiderabilia in Chriſto. Pſal. 44. Cant. 5.* MIRA clementia Ieſu, in quo innumera erant, quæ homines allicerent, nihil omnino, quod alienaret. Erat ille ſpecioſus prę filijs hominum, erat diffuſa gratia in labijs illius, erant illius manus tornatiles, aureæ, plenæ hiacinthis, erat deniq; totus deſiderabilis, erat ſimplicium & candidorum animorum cœleſtis magnes, atque ideo ſequebatur eum multitudo magna, neq; multitudo magna tantum ſed mundus totus poſt illum abibat, di-
*Ioan. 12.* gniſſimè quidem fiebat ab illis, ſed non carebat ſua
*Ioan. 18.* laude illorum ſtudium, qui non contenti in ſinagogis ſuis

ſuis audire illum, audire & in plateis, proprijs ædibus relictis, proprij comeatus obliti una cum uxoribus & filijs ſequebantur Chriſtum, o felices familias ſimiles iſtis, in quibus tota ſequitur domus Chriſtum, ſequentes parentes, filij, filiæ, matres, pendentes omnes ab illo. Hęc generatio rectorum dicitur, cui ſuam promittit Deus benedictionem, præſtant iſta omnino parentes cum illi Chriſtum ſequuntur, inflammãt illos amore quo illi ardent in Chriſtum, & exemplo & doctrina erudiunt illos. ſunt enim iſta magnæ apud filios auctoritatis, ęquè floribus illis mel cõficiunt apiculæ iſtæ, & ſe mollis illa maſſa ad parentis exemplũ format, durantque in vaſe illo recenti qui mittuntur liquores, & illorum odor, & quæ primo ſcripta ſunt in candida illa papyro non obliterantur, neque quæ in raſa illa pinguntur tabula non obſcurantur.

*Luc. 4*

*Felicitas familia.*

*Pſal. 111. & 13. & 23.*

*Doctrina efficax parentum exẽplum.*

*Similia pulchra.*

Similes illi ſunt pannis qui ex tincta texuntur lana qui imbibitum nunquam deponunt colorem, ſunt huiuſmodi filij patribus gloriæ, cognationi honori, patriæ decori, gloria enim patris filius ſapiens, eueniuntque illis quæ à ſapiente dicuntur, iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua beatos poſt ſe filios relinquet, obſequuti illi ſunt Paulino conſilio, educate filios in diſciplina, & correctione Domini, non deflectentes à Dauidicis conſilijs, quanta mandauit patribus nota fecére filijs ſuis, &c. Vt ponant in Deo ſpem ſuam & nõ obliuiſcantur operum Dei & mandata eius exquirant.

*Probi filij quales*

*Prou. 20*

*Epheſ. 6.*

*Pſal. 77.*

Sed hoc unum antè animi oculos propoſitum cupio, ut intelligant parentes, mutum parentum exemplum ſi laudabile eſt omni eſſe efficacius doctrina ut prodeſſe poſſit filio, nam aſpectus ille continuus, & nunquam ceſſans conuerſatio, & amor in parentes, & reſpectus, faciunt euenire illis qđ olim Iacob induſtria euenit ouibus Laban quę ex aſſiduo conſpectu agnos concepere uarij coloris ut erãt excorticatę uir-

*Gen. 30.*

*Cura Chriſti erga pie educatā familiā.* gæ ad canales propoſitę. O quantam ſimilis familię Chriſtus habebit curam & quam conſulet illi amice hilariter & copioſè, hodiernus abunde docet euētus. Sequebatur igitur illum multitudo magna partim il lecta ſuauitate doctrinę & efficacia illius, quę totum innouabat hominem, partim diuinam in illo potentiam admirantes, quia uidebant ſigna quę faciebat ſu per his qui infirmabantur. Videbant quidem illi illa quia externa erant & expoſita oculis, qui ſi ſpectare ualuiſſent interna quę faciebat in animis longè ma-*Signa quæ maiorem in Chriſto potentiā teſtabantur.* iori admiratione corriperentur, nam & difficiliora illa erant & ut ſic loquamur Chriſti potentia & maieſtate digniora, quemadmodum qui ſęculi magnates ſunt principes, Domini, & maiores, digniores notiſſimi medici cura ſunt, quam ignobiles ſerui, eſt enim mācipium animi degener corpus, animus autem princeps & dominus illius. *Text.* Cum ſubleuaſſet igitur Ieſus oculos, adhuc in externa corporis compoſitione uoluit eſſe magiſter & maximè in oculis quia hominis *Feneſtra animi oculi.* pars nobilior, & qui quodammodo feneſtra ſunt animi, illis animus ſeſe manifeſtat ac oſtendit, ſit nè ille modeſtus, pacificus, cupidus, miſericors, ſitve arrogās, litigioſus, fœdus, immitis, ac rurſus oſtiola quędam ſunt arcis huius corporeę maximè obſeruanda, à quibus abeſſe non liceat cuſtodia.

*Expēde. Gen. 39. Iudith 9* Expende ſequentia mire dicta confirmant, iniecit illa oculos in Ioſeph, quibus iniectis capta illa eſt, capiatur laqueo oculorum ſuorum, uide quam appoſitę Iudith laqueos appellauit oculos.

*Heſt. 15. Pſal. 36. Iob. 40. Pſal. 130 Pſ. 100.* Ardentibus oculis furorem manifeſtabat Aſſuerus, turbatus eſt in ira oculus meus, in oculis ſuis quaſi hamo capiet, neque elati ſunt oculi mei, ſuperbo oculo & inſatiabili corde uide non damnā tua, ſed ut eluceant in oculis latentia in animis, quam huiuſmodi oſtiola obſeruanda oſtendunt quę ex illorum incauta apertione mala ſunt deriuata. Vidit Eua pō-

mum quod erat pulchrum, & aſpectu delectabile, & ex aſpectu capta ruit una cum poſteritate in ingentia mala, uiditque mulierem ſe lauantem Dauid & animo iacuit, illo confoſſus blando telo, per cancellos proſpexi iuuenem, ut proſpecto illo ad ſe inuitaret, & alliceret impudens fœmina, ut igitur & nobis eſſet exemplo Chriſtus non dimittendi tantum oculos quod modeſtiam indicat animi, ſed extollendi, & dimittit ille illos, & ad uidendas & ſubleuandas noſtras miſerias tollit, auertendi igitur oculi ſunt à uanitate, aperiendi & minimè claudendi ad calamitates proximorum ſpectandas, dum ſolo non ſimus aſpectu contenti, ſed quod Chriſtus uitæ exemplum fecit, faciamus, ille conſpecta neceſſitate de conſulenda illa ſtatim agit nulla interpoſita mora, non enim differenda ſunt pietatis opera, preſertim cum proximus laborat, ut manifeſtant illa quia iam triduo ſuſtinent me. Multa hic, & ingenti digna conſideratione hiſce uerbis nobis proponuntur, imprimis diuina benignitatis in ſuos cura, quæ non claudit ad illorum miſerias oculos, ſed certiſſima illa ſunt de illa à Dauide dicta, oculi eius in pauperem reſpiciunt, oculi domini ſuper metuentes eum, neque uidet ille illas vt non compatiatur, ut non ſubueniat, ſed ut opem optatiſſimam ferat, ut merito canantur de illo adiutor in opportunitatibus, in tribulatione ſperent in te qui nouerunt nomen tuum, Vnde ſi quando quia pro maiori noſtro commodo demiſſos ad illas uidetur habere oculos ut Dauidi uidebatur ita clamanti, reſpice in me & miſerere mei, reſpice & exaudi me Domine ne ſpem deponat tuus, aut animo linquatur, Leuabit ille illos vt hodie feciſſe uidemus, & conſulet nobis pro benignitate ſua, ſed quod diuino prorſus amore animos inflammat illa ſunt, quod momentorum habeat ille rationem, illorum qui illum ſequuntur.

*Gen. 3.* *2. Reg. 11* *Prou. 7.* *Pſ. 118.* *Pietatis opera nō differēda* *Text.* *Pſ. 9. & 10.* *Pſal. 85* *Pſal. 12* *Expende & mirari.*

Expende & mirare, quia iam triduo, &c. Suſtine igi-
*Pſal.* 32. tur anima dominum qui exhibiti obſequij momen-
*& 24.* ta numerat. vt temporanea obſequia æterno benefi-
cio penſet, & aduerte quod ſi illorum qui triduo il-
lum ſuſtinuerunt tantam habuit ille curam, quantam
habebit ille illorum qui perpetuo ſuſtinent, & quod
*Pſal.* 93. non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia,
beatus homo qui ſperat in te. Sed quæſo ne opineris,
quod qui in hac ſubuenit ſuis neceſſitate non conſu-
let omnibus, conſulet omnino, ſume uexatum audis
Danielem, conſulit illi.

*Dan.* 6. Sed inter leones conſuluit, in camino ignis conſu-
*&* 14. luit, etenim & ſi non una modique unius fuerit tribu
*&* 3. latio iuſtorum, ſed multæ, de omnibus liberabit eos
*Pſal.* 33. dominus. conſuluit quidem huic neceſſitati fa-
*Prou.* 3. mis, non affliget dominus fame animam iuſti, in
diebus famis ſaturabuntur, & contingunt illis illa,
*Pſal.* 32. inquirentes autem Dominum non minuentur om-
*Pſal.* 33. ni bono.

*Text.* Sed ueriſſima illa ſunt, clamauerunt iuſti, &c. Et ex
omnibus tribulationibus eorum liberaui eos. Vnde
ememus panes? ò egregiam conſultationem & Deo
dignam & ſi illi minime neceſſariam, qui ſciebat
quid eſſet facturus, vt nos qui neſcimus iſtis ſimilia
*Conſultationes Chriſtiano digne.* conſultemus qui enim pauperes inopia, morbis aut
quouis alio labore præmuntur, vnde his poterit para
ri incommodis remedium? O viſcera Chriſtianis
digna, ò uoces, ò conſultationes gratiſſimæ Deo, vti-
les proximis, commodiſſimæ in præſentem futuram
*Text.* que vitam conſultoribus. Hoc autem dixit tentans
*Cur tentatur Philippus.* eum, vt & notus ipſe ſibi fieret & nobis, ut conſta-
ret quanta eſſet multitudo, & quam urgens illius
neceſſitas, non enim inquit habent quid manducēt,
conſtitit enim & ex Philippi reſponſis & ex Andreæ.
Eueniunt multa in huiuſmodi tentationibus ſiue à
Deo factis ſiue ab illo permiſſis, ubi maxima latere.

credidiſſes, ualebis minora, quis in Centurione, & *Matt.8.*
Cananea tantam latere fidem credidiſſet ni tentau- *& 15.*
ti fuiſſent illi? Aut quis ita demiſſam in Philippo &
Andrea uiris alioqui glorioſis? quis in fœdis illis ca-
nis & cœpedine denigratus ſenum qui inſidias para- *Dan.13.*
uerunt Suſannæ tantam libidinem, & in florido Io-
ſeph iuuene tantam caſtitatem & pudoris dilectio- *Gen. 39.*
nem? latuiſſent multa imitatione digna, ni nobis il-
la manifeſtaſſet tentatio, carerem uſque Theſauris *Dan.5.*
illis inuiſis & abſconditis, ut in Daniele, in Michea
qui ſuos coram regibus uario modo animos manife- *3.Re.22*
ſtarunt, in Eleazaro, in ſeptem adoleſcentibus. Vnde
Magnus Gregorius de Iobo loquens, neceſſe quippe
erat ut magnus uir & ſanctus, Deo ſoli ſibique co- *2.Mat.6*
gnitus, quanta uirtute polleret ad imitandum cunctis
innoteſceret aperte nanque alijs uirtutis exempla nō *D.Greg.*
daret, ſi ipſe ſine tentatione permaneret, actum eſt er *lib.m.3.*
go vt uires, eius cunctis imitandas, ipſa uis pcuſſionis *c.1.*
oſtenderet, miſeranda etiam alia laterent quæ utile
fuit noſſe ut caueremus illa. *Text.*

Ipſe autem ſciebat quid eſſet facturus, ſcit in om-
ni euentu quid ſit facturus, ſed tentat nos morbis, fa-
me, bello & infortunijs alijs, ut nos nobis fiamus cō- *Baſil.lib.*
ſpicui, & ad illum accurramus, nam ut gubernatorē *1. de pa-*
nauis tempeſtas, athletam ſtadium, milites acies, ma *tient.*
gnanimum calamitas ſic tentatio Chriſtianum homi
nem probat. *Text.*

Dixit Andreas, eſt puer unus hic, &c. uerę noſtræ
ſunt uoces diffidentiæ iſtæ, noſtræ computationes an
guſtis qui ſumus animis & uiribus. Sed hæc quid
ſunt inter tantos? plane pauca Andrea & inſufficiē- *Voces hu*
tia ſi tu tantę eſſes conſulturus multitudini, ſed mul *manę dif*
ti ſunt illa, & quibus minime ſit opus, illi a quo *fidentiæ.*
non milliaria iſta, ſed omnia expectant ut det illis
eſcam in tempore, aperitque ille manum ſuam, &

implet

implet omne animal benedictione. Hoc latius,am-
*Pſ.144.* plius & magnificentius eſt cōuiuiū, cuncta enim in-
uitata ſunt & omnibus ita abūde conſultū,vt ueriſ-
*Heſt.1* ſima ſint illa, & implet omne animal benedictione.
Denaris opus fuit Aſuero,fuit Balthaſari,& cibo
*Text.* rum laborioſa inquiſitione ut paucos illos ſuos
paſcerēt conuinas,ſed erāt illi humani reges, at hic
*Dan.5.* noſter diuinus, neque denarijs neque panibus opus
habebat ut ſuauiſſime & abūdantiſſime paſcat ſuos.
Cū igitur tu computationem illam facis homo,leua
oculos, iacta cogitatū tuum in domino,ſpera in do
mino & fac bonitatem, & in habita terram,omne
*Pſal.54.* tuū ſtudium in ſequendo Chriſtum appone vna cum
tuis & labore inſta & pauca quæ habes,in diuinis
conſtitue manibus & multiplicabit ille.illa. Alto re
*Pſal.36.* pone corde Dauidis illa,iuuenis fui,etenim ſenui &
non uidi iuſtum &c. Quid igitur potiſſimum labora
*Text.* turus es illud eſt omnino ut ſis iuſtus. Facite homi-
nes diſcumbere,ô quam facile pij corrigūtur & quā
ſunt illa certa ſapientis,peruerſi difficile corrigūtur
*Eccle.1.* uel ſola vultus mutatione corriguntur probi, per
triſtitiam vultus corrigitur animus delinquētis,plus
*Eccleſ.7.* proficit correctio apud prudentem, quā centū pla-
gę apud ſtultum,uir prudens & diſciplinatus nō mur
*Prou.17.* murabit correptus, at de improbo & ſtulto ueriſſi-
ma illa ſunt, ſi contuderis ſtultum in pila quaſi pti-
ſanas feriente de ſuper pilo nō auferetur ab eo ſtul-
*Prou.25.* titia eius,en q defecerūt Apoſtoli ab opinione & cō-
*Prou.10.* ceptu quē erāt habituri de magiſtri potētia, ſola iuſ-
ſione corriguntur,facite homines diſcumbere,faciūt
*Text.* illi iuſſi,ſi humana examinare vellet iſta ratio ea-
dem omnino diceretquæ poſſet de fidei myſteris di-
*Ratio ſubijcienda diuino precepto* cere,ac ſubdi t omnipotētię,ratio,& diuinę ſe ſubij-
cit ſapiētię quę ſine numero eſt & quæ pręcipiūtur
facit,nullo inito examine,nō enim ab humana ratio
ne examināda ſunt quæ Deus pręcipit ſed faciēdo,ſi
examinaſ-

examinaſſent illa Apoſtoli cum præcipitur illis, ite in mundum vniuerſum & prædicate Euangelium omni creaturæ aut examinaſſent iſta, non ita fuiſſent, obſequuti. Egregie igitur prudentiſſima Maria filij potentiæ & ſapientiæ conſcia dixit, in conuiuio quę cunque dixerit uobis facite. Hinc Bernardus uerus obediens mandatum non procraſtinat, ſed ſtatim parat aures auditui, linguam uoci, pedes itineri, manus operi, & ſe totus intus colligit, ut mandatum peragat imperantis. Obediunt Apoſtoli magiſtro, obſequitur populus diſcipulis, Erant autem Apoſtoli orbis magiſtri futuri, & capita. Egregius & laude magna digniſſimus ordo cum magiſtri diuinæ ſapiētiæ auſcultant diſcipuli, & quæ præcipit, illa faciunt, & populus obſequitur illis, relucet tunc magis ordo, quàm cum milites obſequuntur ducibus, duces impetatori, imperator rationi. Diſcubuerunt numero quaſi quinque millia. Numeroſus ſatis fuit ocnlatorum teſtium numerus, ut ueritas conſtaret miraculi, & calumniatoribus locus non relinqueretur, condemnatur autem quam debeant eſſe uxores, & liberi cum uiris & parentibus unum, quando omnes perſonæ numerantur, & quam debeant iſti honori cedere mariti, & parentis quando ille ſolus recenſetur & numeratur omnium loco. Quemadmodum cum multi ſint arboris rami non dicimus, niſi unam arborem, multa unius corporis membra, non dicitur, niſi unū corpus, & ſi grana multa ſint, una dicitur ſpica, & ſi uuæ multæ, una uitis. Expende etiam quantum oporteat maiores obſequi Chriſto, illiuſque diſcipulis, illis obſequentibus, obſequitur familia ſiue ſedere illi præcipitatur, ſiue ſurgerę, ordo facit nequid cuiquam deeſſet ex maioribus neque ex minoribus, ſed ut cuique quod opus erat daretur ita ut ſupereſſet, & ut facilius miniſtraretur illis, ideo ab ordinis amatore & autore dictum ſa

cite

*Mar. 16.* *Luc. 9.* *Ioan. 2.* *D. Bern. de præce. & diſpenſati.* *Inobediendo qui modus obſeruandus.* *Text.* *Numeroſitas teſtium.* *Expende* *Similia.*

cite homines diſcumbere. Non placent illi confuſa & conturbata, quiſq; quod ſui eſt muneris abſoluit, Christus panes frangit ac piſces, ab illius illa manibus accipiunt Apoſtoli, diſtribuuntque illa ad id enim datus illis fuerat panis, ut darent, non ut ſe ipſos ingurgitarent, ut hodie euenit multis, Multitudo accipit, neque ſolum miratur ordinem, potentiam, abundantiam, ſed comedit auide & cum guſtu, & ſuæ ſatisfacit fami, & diuinæ potentiæ liberalitatem miratur quæ ita copioſè conſuluit. Mirare quanti habeat multitudinem Chriſtus quam non contentus miraculoſis illam cibis paſcere, conuiuij miniſtros uoluit eſſe Apoſtolos, Apoſtolorum etiam modeſtiam mirare qui non ſunt dignati miniſtrare multitudini, & ſeruos illius fieri, honorificentiſſimum ducentes quocunque miniſterij genere, & cuicumque illo exhibito creaturæ præcipienti obedire magiſtro, hinc panis alij conſtituti diſtributores qui animos alit, miniſtrorum illi nomine gloriantur. ſic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, &c. in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros &c. Sed cur pane hordeaceo? ut res mirabilior fieret, neque ita mirum quod manna omnis ſaporis ſuauitatem haberet, quam quod panis hordeaceus ita ſaperet multitudini, ſed id mihi mirum non eſt, nam & ſi iuſſu domini illud pluere nubes, hunc autem manus domini, quarum attactu & benedictione mirabiliora fiunt, multiplicarunt. Sed cur panes & piſces? ut terræ ac maris dominus agnoſceretur & quod ille eſt qui multiplicat illa, omniaque ſubiecta eſſe illi, dominatur enim ille poteſtati maris, uertit illud in aridam cum placet, terminos conſtituit ne pertranſirent fluctus eius, ſed cur etſi gratiſſimo, & ſapidiſſimo illo pane iumentorum paſcit ſuos imprimis ut ſe haberent ut iumenta apud illum, qui enim ita ſe habent vere

*Diſpliceet Deo res inordinata.* *Expende ut quiſque quod ſui erat muneris abſoluit.* *Christi in multitudinem fauores.* *Panis a-vimos alens.* *1. Cor. 4 & 2 Co. 4. et Eph. 13. et Ga. 1.* *Exo. 16.* *Pſal. 77.* *Cur panes & piſces.* *Pſal. 64.*

ſunt

ſunt homines,& deſinunt iumenta eſſe,unde ſapientiſſimus cum eſſet Dauid ait, ut iumentum factus ſum apud te,& ut notum fieret quod quiquid tractatur ab illo, eo quo dignum eſt modo, vnde corpus quia pecus pecorum paſcit illud pane, animum quia cœleſtis,cœleſti ut pote doctrina. Erat fęnum multum, nihil ex his quæ magni habent diuinæ literæ eſt parui faciendum,erat fęnum,neque ſuffeciſſe viſum eſt Euangeliſtæ ita dixiſſe ſed adiecit, multum imprimis, ut ſcias Deum indulgenter tractare ſuos, & quod amicos ille eſt quod ſint appoſita & munda quæ in proximorum fiunt vſus, non immunda perturbata & confuſa & ideo iubet diſcumbere & ſuper fœnum, eratque locus ille & ſeſſioni, & commeſtioni, & recreationi aptiſſimus,erant igitur tapetes ex varijs colorum herbis contexti,mantilia, ut arbitror ex floribus ibi naſcentibus, ut & mundi eſſent illi & odoriferi,nihilque deeſſet conuiuij maieſtati,& ideo etiam ſupereſſe voluit & ut fragmenta colligerentur quod & in regijs conuiuijs fit,faxit bonitas illius ut nos æterno illo conuiuio fruamur, in quo cibus illi eſt,& conuiuis gloria, Amen.

*Cur hor deo. aceo pane aluit ſuos*
*Pſal. 72.*
*Deus decoris & puritatis amicus.*
*Ornatus menſæ.*

## *SALVTATIO.*

*Chriſtus quod potiſſimum ſuo aduentu intendit cæcum fuit illuminare genus,luceq; illud ſuffundere ut fidei oculis ualeret ſpectare, quod nunquam cæca ualuit ſpectare humana natura.pręſtititque quod in ſe fuit copioſiſſime iſtud, vnde dictus eſt, lux uera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,*

Pſal.118 *dum,commendatumq́; poſtea fuit id munus ſacroſanctæ ſuæ doctrinæ enuntiatoribus,unde dicta illa eſt lux,præceptum domini lucidum illuminans oculos, declaratio ſermonum tuorum illuminat, ſed aßequi illi iſtud ſine diuino beneficio & gratia minime poſſunt,precemur concedat nobis illam virginis puriſſimæ interceſſione. Aue Maria.*

## THEMA.

Præteriens Ieſus. Ioan. 9:

PRÆTERIENS Ieſus vidit cæcum à natiuitate. Certiſſimum eſſe credentes, ut ſæpius admonuimus, quod in diuina lege neque apex eſt quod careat myſterio. Neque verbum quod non ſit illo plenum,intel ligamus oportet id eo ſcriptũ ab Euangeliſta animo vt oſtenderet quam erat opus hoc diuina miſericordia dignum,vt hominis compateretur Solis beneficio à na ura priuati. Rurſum ut operis difficultas manifeſtaretur amplius nam uiſum illi reſtituere qui caſu aliquo perturbationem paſſus eſt pupillarum ut euenit Thobiæ,euenit & Paulo & ſi diſſimile de cauſa utri que,non erat opus ita excelſum,ita rarum, & mirabi le ut eſt oculorum in illo qui nunquam viderat, quæ veluti creatio oculorum eſt. Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. Videt ipſe cæ-

*Non eſt apex vacans myſterio.*

*Tob.2.*
*Act.9.*

cum,uident & diſcipuli. tacet ipſe cuius in ipſo omnipotens miſericordia iam loquebatur, loquuntur diſcipuli,non rogantes ut illi lumina reſtituat fortaſſe rei difficultate conſiderata & non ſatis penſata Chriſti potentia,ut contigit in panis & piſcium multiplicatione, Hoc tantum faciunt & hoc curant ut eximat ille illos ab ſcrupulo quod genuerat in illis miſerandi hominis aſpectus,& uerbum ſæpius à Chriſto repetitum,qui admonens quos ſanabat ne iternm in peccata laberētur,in morbos illos incidiſſe ob peccata oſtendebat,ita loquens ecce ſanus factus es iam noli peccare ne deterius aliquod tibi contingat, Rogant igitur illi magiſtrum quis peccauit hic an parentes eius ut cæcus naſceretur ? Oportet intelligamus ante ſolutionem, & explicationem propoſitæ à diſcipulis quæſtionis,ſæpe mala propter peccata euenire propria,ut euenere illa Antiocho, Nicanori, Ochoziæ,Achab,Sauli,Herodi,euenere Mariæ Sorori Aaron, Iezabel, Athaliæ,euenire etiam ſolere ſaltim temporanea filijs ob parentum peccata, in quibus tanquam in re gratiſſima ſibi & ſuauiſſima, illi puniunt? Nam quemadmodum illa certa ſunt quod vir ambulans in ſimplicitate ſua beatos poſt ſe filios relinquet & digni illi ſunt humana & diuina benedictione,quia piorum illi parentum pia ſunt proles, ut oſtendunt illa,benedictio ſit tibi filij,quia boni & optimi viri filius eſt.

*Ioan.9.* *Ioan. 5.* *Text.* *2.Ma.9* *2.Ma.1* *4.Reg.* *1. & 3.* *Reg.2.* *1.Re.31* *Act.12.* *Num.12* *4.Re.11* *Prou.20* *Tob 7.*

Illa item,benedicat te Deus Iſrael, quia filius es viri iuſti & timentis Deum,& eleemoſynas facientis. Laudes expende & nihilil inuenies ex his quæ mundi miratur uanitas ſed quæ commendat Chriſtiana ueritas & ſimplicitas,& qui huiuſmodi paternæ probitatis & innocentiæ hæredes ſunt, hæredes etiam ſunt benedictionis illorum, & maledictionis illi de quibus, ex iniquis omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione

ſua filij abominationis ſunt filij peccatorum, & qui
*Eccl.41.* conuerſantur ſecus domus impiorum, filiorum pecca
torum periet hæreditas, & cum ſemine eorum aſſidui
tas oppprobrij de patre impio queruntur filij qui
*Luc.3.* propter illum ſunt opprobrio. Quia hac ſunt peruer
ſitate morum patribus ſimiles, ſuntq; illi ut Ioannes
dixit genimina uiperarum puniuntur illi ut parentes,
quia peccatores ſunt quemadmodum & illi.

*Flagellantur multi paterno amore*

Alij autem puniuntur paterno amore à Deo ut exci
tentur, expurgentur, & ſi quæ illis peccati labes hæ
ſit flagello mundetur, flagellat iſte hoc modo omnem
filium quem recipit. Multi autem ex illis quos æ-
qua amauit pietas diuina, exercentur laboribus, non
quia illis digni ſint ſed ut probitas, pietas, ſanctitas,
ſtrenuitas & in Deum fides illorũ manifeſtetur, qui
non murmurant correpti ſed gratias agunt, qui rubo
ſimiles incenſo ſpei, & patientiæ uirorem ſeruant, ne
que flammis tribulationum conſumitur ille, qui ut
aurũ igne probatum prodeunt illi è laboribus nitidio
res, defæcaciores, & prætioſiores, quoniam ut lima
ferri, poliuntur illi tribulatione, & vt diuino ædifi
cio optandi lapides laboribus expoliuntur, æquãtur,
& perficiuntur, quibus in menſura laborũ gloriæ ſpe
ctat merces, utq; copioſior eſſet illa, fuere copioſio-
res, uirũ hus similẽ beatum appellat Iacobus, beatus
uir qui ſuffert tentationẽ quoniã cum probatus fue-
rit accipiet coronam uitæ. His igitur uteũque iactis
excutiamus oportet percontationẽ, quando iam prin
cipio explicuimus unde illa habuerit ortum, neque
enim tanti diſcipuli magiſtri, & qui prudentiæ tanto
pere erat amator, & commendator, ſine ratione aut,
ut dicunt, præter propoſitum erant percontaturi, ſed
magiſtri illi memores doctrinæ & ceptæ ex illa utili-
tatis in ſcrupulum lapſi educi ex illo rogant ab illo,
quem ſcientiarum Dominum eſſe agnoſcebant. Hoc
diſcipulorum munus ſi quis ſcrupulus, ex doctri-

*Quid in multis tentatio & flagellum manifeſtet. Exodo.3*

*Iacob.1.*

*Magiſtrorũ & diſcipulorum munus.*

na

ma magiſtri oritur, illum modeſte rogare ut liberētur & eximantur ab illo. Magiſtrorum munus percontanti diſcipulo ſatisfacere. Sed rarus erit diſcipulus his ſimilis,&nullus magiſter ſimilis magiſtro,habet nūc ſuos Eccleſia diſcipulos,habet & magiſtros ut ſi quæ inciderit dubitatio conſcientiam vexans rogent illos. Condientur illorum conſilijs, ut ſale, illuminabuntur doctrina ut luce, & agrauante illos onere & pondere liberabunt illos,& ſuo erga illos, amiciſſimè & benigniſſimè fungentur munere Chriſti illi facti imitatores,qui nequaquam reprehendit interrogantes diſcipulos, neque curioſitatis arguit, neque acerbe reſpondet, ſed ſuauiter & grate,grauiſſimè tamen & ſapientiſſimè, ut tantam tamque indicibilē decebat ſapientiam, ut & conſulti magiſtri benignè reſpondeant & amice, grauiter tamen & ſapienter, nè ignorantia reſpōſi aut pedica ſit diſcipulo aut dēſionib. tenebris offuſcet intellectū illius. Falſi prophetæ, & nefarij magiſtri in quorū ore ſpiritus eſt mendax,ut planè ſunt hæretici omnes,hi non ſunt conſulendi,ſed comburēdi.Quid euomet uipera niſi uirus, aut ſcorpio niſi uenenum,? Ex huiuſmodi olla in qua mors eſt,nihil omnino deguſtātum, nam quēmadmodum os iuſti uena eſt uitæ iniuſtorum ora uena ſunt mortis, & quemadmodum illorum uerba mala ſunt aurea, iſtorum uerba mala ſunt ferrea Tartareo incēſa igni, & ut illa lucrari ſolent proximū iſta perdere, reſponſum audi tanto enim certius,gratius, grauius, & maturius reſponſum eſſe ſolet quanto grauior,maturior & ſapientior qui fuit interrogatus magiſter, tantoque debet illud, & audiri attentius & haberi certius & magis pretioſum, interrogatus & conſultus alibi ſępe fuerat ab alijs, animo duplici inimico ſibi doctrinęque ſuę & diſcipulis contrario, & tamen ſemper fuere reſponſa mirabilia & illo digna, ut cum conſultus fuit de muliere adultera, de Cę-

*Mat. 5.* *magiſtri quales erga diſcipulos futuri.* *Ezec. 13* *Heretici minime conſulendi.* *4. Reg. 4* *Prou 10* *Pro. 25.* *Expēde.* *Ioan. 8.*

*Luc. 20.* ſatis numiſmate, ſed etſi reſpondet ille ſemper nimia cum ſapientia non gaudet percontationibus illis tentandi tantum animo propoſitis, gaudet tñ cum ſincere proponũtur vt proponunt hodie Apoſtoli, ſed ſemper certa, vera, & illo digna reſpondet, vt & Eccleſiæ magiſtri illius hærentes ueſtigijs ſemper certa, Catholica, vera, & Romanæ Eccleſiæ conſona decretis reſpondeant ſiue interrogentur illi animo ſimplici ſiue duplici, ſiue tentandi illos animo ſiue diſcendi ab illis. Non peccauit hic inquit, neque parentes eius vt cœcus naſceretur, &c. Sed ut manifeſtetur gloria Dei in illo ſiſte ullius, ita loquamur, grauamine gloria Dei alibi ſæpiſſime fuerat manifeſtata vt in beneficijs, leproſis, mutis, ſurdis & à Dæmone vexatis collatis, eratque hæc manifeſtatio digna gloria Dei, quæ in benefaciendo maximè manifeſtatur, vt ſolet manifeſtari hominum cum afflictum ſolantur, cum ignarum docent, cum inopi ſubueniunt, cum debita remittunt, his enim rebus ueris verius gloria manifeſtatur uera quam ludicris omnibus inanis gloria mundi, cur igitur cum diſpendio huius, reique ſuauiſſimæ & pretioſiſſimæ illi & uſus mirabilis, hodie gloriam ſuam manifeſtari voluit? Poſſemus neque indignè conſilio nobis ſapientis indicere ſilentium inueniſti mel commede quod ſufficit ex eo, &c. Et in pluribus operibus eius non fueris curioſus, nunquid dicit figmentum ei qui ſe fecit, quid me feciſti ſic?

*Seruandus modus in reſpondendo.* *Text.* *Gloria manifeſtatio.* *Mat. 8.* *Mat. 9.* *Mat. 15* *Mat. 7.* *Pro. 25.* *Eccl. 7.*

*Philo. li. de particul. legibus.* Vera tamen illa ſunt ſicut in corpore principatum natura dedit capiti, cui ſummum locum tanquam regium attribuit, reliquis membris omnibus quæ à ceruice vſque ad imos pedes pertinent ei pro baſi ſuppoſitis, ita inter cæteros ſenſus imperium penes oculos eſſe uoluit, ideo quoque hos, in ſublimi collocauit, ut principes, & quidem uarijs modis honoratos, &c. Si tamen omnia quæ hominibus largiuntur

tur beneficia ſunt à diuina beneuolentia profecta, de *Expēde* bita nulli, nullus iniuria afficitur ſi non illi omnia do *iſta om-* nentur. Neque enim in omnes Regum gratia eodem *nia.* eſt modo effuſa, ſed eueniſſe iſti mihi uidetur fortaſ-ſe, quod eueniſſet homini cui theſaurus non daretur, quia qui daturus erat, paratuos illi inſidias nouerat latrones, ac ita non creditus eſt iſti theſaurus luminis oculorum, quia animi fortaſſe bonis ab animi le tronibus expoliaretur. Præterea ſi quæ in domo nobi *Oſtēdāt* li & magnifica feneſtræ non eſſent apertæ, quia lux *aſſertā* obfutura erat hoſpiti habitanti in illa, non id odio, *ueritatē* aut contemptu factum, ſed amore diceremus. Rurſum *ſimilim.* ſi præter lucem, quæ hominibus & feris communis eſt, lux eſſet alia ſalutifera, excelſa diuina quæ neque feris eſſet communis, neq; hominibus uita feris ſimi libus, ſi priori illi luci loco nō dato neque oſtio aperto, ſecundæ huic luci daretur non grauamen id, ſed beneficium eſſet.

Prærerea illi quibus has clauſit feneſtras diuina ſapientia nō tantum à magnis liberauit illa malis, quæ nobis humanæ & diuinæ teſtantur hiſtoriæ & quotidiani euentus & experimenta propria, ſed locum illa dedit quieti, ut quieſcit magis clauſis feneſtris corpus, quieſcit quidem animus ac ueluti ad terrena qui *Expēde* bus diſtraheretur dormit, corde ad Dominum uigi- *ſimili-* lante; & ut in naui quo illa magis clauſa eſt, & ut *tudinem.* lumini minus patet, ſecurius nauigatur, quia non eſt locus per quem repleri poſſit illa aquis & ab illis dam num capere, earumque fluctibus & procellis mergi, ita & ſæpe euenit iſtis, euenitque multis quod accipi tribus qui dum operta habent illi capita; & opertis oculis mittes ſunt, manſueti, & quieti qui ſtatim q̄d aperiuntur efferantur.

Vt manifeſtetur gloria Dei in illo, virtus inquam *Text.* illius & potentia & quam ſit filius in omnibus æqualis patri & diuinarum perſonarum poteſtas una. In-

*Modis innumeris gloriam patris manifeſtauit filius.*
*Pſ 118.*
*Rom. 1.*
*Heb. 1.*
*Ioan. 14*

numeris modis patris gloriam manifeſtauit Chriſtus, moribus, doctrina, miraculis, totus eia diuinæ & paternę glorię manifeſtator ille, nihil omnino erat in illo quod illam non magis manifeſtaret, quam cœli, quos gloriam Dei enarrare dixit Dauid, quia illi illius factura erant Chriſtus factor & operator. Quã ſpecioſum huius mundi opificium, de quo Paulus, inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt, &c. quia illius ille opifex erat, nullus ita ſapientiam, potentiã, bonitatē, ęquitatem & gloriam patris manifeſtauit neque manifeſtare potuit ut Chriſtus. Erat ille ſplendor patris & figura ſubſtantię eius, erat ita patri ſimilis, ut dixerit ipſe Philippo, Philippę qui uidet me uidet & patrē meum. Sed expende quod quemadmodũ nihil in Chriſto fuit quod patris gloriã nõ manifeſtaret, nihil fere in nobis eſt quod, quód in ſe eſt, illã nõ obſcuret, ſiue ſermones audias, ſiue mores ſpectes, totoſque nos intus & exterius excutias. Inhonoratur ille, ut optimè Paulus per prętiaricationē legis, qui in lege gloriaris per prętiaricationē legis Deum inhonoras. Quod aũt ſuis operib. glorificetur Chriſtus & in illis glorificetur pater mihi nequaquam mirum eſt, quia illius illa ſunt qui totus, ut dixi gloria eſt, ſed qđ noſtris ille glorificetur operib. & ſermonib. hoc mihi mirum eſt, quid enim ſcintilla Solis poterit iuuare ſplendorem, aut drachmula vna immenſis Dei diuitijs adijcere. Et tamē ille ipſe ait, ſic luceat lux ueſtra coram hominibus ut uideãt opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt, glorificate & portate Deum in corpore ueſtro, & Dauid, glorificabunt nomen tuum in æternum, Deus qui glorificatur in concilio ſanctorum. Similia iſtis illa ſunt, exaltabo te Deus meus Rex & benedicam nomini tuo in ſæculo exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me. Illa item magnificabo Deum in laude, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idip

*Rom. 2. et Eſ. 52 & Eph. 56.*
*Glorificatur pater quomodo in nobis.*
*Mat. 5.*
*1. Co. 6.*
*Pſal. 75 & 88.*
*Pſal. 44*

ſum, nequimus enim nos quidpiam addere ei quod immenſum eſt, ſed quia illius magnitudinem immenſitatem & gloriam laudantes prædicamus, dicimur illum magnificare, & glorificare, ut optimi diſcipuli gloriæ ſunt magiſtro, optimi filij parētibus. Sed quæramus cur dicto nō ſanauit iſtum ut ſanauit alterum cum dixit, reſpice? Videretur maior iſta gloriæ manifeſtatio, quia à natiuitate cęcus erat iſte. Omnino nō fuiſſet, nam & manifeſtata eſt illius potētia multis uarijsq; hic modis & mirabilibus illis, & manifeſtata in cœco multa in illo laude digna & immitatione vt conſtabit, Arguitq; in medico uariam eruditionē infirmorum obtenta curatio uarijs cum illa fit modis & medicamentis. *Cur uerbo nō ſanauit cæcum. Luc. 18.*

Hæc dicens ſpuit in terram & fecit lutum. Hæc linguæ & operū harmonia magis fuit in Chriſto mirabilis quam omnis Dauidicæ muſice & pſalmorū cōcentus, etſi figura illius ille fuit, nam quod canebat ille ore, pulſabat ſonareque faciebat in cithara manus. *Text. Harmonia Chriſti. 1. Re. 16 & 19*

Sed quid oculis cum luto qui exiguo ſolent excæcari puluere? Aut qui modus feneſtras aperiendi luto liniendo illas? Abeat à diuinis operibus humana ratio, ne ſe illis ingerat. Nolit noctua Solis ſplendorem infirmis ſuis oculis ſpectare, quid colubro cum cœlo? Quod humi pectore repit, neque ſe ualet ex illa attollere? Sileat loquax ſapientia, ſubdat ſe & quā tula illa ſit agnoſcat, quid cum Oceano ſtilla & cum abyſſorū pfunditate fouea pueri? Quib. excęcaſſet illa nitentia lumina, nitere illa facit uirtus diuina. Sed omnem ceſſare facit admirationē, & ad res omnes efficacem iam agnoſcit lutum quando ex diuina illa ſaliua eſt confectum, quid illa non poterit, cum illius illa ſit, qui rerum omnium eſt plaſmator, & qui verbo omnia fecit, quod quia aereum minus efficax eſſe uidebatur ad ſanandū, & ut illa omnia fierēt? Ex *Quid cū luto oculis. Imbecilitas humanæ rationis. Efficacia luti, & uirtus. Expēdo*

chryſtallo & uitro contuſis & conjunctis quandam aiunt maſſam fieri chryſtallo ſplendidiorem, neque mirum, id eſt, quia utraque ſplendida ſunt, ſed ex luto fieri omni chryſtallo nitidiora lumina hoc mirũ eſt, ſed cur illa ex alia maſſæ confectione non fecit, ſaltem ex illa ex qua fiunt uitrei plane ut manifeſtum fieret, quod ille ipſe qui fuerat totius ex luto artifex erat & partis nobilioris ita eſſe agnoſceretur qui hominem ex limo formauit, & ut debita omnia fierent ordinatione. Dedecet uaſi argenteo terrea anſa, & terrea anſa, & terreo auſa argentea, quod aptum maxime eſt, cum utraque ex eadem maſſa ſint, non enim congruit cõmuni panno aſſuere cum diruptum eſt ex ſerica aut aurea tela partem aliquam.

*Cur oculi ex luto & nõ ex alia maſſa formati. Gen. 2. Iob. 10. & 4.*

Ne igitur luto neque aquę ſalutis aut uiſus recuperationem tribueret ille, ſed diuinę potentię; poſtquã luto linitus eſt iuſſum eſt illi, ut ſe lauet. Fuit autem cœcus expreſſum Chriſtianę obedientię ſymbolum, quę neq; reluctatura eſt diuinis iuſſis neque examinatura illa, ſed in omnibus obſequutura ſiue linire uelit illam luto, ſiue lauare ſubito ſe ab illo fuerit illi iuſſum, aut rationi minus conſona iſtis. Vnde egregia illa Alexandrini, quemadmodum ſi quis in Iſchomacho ſtudium poſuerit eum faciet agricolã, & ſi Lampidi nautam, & Charidemo imperatorem, & Simoni equitandi gnarum, & Pordici Cauponem, & Crobilo obſoniorum conditorem, & Archilao ſaltatorẽ, & Homero Poetam, & Pyrrhono contentioſum, & Demoſtheni oratorem, & Chryſippo dialecticum, & Ariſtotel. phyſicum, & Platoni philoſophum, ita qui paret domino, & cum datam ſequitur prophetiam, efficitur ad magiſtri enim imaginem Deus qui in carne uerſatur.

*Cur miſſus in aquas Siloe. Cœcus symbolũ obedientia. D. Alexãdrin. li. 7 ſtrom.*

Nullus aptior ad recuperandum animi aſpectum modus quam diuinæ ſe ſubdere potentię, & in illius obſequiũ ut iumentũ fieri illiuſq; ſe totũ cõmittere uoluntati.

*Aptiſſima quæ ſint ad re.*

uoluntati. Hinc magnus Chryſoſtomus, ſicut lutum quocunq; manus ſe formans duxerit ſequitur. ita ho minem quæcunq; Deus iuſſerit ea ſequi, & quæ ille intulerit grato animo perferre conuenit nihil omnino reluctando vel furioſe addiſcere quærendo idem fere Iuſtinus. Cedendum potius voluntati Dei ſicut lutū obſequitur ſuo figulo, & Procopius, quemadmodum decet, ut iumenta nobis obſequãtur, ita rõnem noſtram obtemperare oportet Deo, ac ſi diceret ſine reluctatione, ſine examine, ſed ea animi promptitudine qua cœcus iſte. Recuperato à cœco uiſu diuulgata eſt, ut par erat, tãti operatio miraculi, bona enim quæ à quocunque fiunt & ſi in abſcondito fiant, ſua ſe luce prodnnt, ſuo ſe odore manifeſtant, idq; tanto amplius quo maiora illa ſunt. Erat hoc miraculũ ingens, in homine notiſſimo factũ & in publica uia, non fuit igitur mirum quod ſpargeretur aſſũm ptiſq; pennis volaret fama illius, quod mirum mihi videtur nõ tam eſt quod diuina ſapientia Phariſæorũ & Scribarum ingenio, calliditatę, induſtria fuerit vſa in miraculi manifeſtationẽ & aſſertionẽ quam, quod tam ſtulta horum fuerit ſapientia, ut exiſtimarent obſcurandũ eſſe illorum dolis miraculũ quod Chriſtus manifeſta uerat, pueris illi ſimiles, qui mann ante oculos poſita obſcurare ſe Solẽ, cenſent, quia illũ illi non vident. Rurſum ꝙ beneficio quo cęcus viſum recuperat, illi ſua malitia viſum amittant. Rurſũ & quã paruũ ꝑfi ciat humana ſapiẽtia in diuinã quã cũ placet cogit illi ſeruire. Præterea ꝗ breui & diuina pietas & veritas reddat doctos, & reddat cęcos, quia illa illuminat du ces eorũ qui ſibi videntur videntes, qñ & cęcus iſtæ ducere & docere auſus fuit Phariſæos, quãtaq; ſit ve ritatis uirtus, cui horum ita potens malitia nõ valuit reſiſtere, & ut reddat etiã diſcipulos ſuos intrepidos, quemadmodũ reddit mendaciũ timidos, pallent etiã adquæq; mẽtientes, veraces eodẽ ſemper ſunt vultu.

*cuperanda animi lumina.*

*D. Chry. lib. m de prouidẽ.*

*Iuſtin de recta con feſſione.*

*Procopius in Le uit.*

*Miraculi manifeſtatio.*

*Phariſæorum ſtulta malitia.*

*Expenda Conſideratione digna.*

*Cœcus duæ eorũ qui ſibi ipſis uidentes:*

Rurſũ,vt firmæ ſimilis ſit ueritas rupi, quæ cõſtat & minime uariat etiam in homine infirmo & mendico, non.n.vt mutaret ſententiam ualuit Phariſayca neq; potentia neq; ſapientia. Eſt præterea conſideratione dignum q; illud ipſum ꝙ.erat auferre gloriam Deo dare appellant iſtida, dicentes gloriam Deo. Vt uideas quam non ſit inuidæ & maleuolæ ſapientiæ, fidendũ,quæ inuertit & res & nomina.Rurſum ꝙ quę parentes non ſunt auſi quia non erant illi pari à Deo affecti beneficio,auſus eſt filius, multi enim filij parentibus in fidei confeſſione præſtant, patribuſque ſunt præſtantiores. Eſt etiam attentione dignum animi,quod quæ patres negare non potuere id ſunt aperte faſſi,ut quod filius eorũ eſſet,quod cęcus fuiſſet natus,depoſuere illi quę nouerant,quę certa ęrãt, quæ negare non potuerunt, ut optimi faciunt teſtes cũm interrogantur,rationem eorum quæ filio contingerant filio dimittunt,qui,quia,ſi ætate non ualeret neque teſtimonium valeret ferre, dicunt ætatem habet de paucis iſta dici poſſũnt filijs qui etſi ætatem habeant uoleant reddere rationem eorum quę acceperunt à Deo beneficiorum reddit iſtè ita mirabiliter, vt illius ſincera ſapientia vulpinam phariſæorum calliditatem ſuperet & gloriam Chriſto ex reſponſis patet,qui ut æternam nobis largiatur,faxit illius pietas.

*Optim teſtes.*

*Expende*

## SALVTATIO.

*Nihil magis nobis potuit commendare diuinæ doctrinæ magiſterium, neque manifeſtare illius quantopere indigeret mundus quam frequentia Chriſti Optimi Maximi in docendo, & quod ſummo ille diluculo in*

*templum*

*templum ad docendum fuerit profectus, ſed cum tanti id munus ſit momenti, tanta illius mundo neceſſitas, ob ingentes illi deriuatas ex ſui exercitatione utilitates, nequit illud a nobis debite & cum utilitate exerceri ſine diuina gratia precemur virginem obtineat nobis illam, Aue Maria.*

## THEMA.

Et uenit iterum ſummodi luculo Ieſus in templum & omnis populus uenit ad eum, ſedenſque docebat illos, &c. Ioannis. 8.

INnumera ſunt quæ ſub his uerbis latent myſteria, grauiſſima. & utiliſſima illa. Imprimis quanta ſit docendi inſtruendique hominis dignitas, quando aſſidua illius exercitatione Chriſtus ſacrauit illam, uix unquam ab illa deſiſtens, *Dignitas diuinā doctrinā enuntiantiū.* ſecundo quam ſit illi ſalus hominum chara, & quam ſit præſentaneum medium ad conſulendum illi doctrina & prædicatio, cui ille tantopere inſiſtit, populi etiam concurſus & auditas qui Chriſto diluculo ad docendum ſurgente nō dormit ille, dignitas huius muneris non tam honorificant illam quæ in illius prę- *Matt. 5* ſtantiæ ſignificationem ſunt dicta, quod ſal ſint prædicatores & lux mūdi, quod nubes illi ſint, quod cęli, *Eſai. 5. & 60.* quod Angeli, ꝙ dij, quā quod Chriſtus, æterna Patris ſapientia huic muneri ſeſe deſtinauerit, & illud no- *Pſal. 18* ctu diuque exercuerit. Manifeſtant quę diximus, & q̃ *Mala. 2.* eſſet in huius muneris diuini exercitationē propēſus, *Pſal. 81*

quod

quod nullum vnquam ad id exercendum tempus fuit
importunū, nullus locus ineptus, nulla occaſio ingra-
*Luc.* 19. ta, nulli auditores impedimento Erat docens quoti-
die, & iterum veniens dilūculo in templum, nullus
*Luc.* 5. fuit illi locus ineptus docēbat de nauicula, in plateis
noſtris docuiſti. Semper docui in ſinagogis veſtris,
*Luc.* 13. in deſerto ſæpiſſime. Circuibat Caſtella in circuitu
*Joan.* 18 docens. Nulla fuit illi occaſio ingrata quin captaret
*Matt.* 5. ille illam ad docendum etiam dum conuiua erat, nul
*Mar.* 6. li auditores ſiue turba eſſet copioſa, ſiue uniuerſus
*Luc.* 7. populus, ſiue auditor unus, quam eſſet illi ſalus ani-
*Luc.* 6. *et* marum pretioſa & quam ſitiret ille illam prædicta
18. manifeſtant, non enim deſiſtebat ille a doctrinæ præ-
*Joan.* 8. dicatione, qua illis ſe conſulturum ſciebat, nam nullū
*Joan.* 4. neque appoſitius neque efficatius medium, quod qui
dem minime præſtitiſſet in illam tantopere amaſſet,
qui enim alius effectus erat doctrinæ aut quo illius
tam frequens vſus tendebat & quorſum ille quotidie
inſiſteret, & hodie diluculo ad prædicandum ſurge-
ret? Erat illi animarum ſalus pretioſiſſima, hanc cu-
*Pſal.* 118 rabat, hanc ſitiebat, & hoc modo parandam illam
ſperabat. Sciebat doctrinam eſſe lucem ad pellandas
animarum, tenebras, declaratio inquit Dauid ſermo-
num tuorum illuminat, præceptum domini lucidum
internos illuminans oculos. Sciebat illam morborum
*Diuinæ* omnium animi eſſe medicamentum efficaciſſimum
*doctrina* nō ut philoſophica præcepta, ut ille dixit, ſunt uerba
*cōmoda.* & uoces quibus hunc lenire dolorem poſſis, & ma-
gnam morbi deponere partem, ſciebat illam uere
eſſe expultricem uitiorum, à mandatis tuis in tuis in
tellexi propterea odiui omnem uiam iniquitatis, ca-
lamitatum uitæ ſolamen, iuſtitiæ domini rectæ lætifi
cantes corda, cantabilem mihi erant iuſtificationes
tuæ in loco peregrinationis meæ. Vitæ ducem, conſi
lium meum iuſtificationes tuæ, lucerna peſtibus meis
verbum tuum & lumen ſemitis meis, ac deniquæ
cuius

cuius fide & obſeruatione non tantum à vijs ſuis impijs conuerterentur homines lex enim domini imma culata conuertens animas, ſed æterna uita potirentur, quod illi erat in uotis, & ideo quod antiquis prophetis præcipiebat ille ipſe faciebat, ſuper muros tuos conſtitui cuſtodes tota die & nocte non tacebũt, ò quam hæſere magiſtri veſtigijs Apoſtoli, quibus fuerat à Domino præceptum, Euntes ergo docete omnes gentes. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Et poſuit in nobis uerbũ recõciliationis, pro Chriſto ergo legatione fungimur tanquã deo exhortãte per nos exhortamur & obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo, non ceſſaui per trienniũ nocte & die cum lacrymis monere unumquemq; ueſtrum. Qua propter conteſtor uos hodierna die quia mundus ſum à ſanguine omnium, non enim ſubter fugi quo minus anuntiarẽ vobis oẽ conſilium Dei, quod vt præſtaret Timotheus ita rogat obnixe, teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos & per aduentum ipſius & regnũ eius, prædica uerbum inſta opportune importune. Nunc neq; nouiſſe uidemur muneris pręſtantiã, neq; doctrinæ pondus, neque animarum quã ſit pretioſum lucrum, neque quanta ſpectet merces lucrantes illas, quando tanto muneri, tã raro, tam frigide accingimur. Neque nouimus quam ſint Deo ingrati tacentes & quod expectet illos ſupplicium quibuſque & quam plenis ignominiæ nominibus notet Deus uæcordes iſtos, in non tradentẽ talenta ad uſuras ait, ſerue nequã, in tacentes, illa ſunt canes impudentiſſimi, canes muti non ualentes latrare. Sed audio mutuo huius negletus doctrinæ culpam reijcientes in prædicatorem auditores, in auditores prædicator ait. n. prædicator animo linquor cum rarum ſpecto populũ, aut cũ concurrentem illũ video nulla utilitate capta. Vtiliſſimũ ad iſta Origenis conſilium ſi-

*Fidei & obſeruatio diuinæ doctrinæ.*
*Eſai. 62*
*Mat. 28*
*Mar. 16*
*2. Cor. 5.*
*Act. 20.*
*2. Tim. 4*
*In multorum magiſtrorũ ignauia.*
*Luc. 19.*
*Eſai 56.*
*Querun tur cõ i o natores.*

cũr põtifices cũ offerebãt neceſſario erat eis prouidẽdum neque macula ineſſe hoſtię, neque uituperationis vitiũ vt poſſet accepta Deo eſſe & grata, ita & qui Euangeliũ ſanctificat & uerbũ Dei annunciat cu iare omnino debet, nequa in prædicando macula, ne quod indicendo vitium, nequa in magiſterio culpa naſcatur, ſed, vt ita dixerim, ſi fieri poteſt ſemetipſũ immolet. ſe primũ vitijs iugulet & ſua prius peccati mẽbra mortificet, ut non ſolum doctrina ſed & vitæ exemplo diſcipulorum ſalutem oblationem ſuã acceptam faciat. Deo Vtraque occaſio eſſe uidetur, ſed leuius illa.

*Queruntur auditores de cõcionatore.* Auditores dicũt nõ tã pure viuit ille ut cõcionatur aut nõ concionatur ita feruidè ita acutè, ita copiosè, ita ornatè ut par erat tãto muneri deſtinato. Nõ sũt illius verba ui ſapiẽtũ verba sũt quę & ſtimuli & claui appellãtur. Nõ noſti, ò auditor, quãti tua iſta interſint, alioqui ſi mortẽ tuam ſi tam ſcires in huiuſmodi aquã puriſſimã illam non bibiſſes, nequa quam chryſtallinũ poſtulaſſes vas, ſi ſcires ſi huiuſmodi panem non comediſſes obiturum te mortem manducaſſes illum, candidus enim ille eſt & uiuificus etſi patella tibi non aducatur argẽtea, è ſolo col *Expẽde ſimilia.* ligebat filij Iſrael manna, ex aſini mãdibula ſitiens *Exod. 16.* Sanſon bibit aquã, neq; tu aurea reſpuis grana quod *Iudi. 15* terræ ſint admixta, & ex roſetis tamẽ ut olfacias roſas colligis, ſpinas relinquis, vñ etſi vera ſint Plutarchi illa, ut in ludo ſphæræ, alterius eſt cõmode mittere alterius ſcite excipere. ſic in audiendo conuenit vtrunque ſuo fungi officio tum eũ qui diſſerit, tũ eũ qui auſcultãt, non deſinunt eſſe etiam uera illa, non oportet hoc animo ad audiendnm accedere, quoad ſpectaculum, puta, ut tantum delectemur, *Audiat concionator.* ſed ut meliores efficiamur concionator autem non linquatur animo, neque deſiſtat, & ſi auditor non profecerit, Certa ſunt illa Chryſoſtomi,

nemo

nemo prudens arguit medicum, qui ſuum agit officium, ita concionator medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum imponit auditorum poſthac cura erit ut emendentur. Vide etiã homilia 33.34.& 43. in Geneſim. Gaudet populi concurſu Chriſtus, & qđ ſurgente illo ut doceat diluculo non dormiat ille ſed auidis recipiat ille animis quæ auide dantur ſitq; huiuſmodi matutina ſurrectio indiciũ non tantum guſtas qui ex doctrinæ auditione capit̃, ſed & deſiderij capiendi commodi ut in Chriſto fuit proficiendi, ò q̃ ſunt iſta felicia & grata Deo cum ſurgit diluculo ad docendum, magiſter proijciendi populo deſiderio incenſus & diluculo ad audiendum ſurgit populus eodem proprij profectus amore incenſus.

*D. Chry. lib. 3 in gen.*

*Auditores et magiſtri grati Deo.*

Cum materiæ aptitudo iuuat artificem, cum terræ diſpoſitio ſeminantem, cum infirmi uirtus & medicamentorum libens receptio medicum, cũ ingeniũ & promptitudo diſcipuli magiſtrum, gratiſſima eſt inſumpta opera, & iucundus labor. Interim dum pietas Ieſu ad capiendas animas ſurgit diluculo, ſurgit & impiorum malitia ignorans ad parandas pedicas illi, & adducunt mulierem in adulterio deprehenſam, callido nimis ingenio non tam ut illius puniatur delictum & labes iſta reipublicę mundetur, ſitq; alijs exemplo delinquentibus, neque diuinæ ſeruandæ legis zelo, neque fortaſſe inteſtino in illam odio, ſed illius lapſu gaudent illi qui cruciari deberẽt, quia ſcribæ & Phariſæi erant, & ob uiolatam legem & irrogatam diuino iniuriam numini, & quia punienda eſſet mulier ex infirmitate lapſa, his enim & alijs modis piæ cruciantur animæ timentes ẽt ne & ipſæ tententur, ſed gaudẽt illi quia pedicas ſe inueniſſe cenſebant, quibus caperetur Chriſtus, hoc illis deſiderium, hic perfidus animus, hæc impia mens!, neſcientes miſeri quod cogitationes cordis illorum audiebat auris illius.

*Similib. dicta probantur.*

*Chriſti optimi maximi animus expende & dira phariſęorum pectora.*

*Expẽde iſta.*

*Gala. 6.*

*Pſal. 9.*

*Pſal.9.* Proponunt igitur illi animo,ut diximus, diro & duplici,ſed comprehenduntur in conſilijs quibus cogitant cognoſcetur dominus iudicia faciens in operib. manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator,laqueū parauerunt pedibus meis, & incurnauerunt animam meam, foderunt ante faciem meam foueam,& inciderunt in eam.

Scribens in terrā,opere indicans non tam diſplicere illi quod cauſam propoſuerint, digna erat ſupplicio mulier & obſeruationis legis amicus ille,nō enim ideò inſtitutæ ſunt leges ut laxentur aut præ ſtulta miſericordia ſcelera non puniantur,neque iudices ſine cauſa gladium portant, ſed diſplicebat animus liuore & odio in illum infectus,& quod tanta eſſet & tam ſtulta illorum impietas vt ſuſpicaretur friuolis ſuis dolis & captionibus capiendum qui toties ſe cordium ſcrutatorem manifeſtarat, cumque importuna adhuc eſſet impietas,& quæ ſilentio illò & ſcriptione in terra non ſibi reſpondiſſe arbitraretur rogat iterū.

*Text.*

*Leges quorſum inſtituta*

*Rom.13*

Reſponſum expendite quo & ſe mitem oſtendit & legis obſeruatorem,& peccatorum propitiatorem, & ſua illis impietate manifeſtata quomodo dedit illis abeundi locum cum minore rubore, iterum ſe ad ſcribendum in terram inclinans.

*Expende quā ſplēdeat in oībus ſapientia Chriſti.*

Neque ideo cenſeas nō diſplicere ſcelera Deo aut non ſpectare illa magna ſupplicia, aut nolle illa à iudicibus puniri, & datas ab illo leges non ſeruari, & quas prudentiæ humanæ ſanxit æquitas ueriſſima enim illa ſunt odiſti omnes qui operantur iniquitatē, perdes omnes qui loquuntur mendacium,uultus aūt domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum ira & indignatio omni homini operanti malum,unde de adultero, maledictus qui dormit cum uxore proximi ſui, hoc nefas eſt, & iniquitas maxima, ignis eſt uſque ad perditionem deuorans & eradicans omnia genimina; Vnde digniſſimè

*Pſal.5.*

*Rom.2.*

*Deut.27*

*Eccl.23.*

mè Chryſoſtomus, etenim qui mulieris alienæ tene- *Chry.ora*
tur amore, qui ſcortis uacat ebrius eſt & quemadmo *tio. 5. ad*
dum is qui multum bibit merum ſeſeque ingurgi *vet iude.*
tauit, illiberales uoces effundit, aliudque pro alio
uidet, ſic & ueluti mero quopiam ſua cupiditate re-
pletus neque ſana profert uerba, ſed obſcœna omnia,
ſed illiberalia riſusque plenã, aliaque pro alijs uidet
cæcutiens ad ea quæ cernuntur, & idem ſicut naucle *D. Chry.*
rus in portu naufragium faciens, ita uir poſt nuptia *lib. 3.*
lem portum aliena coniugia inuadens uel mulierem
alienam curioſius ſpectans, nullam habebit defenſio
nem tam apud Deum, quam apud homines. Etiam ſi
ſexcenties naturæ uoluptatem prætexat, unde digniſ *1. Cor. 6.*
ſimè in illos, illa ſunt Pauli ſanctiſſimi: an neſcitis
quoniam iniqui regnum Dei non poſſidebunt? nolite
errare, neque fornicari, neque idolis ſeruientes, neque
adulteri, neque maſculorum concubitores, neque fu-
res, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neq;
rapaces regnum Dei poſſidebunt, poſſidebunt autem
illud qui ab his, reliquisque uitijs læthalibus mundi
fuerint, è quorum numero ut ſimus diuina faciat pie-
tas. Amen.

## SALVTATIO.

*Sagittis ſolet homines multa occidere, Deus au* *Eſai. 49.*
*tem diuinæ ſuæ doctrinæ ſagittis multis ſolet*
*uitam dare, ſunt enim illæ electæ & uiuifi-*
*cę. Illis uitam dedit Magdalenæ ob inflicta*
*peccatorum uulnera mortuę iacenti, eundẽ*
*uoluit ſuę doctrinæ enuntiatoribus eſſe ſco-*
*pum, uiuificare inquam animas peccato mor*
*tuas, Sed neque dirigere ſagittas, neque eia-*

*culatis*

*culatis ipſis uiuificare ſine illius gratia ualent, precemur tribuat nobis illam uirginis puriſſimæ interceſſione. Aue Maria.*

## THEMA.

### De Magdalena.

*Cur Chriſtus in domo Phariſæi diſcubuit.*

QVORSVM, o bone, in domo Phariſæi diſcumbis? Non tu illorum ingenia noſti & quam ſit malitia ſua tuæ inepta doctrinæ? Sunt enim illi animo duplici, quod tu maxime deteſtaris, doloſa lingua, quod maledicis, ſanctitatis ſimulatores, quod abominaris: iniqui om- *Eccle.2.* nium, quæ aut dicis aut facis, iudices? Omnia cum *Iacob.1.* ingenti ſapientia à Chriſto fiunt. Probro illi dabant, *Pſal.11.* quo cum peccatoribus manducaret ſi nunc Phariſæi *Mar.2.* dedignatus fuiſſet conuiuium quanta eſſet querela- *Luc.6.* rum data illis prauo ſuo iudicio occaſio, cũ omnibus igitur manducat qui omnes cupiebat eſſe ſaluos, neque ſine mercede manducauit, ſed conuiuium conuiuio compenſauit ille, cuius conuiua ſi fuiſſet ex animo Phariſæus omni conuiuio fuiſſet opulentius, & *Heſt.1.* glorioſius, ut planè erat. Nam ſi ob id magnificẽtia conuiuij Aſſueri predicatur quod principes tyrannos & præfectos prouinciarum haberet conuiuas, quãto hoc ſplendidius quod Chriſtũ habebat cõuiuam qui *Pſal.23.* dominatur a mari uſque ad mare? Qui non præfectus eſt prouinciarum neque illarum tantum dominus, ſed orbis & plenitudinis eius & eorum omnium *Iom.4.* quæ habitant in eo? O Phariſæe ſi ſcires donũ Dei, & quis eſt quem domi habes quanta illius ſanctitas, pietas, magnificentia, gloria, & quis eſt quem tu pa-

ſcis

ſcis tu, ut te paſceret petijſſes ab eo, ut petito potu di ctum fuit Samaritanę, pauiſſetque ille te cibo qui nō perijt, aqua ſalienti in uitam æternam pane uitā ho minis confirmante, potaſſet & uino corda exhilarau ti diuinis dapibus te ſaciaſſet, Sed conuiuium admiſ ſit ut ſeſe non eſſe perſonarum acceptorem oſtende ret, & quanta ſit ſanctitatis, ueritatis & innocentiæ fi ducia, quæ illis ſe credit qui illius ſunt inſidiatores. Fecit etiam quod facere ſolent & reges cum venatū pergunt qui humile paſtoris tugurium non dedignan tur ingredi, & latere in illo damam aut ceruū aut his ſimile ſpectantes, ſciebat diuinus animatum uenator in domum illam illius deſiderio incenſam Magdale- nam uenturam, quam eſſet ipſe cœlo venaturus, & ideo neque tugurium illius maieſtati anguſtum, & ſi nobis illa domus alioqui eſſet, non eſt dedignatus, & ut ille & ſpectator eſſet pœnitentiæ illius & remiſ- ſionis peccatorum & doctrinæ auditor quam in illius conuerſionem, docturus erat Chriſtus, & quam eſſet ille benignus qui non dedignabatur peccatores, ſed illorum patronum ſe agebat & multa alia quæ fecit digniſſima quæ in oculis Phariſæi fierent ne illius cauſa non facta ſuſpicaretur. Magna fuit ſemper be ne docentium & uiuentium fiducia timida res iniqui tas & dolus, latebras quærunt & ſpeluncas, ſolitudinē amant, conſortia uitant, aues illæ ſunt nocturnæ in- terdiu uolare non audentes, at pietas, miſericordia, humilitas, innocentia, uera doctrina, lucem amant, ui deri optant, audire expectant, Phariſæos non vereu- tur. Qui graditur ſimpliciter, aiebat ſapiens, graditur confidenter, qui quæ furatus eſt uendit, aut adulteri na pro ueris, ut ficticias gemmas uitiata numiſmata ſemper timido eſt animo, agnoſci nolet, lucē fugit, nullibi tutus quieſcit, at, qui uendit quæ ſua ſunt, aut quæ uera ſunt, bono eſt animo & minime timido, ac ita euenit qui furatā ſimulatione innocentiā aut ſan-

*Ioan. 6.*

*Pſ. 103.*

*Vere ſanctitatis fiducia.*

*Christus venatori ſimilis.*

*Expende*

*Timida res iniquitas.*

*Prou. 10*

*Expende ut prædicta confirmentur ſimilia.*

ctitatem uēdunt,& adulteratam doctrinam hi continuo affliguntur metu, ad quęuis pallent, qui autē uere pius, uere innocens eſt,& illius doctrina ſolida, certa, pura,& in domo Phariſæi diſcumbit, coram illo opera ſua facit, in illius auribus doctrinam ſuā prę dicat. Et cum accubuiſſet ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix ut cognouit &c. O q̄ gaudet Deus huiuſmodi accelerationibus,& quam ſunt illi moleſti qui uitæ emendationem differunt de die in diem, in rebus dubijs bona eſt conſultatio, non nocet mora uerta enim ſunt, quæ quidam dixit curſus non eſt idem finis & conſilij, in illo enim laudatur qui celerius cucurrit, in iſto qui maturius conſultauit, at in rebus opertis & in quibus animæ ſalus uerſatur & in tanta uitæ incertitudine periculum maximum eſt in mora, quis ignes fugiens quibus inſpectato domus, eſt incēſa moram faciat? Quis ut rabidum uitet leonem cunctatur? Quis potens ſeſe eripere à catena qua ducitur in triremem ut maria ſulcet, aut in carcere exiſtēs extremi ſupplicij afflictus metu euadendi occaſione oblata non arripit momento illam? At iſta umbra ſunt ſi animi illa periculis compares, nulla igitur in iſtis interponenda dilatio eſt, ſed implorandum diuinum auxilium ardentiſſime dicendo, accelera ut eruas me à tantis malis quibus miſer uexor, Domine ad adiuuandum me feſtina,& tu accelera etiam & feſtina quærens Chriſtum, ut te à tuis liberet malis, in rebus humanis in quibus feſtinatione fuit opus, nūquā qui ſana fuerunt mente ſegnes fuere. Abigail ſtulto à Nabal exhibito reſponſo Dauid uiri præſtantiſſimi uiris, ruinam ſuſpicata, domum feſtinauit parare munera Dauidi & obuia fieri illi, quod ſi diſtuliſſet actum erat de domo Nabal, feſtinauit Abigail & tulit ducentos &c.

*Confidēs eſt u era innocentia.*

*Text.*

*Expēde.*

*Non differenda cōuerſio*

*Similiā certitudinē ex pende.*

*Pſal. 30*

*Pſal. 6.*

*1. Re. 25*

*Gen. 31.*

Fugientes Laban conſpectum Rachel,& Iacob insecutus ira Laban,& magna minans, quia furata fuiſ-

ſe illius adola ſuſpicabatur Iacob, perſequutus eſt illos & Rachel pericula metuens nulla interiecta mora feſtinans abſcondit idola. Quin & Angelus cum moram faceret Loth in egreſſu Sodomæ uelut illius dilationem acerbe ferens,& quod in ſibi ipſi,ac ſuis in tanto periculo conſulendo, aliquantulum uideretur tardus,illius manum apprehendit. *Gene.* 19

Dauid audita nefarij Abſalonis coniuratione in illum facta & quanto illius caput in periculo uerſaretur & illius tota familia,non cunctatur,nõ tardat ſed ait,ſurgite fugiamus,neque erit nobis effugium à facie Abſalon,feſtinate egredi, ne forte ueniens occupet nos,& ſi voces & opus,res eſſent inſuetæ illi, qui timore neſciuit leones,neque terga uertere vnquam, at imminens urgebat periculũ,& filiũ metuit qui nũquã timuit hoſtẽ. Omnes igitur cũ cunctatio ob futura eſt propter periculũ imminens feſtinant,fugiũt, non tardant,& nos in re omniũ grauiſſima,in periculo omni periculo magis metuendo cũctabimur? Moram faciemus ſcientes,quod dies domini ſicut fur in nocte veniet? Scientes,quod qua hora non putatis filius hominis veniet, ne tardes igitur conuerti ad Dominum & ne differas de die in diem, ſubito enim ueniet ira illius & in tẽpore vindictæ diſperdet te.Egregia ſunt illa Hugonis & Chryſoſtomi, ſi corporis morbũ patiamur oĩa facimus & tractamus,ut à moleſtia liberemur,anima uero noſtra male habente tardamus & differimus,ꝓpterea nec à uitijs liberamur, in illa ætate qñ flaueſcunt crines, caro niteſcit eburnea, oculorũ gẽmis, facies roſea decoratur, valetudo corporis uires ſubminiſtrat, iuuenilis ætas uitæ ſpatiũ repromittit,qñ uigẽt ratio, uiget etiã corporis ſẽſus, uiſus acutior,auditus prõptior, vultus iucũdior, qui in hac ætate ſe domãt,& Deo ſe ſociant præmiũ Ioãnis ſpectant,tales offerunt hoſtiam viuentẽ,Deo placentem immaculatã non aure,nõ oculo,non pede

*2. Re.* 15
*1. Re.* 17
*Mora periculoſa uitanda.*
*Mat.* 24 *et Lu.* 12
*Eccle.* 5.
*Chryſ. h.* 40. *ad Anthio.*
*Hugo de c auſtr. animi. li.* 3 *c.* 12
*Phi* 4 *et Rom.* 12

non cauda carentem. Audiat hoc ſenum ſera conuerſio, quibus ex defectu ſenectutis aures obturantur, oculi turbantur & ut cuncta breuiter perſtringam ipſi in ſe per ſe deficiunt. Vide de pęnitentia & conuerſione non differenda Cæſarium Arelateſem h. 26 & Chryſoſtom. h. 75. in Mattheum. Tertullianum li. de pęnitentia. Ambroſius, ſi aurum tibi afferam non mihi dicis cras ueniam, ſed iam exigis; nemo differt, nemo excuſat, redēptio animæ promittitur & nemo feſtinat. Magdalena anteacti temporis ingenti dolore cruciata, añ actę uitęmores & deteſtationē demirans, plura animo uoluens quæ fieri non poſſe iā credebat à iudicio ua lente, diuinæ clementiæ theſauros demirata, quæ tot prouocata ſceleribus uindictā non ſumpſiſſet & quæ nunc ita, benigna & pia illam in ſe ipſam redire feciſſet quę plus Nabuchodonoſore fuerat alienata & cum belluis uitam agebat, ecce ut cognouit, cucurrit. Sed cur dicta eſt mulier quæ erat in ciuitate peccatrix? In primis ut cognoſceremus, quod quæ huiuſmodi morbis magis affectæ ſunt, illæ omnino ſunt quæ medico magis indigeant, illū ſunt celerius quæſituræ. Rurſum intelligamus quāta ſit ignominia nominis mulieris ſibi indulgentis, quod ut uitarent quando nullum illas ſpectaret ſuppliciū mortē erāt obituræ, obolet nomē ipſum, abſurdū eſt, non ita illa offendunt ſtercus, limus, cœnum, quam quæ hoc nomine ut hodie ſonat, notantur, dedecus ſunt muliebris ſexus. Abhominatio, labes, ſæculi ſui pernities, pedica diaboli, horrendum mōſtrum, quod enim monſtrum horribilius. Et propie naturæ magis aduerſum quam mulier ſine ſilentio, ſine pudore, ſine honeſtate, ſine honore? quā mulier garrula, uaga, quietis impatiēs, & (qualis à ſapiente graphice depingitur.) Baſiliſco ſi milis q aſpectu necat, uipera quę ſaliua, incātatrix quæ ſermone & cui maxime ueneficę congruunt, nomina, illæ enim Philtris, hæc uel ipſo corporis

*Senes ex pendant.* *Arelat. h. 26.* *Chryſ. h. 75. in Matt.* *D. Amb. ſermo de clemen. et ieium.* *Magdalena conuerſio.* *Dan. 4.* *Magdalena cur dicta pec catrix.* *Nominis ignominia ni tanda.* *Expendat qui moribus eſt impudicis.*

patris habitu, illis iſta congruunt maxime, commorari leoni & draconi placebit quem habitare cum muliere nequam, & quę dicta ſunt de muliere rixoſa, Melius eſt habitare in terra deſerta quam cum huiuſmodi muliere. Hæ ſunt quæ occurrunt habitu meretricio, pręparatę ad decipiedas animas, à quibus facies eſt auertenda, quod ſum̃e illis debet eſſe cõfuſioni, nam quod non dicitur de pardo, de tygride, de draco ne dicitur de illis, Ne reſpicias in mulierem multiuolam ne forte incididas in laqueos illius, auerte faciem tuam à muliere compta. Aſpectu necant, uerbis incẽtant, tactu ac ſi flãmeæ eſſent adurunt, omnis mulier quæ eſt fornicaria quaſi ſtercus à prætereuntibus in uia cõculcabitur. Fouea profunda eſt meretrix & puteus anguſtus, vnde Chryſoſtomus, ego quidem exiſti mo nullã eſſe in hoc mundo beſtiã comparabilẽ mulieri malæ, quid inter quadrupedia animantia leone, ſæuius? Sed nihil hac ferocius, quid in ſerpẽtibus dracone acrius? Neque hic quidem cũ muliere mala conferri poteſt, ò malum ſummum & acutiſſimũ diaboli telum, mulier, ò malũ omni malo peius, mulier mala. Lege ſequentia in Chryſoſt. ſermone de decollatione Baptiſtæ. Et quod ſummam illius miſeriã explicat cum adhuc viuit illi ſunt, non offeres mercedẽ proſtibuli, reſpuit enim illam Deus, ut reſpuit hodie quæcunqũe ab impudente meretrice aut dicũtur aut ſiunt etſi uirtutis ſpeciẽ habeant. Harum conſortium conuictum, colloquium, uitant, quæ ſibi conſultum nominique ſuo uolunt fœminæ pluſquam ſcabie infectas galica, pluſquam uitaſſent præſentanei ueneni ſerpentes, aut crocodilos, non tantum ne diſcant opera illarum & ſeruiant illarum ſculptilibus, ſed ne ignominioſe illo nomine aſpergantur, quo vel ex ſola loquutione ſolent notari. Vnde illa, ſicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionẽ, de carbonibus

*Eccl. 25* *Pro. 21.* *Pro. 7.* *Eccl. 25* *Eccl. 9* *Prou. 23* *Chry. ſermo de decollatio. Baptiſt.* *Deu. 23* *Vitandæ improbæ conſortium fœminæ.* *Pſ. 105.* *Ecc. 26.*

nibus ſcintillæ diſiliunt, morbos aſpides ſibilant, &
*Prou. 25* mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam, quam Sa
*D Cipr.* lomon ſic comparat dicens, De veſtimēto procedit
*de ſingu* tinea, & de muliere iniquitas viri. Quæ autem hono-
*lar. debi* rifico, nobili, honeſtarū notantur nomine & ſtudio-
*torum.* ſæ illæ ſunt pudoris & honeſtatis, pluriſque habent
*Honeſta* nomen illud uita, nihilque illis charius eſt & pretio-
*tis ſtu-* ſius, illud enim illis argentum, illud aurum, illud pre-
*dioſa fę-* tioſiſſima illis eſt gemma, immo vt arenam exiguam
*minæ.* præ illius pretio & amore exiſtimāt iſta; iſtæ quibus
*1. Reg. 9* glorioſius eſt honeſtatis nomen, quam fuit corporeæ
*2. Re. 14* elegātiæ Sauli, pulchritudinis Abſaloni, fortitudinis
*1 Re. 17* Dauidi, diuitiarū Salomoni, & quæ Ioſeph ſimiles
*3. Reg. 2* in his non laboris & periculi patientur ne obſcuretur
illud, quinus nomen hoc theſaurus eſt, honos decus,
*Gen. 39* quæ huiuſmodi ſunt muliebris ſunt gloria ſexus, pa
rentum gaudiū, fratrum corona, cognatorum honos,
populi decus, ſunt lilia in tranſitu aquæ, thus redolēs
*Eccl. 50* in diebus æſtatis, ſtellæ inter nebulas lucentes, Chri-
ſti bonus odor, intus exteriuſque formoſæ, de quibus
egregia illa, Fundamenta æterna ſupra petram ſoli-
*Eccl 26* dam, Et mādata Dei in corde mulieris ſanctæ. Fallax
gratia, & vana eſt pulchritudo mulier autem timens
Deum ipſa laudabitur, Pars bona mulier bona in par
*Prou. 31* te bona timentum Deū dabitur viro pro factis ſuis,
*Eccl. 36* Ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix, Nominis,
& uitæ per pertęſa, ut uitę mutatione, mutaret & om
nia ut cognouit, Reſciuit tanto medico illius egere
*Expēde* morbum, tanto purificatore illius labes. Venit & mi
*ſimilis* nime uacua, ſed ut ſolent qui ex animo pęnitent quæ
*vim.* reſtitutioni obnoxia norunt cum ad confitendum per
gunt iniecta in marſupio ferre vt illis reſtituātur qui-
bus debita erant, uas alabaſtri attulit, vnguēto plenū
nequaquam in hoc auara quæ fuerat in alijs eſtuſa,
*Exo. 35* cum e contra ſæpe contingat in fęminis, plena. n. quę
pretioſa ſunt danda ſunt ei, à cuius manibus ut opti-

me Dauid omnia cepimus, qui effuſi ſunt in his quę ad corpus, aut corporis inanem honore & male meri- *1 Parali. 19.* tam indulgentiam ſpectant, miſeri in his quæ ad animum Christi ve cultū expectant & ſordidi & auari, *Prepoſtera liberalitas.* nihil illi plenū dantes & vt Christi maieſtatē & animi dignitatem decet, Magdalena animo magnifica, antiquæ effuſionis non immemor, Christi maieſtatis memor, non pauco unguento aromatico in nitidum uas infuſo, uenit ad Christum ſed pleno illo, uaſe etiā electo, leui, grato, & pretioſo. Quis animo ualeat explicare lætum Magdalenæ dolorem & Christi optimi gaudium, de inuenta oue, de drachma perdita, de *Luca. 15.* filia prodiga redeunte non tam de inuento thesauro lætantur homines, non tam captiui libertate filij, nō tam gauiſus fuit Dauid cum corruentē uidit ad illius pedes gigantem cui uitam erat ablaturus quam huius ad pedes proſtratione, cui uitā erat daturus Christus, lacrymæ aquæ illi fuerunt Siloe, illuminarunt illam, aquæ Iordanis quæ à lepra illam mundauerunt, aquæ de quibus conuertit, terram ſine aqua inexitus aquarum, de quibus mittit Chryſtallum ſuam ſicut buccellas ante faciē frigoris eius quis ſuſtinebit? emittet uerbū ſuum & liquefaciet ea, percuſſit petrā & fluxerunt aquæ, petra enim cordis diuina percuſſa uirtute fecit è oculis aquas fluere, lex iuium quo lauās Christus ſuper niuem dealbat, aqua cordis, ſuccus ſalutifer, uera aqua Angelorū, quia Angelos exhilarat & homines puritatę reddit quodammodo Angelis similes. Aquæ aquis mari rubri quodāmodo ſimiles quia illis ſolet diuina benignitate mergi Pharao, cū exercitu, pluuia uoluntaria quam Deus ſegregauit hereditati ſuæ, de lacrymis egregia Chryſoſtomus, ſicut poſt vehementes imbres, mundus aer ac purus efficitur, ita etiam lacrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur atque trāquillitas omniſque illa peccatorū tenebris offuſa caligo diſſoluitur, & ſicut ex aqua & ſpiritu

*Gaudium Chriſti de recuperato peccatore.*

*1. Re. 17.*

*Lachrimarum uirtus & laus.*

*Pſ. 147.*

*Vide de lacrymis D Chry. Homil. 6 in Mat. & homilia 4 de penitent.*

ſpiritu ſic rurſus ex lacrymis & confeſſione munda-
*D.Crhy.* mur, Modo ne ad oſtentationem iſtud faciamus. Et
*ho.4. de* alibi,non ſic ſemina delatus imber germinare, & cre
*pœniten.* ſcere facit vt pietatis ſemen, excitat & vernare facit
ex lacrymis ruens imber hic aīum detergit, irrigat
mentem, gaudium pectoris Magdalenæ incredibilī
mixtū dolore.Sed ſuperabat iudicio meo dolorē, gau
*Pſal.83.* dium ēt ſi nimius ille erat,exultabat cum Dauide &
aiebat,cor meum & caro mea exultauerunt in Deum
uiuum, lætetur cor meum non iam in quibus miſerū
miſera ſolebat hoc me angit, ſed ut timeat nomen
*Pſal.4.* tuum,blando,puro & cœleſti ſuffuſa gaudio,aiebat,
eructauit cor meum uerbū bonū dico ego opera mea
Regi,non fallaci, ut ſolebam,mundo, non illius gau-
*Lætitia* dijs male ſanis ſed Regi, Chriſto optimo maximo
*conuerſæ* ſuauiſſimo mihi & benigniſſimo.Nō tam lætati ſunt
*Magda-* quotquot Chriſti beneficio fuerāt à morbo ſanati, vt
*lenę.* mundati leproſi,cęci lumine gaudētes,paralytici ſani
*Luc.17.* tati reſtituti,quam lętata eſt nobiliſſima Magdalena
*Luc.18.* lepræ aī mundatione,oculorum animi lumine quo ca
*Luc.5.* rens ambulauerat illa in tenebris,liberatione à paraly
ſi,quæ miſeram,ueluti compedibus uinctam,detine-
*Expēde.* bat ne ad Chriſtum iret. Sed quis te Magdalena tan
ta docuit ad impetrādam ueniam delictorum quę in
hac ſchola rudis adhuc diſcipula es? Si de ſchola fuiſ
ſent iſta mundi in cuius uana,inutili & pernicioſa do
ctrina,tota uerſata es uita nō miraremur,ſed in ſcho
la pęnitentiæ quam nunc primo ſalutas, quam nunc
primum ingrederis, ea facere quæ exercitatiſſimi fa
ciunt in ea,hoc admiratione eſt? Magiſtrum illa Deū
habuit qui non ſpectat tempora ut quos priuato ille
proſequitur amore in illius doctrina proficiant, do-
cuit ille publicanū quæ ſapiens ignorauit Phariſęus,
*Luc.18.* docuit Centurionem quæ ignorauere ſcribæ, docuit
Cananeam, quæ multæ fœminæ Hieroſolymitanæ
*Luc.7.* neſcierunt,docuit Samaritanam quæ mulier neſciuit
Hero-

Herodis, Subito quos ille illuminat uident, uix à Pau *Mat. 1 ſ*
li oculis exciderant ſquamæ cùm iam plus ille aqui-
lis, de diuinis rebus uidebat; & ſi certisſimum mihi *Ioan. 4.*
ſemper fuit qui bonis naturæ dotibus præditi ſunt à
natura, ut ingenio præſtanti, intellectu uiuaci, corpo *Act. 9.*
ris habitu egregie temperato quibus omnibus illi cul *Expēde.*
pa ſua abutuntur ſi quando diuino in ſe reddito bene
ficio uiam illi Dei aggrediuntur mirabiles in illa fa-
ciūt profectus temporis breuitate mirabili, ut ſi quis
gladium habet acutum cuius ille acie abutitur, ſi ita *Similia.*
tatur aliquando illa plura & citius ſcindet ille, quam
qui habet illum hebetem, & obtuſum. Si quis ocu-
lorum acie præditus eſt egregia, qua athomos ille So
lis & diſcernit & numerat, & quæ a longe nimis ſunt
& uiſu attingit, illius tamē uſus in illa conuertit, quę
aut nullius momenti ſunt, aut damni ſunt alicuius
ſi in bonos illa conuertit diuino iuuamine uſus plu
ra diſcernet ille quam qui lippis fuit à natura oculis
ac ita fuit quidem animo prædita Magdalena nobili,
ingenio præſtanti, intellectu uiuaci, corpore egregie
compoſito. Obtenebrata erant in illa iſta illorum *Præſtan-*
abuſu, reſipit diuino beneficio, & quam in rebus *tia inge-*
mundi ludicris illa oſtendebat aciem præſtantiorem *nij Mag-*
longe manifeſtat in diuinis, iſta igitur omnia docue- *dalenæ.*
re illam ut à tergo eſſet domini, illius ſacros & pu-
ritatis amiciſſimos oculos uerens, ut ſe ad illius pe-
des demitteret, quorum attactu eſſe purificandam
ſperabat. Nihil illo non cenſens ſalutiferum, excelsū *Expēde*
& plane diuinum etiam ſi pedes eſſent docuit quæ e- *quæ ſiāt*
rant ad lauandos illos neceſſaria, aqua inquam & au *à Mag-*
reum ad tergendum linthæum, docuit præterea quæ *dalena.*
illi gratior, quæ ſuauior, quæ iucundæ omni pretio
ſo liquore erat aqua, & magis odorifera illi effuſo
unguento, eſt enim illa quæ è cordis fonte chryſtal-
linos per canales oculorum ſtillatur, quæ ita effluxit
copioſe, ut lauerit illa cuncta lauantes pedes Domi-

*Magda* ni, & aurea cæſarie terſerit omni ex auro, act pi-
*lena ſe,* ctum linteolum ſuperans, oſculabatur illos in pacis
*ſuaque* ineundæ ſymbolum, unguento ungebat, ſeipſam reſ-
*oīa Deo* que ſuas pretioſas Chriſto dicans, tacebat præ dolo-
*dicat.* re, & pudore illa plus clamans quam Anna Samue-
*Silētium* lis mater. cum tantum illius, labia mouebantur &
*clamās.* ab eo qui cogitationes cordis exaudit illius oratio eſt
*1.Reg.1.* exaudita & conceſſa illi ſanctiſſima proles. Sed quid
apud diuinum Aſſuerum prouoluta pulcherrima iſta
*Heſt.5.* obtinet Heſter? Quid apud diuinum Dauidem for-
moſiſſima & prudentiſſima iſta Abigail? Plane quod
*1.Re.25* erat Regia & diuina magnificentia dignum, obtinuit
quod optabat, quod petebat, & obtinuit illud ita abū
danter, ut decebat non humanam maieſtatem, quæ
etſi ampliſſima dicatur, anguſtiſſima eſt, ſibi ipſi ſub-
*Glorioſa* uenire ſæpe non ualens, ſed qualem decebat diuinam
*compēſa* quæ omnia quæcunq; uult poteſt, vnde ita cōpenſata
*tio, illo-* & remunerata glorioſe videbis, quæ præſtitit illa, illa
*rū quæ ī* ſeſe à tergo cōſtituit, Chriſtus illam ante diuinos ocu
*Chriſti* los ſtatuit, & in totius Eccleſiæ conſpectu clariſſimā
*obſequi-* fecit, illa ſeſe in ſolum dimiſit, Chriſtus illam ſu-
*um fecit* ſcitat de puluere ut ſedeat cum principibus populi
*Magda-* ſui, illa pretioſiſſimas lacrymas præ dolore cordis ef-
*lena.* fudit, Chriſtus ineffabili gaudio cor illius ſuffudit, &
*1. Re.2.* circundedit illā lætitia, illa Chriſti puriſſimos pedes
*Pſal.29.* lauit, lauit ille illam gratiæ ſuę diuino liquore, & can
didiorē niue reddidit, illa, aurea cæſarie pedes terſit,
Chriſtus illam aurea charitate magnificentiſſime di-
tauit, illa unguento effuſſo odorifero ſactos unxit pe
*2. Co.2.* des, Chriſtus illam clementiæ ſuauiſſimo unguento
ita unxit, ut reddita fuerit Chriſti bonus odor in om
ni loco, è peccatrice reddita eſt magiſtra pœnitētiæ, di
uinæ benignitatis prædicatrix & non ſolum eorū qui
errarunt dux, ſed eorum qui in uirtutis uia magnos
progreſſus fecerunt. Nulli unquam Reges fida illis
aut neceſſaria obſequia exhibita ita cōpenſarunt, ne-

que

que compenſare potuerunt ut compenſata fuere quę *Heſt.6.*
à Magdalena exhibita fuerunt, non Mardochei ab
Aſſuero cum proditionem illi manifeſtauit ianitorũ,
non Danielis cum obſcuram interpretatus eſt Regi
Balthaſar ſcripturam, non Ioſeph cum diuina reuela *Dan. 4.*
tione ſomnia explicuit Pharaoni, & ſi dixerit Aſſue-
rus ſic honorabitur quē Rex uoluerit honorare. Præ- *Gen.41.*
dicabat enim exigua illa, unius hominis uox coacta
vna, & in populo uno, quos autem Deus ut Magdale-
lenam honorat ſacris ſuis & diuinis honoribus non *Honores*
unius hominis uox, ut dixi, coacta, neque in priuato *diuini.*
populo, ſed innumeræ, gaudentes uoces exultantes
ſonoris concentibus in cœlum homines illas extollen *Ex Mag*
tes prædicant, cantant populiſque innumeris. Erran- *dalena*
tem uidiſtis Magdalenam ſicut ouem factam in de- *cõuerſio*
uorationem beſtiarum agri, uidiſtis illam captiuã, *ne utili-*
bonis animi miſere ſpoliatam, grauiſſimis animi mor *tas ca-*
bis afflictam, ſemimortuam, ut Samaritanum, tan- *pienda.*
tum illi ſpes ſuperat reſurgendi, uidiſtis exoſam il- *Pſal.118*
lã domino, fratribus inuiſam, populo ſuo ſuſpectam, *Luc.10.*
ita ut peccatrix illa diceretur, uidiſtis illam pro idolo
corpus habentem qđ colebat, ornabat, pingebat, tota *Corpus*
illius miſeræ & fragili pulchritudini incumbens, ſui *idolum*
rerumq; omnium laudabilium oblita, uidiſtis in cor- *Magda-*
pore lilio candido, purpureo, ornato, dite, odorifero, *lena.*
pretioſo, cũctis amabili, veluti in ſepulchro iacẽtem
animã, tetram, pallidam, Deo inimicam, nudam, ino- *Sepulta*
pem, inſuauem, deformem, uillem, & modum quo ob *anima*
ſcuratum aurũ redditum eſt ſuo nitori, & omnis iſta *Magda-*
deploranda iactura in diuinum uerſa eſt lucrum, ſum- *lena.*
miſſione, pudore, deiectione, lacrymis, & inaudita pę
nitudine, ſi quid igitur illius imitatores fuiſtis ô hoĩes *Doctri-*
imitatrices ô fœminæ, ſi uitæ nobis non placet error, *na utilis*
ſi grata nobis non eſt dæmonis ſeruitus, ſi morbi ani-
mi non ſunt iucundi, ſi inflicta aĩę mortifera uulnera
uobis non ſunt accepta, ſi odium in uos domini non

eſt gratum, ſi in tanto periculo uerſari uobis non eſt ſecurum, quam habuiſtis magiſtram erroris, habete emendationis; & pœnitentiæ dimittite uos, rubore ſuffundimini, flete.

*Pulchritudo Magdalenæ qualis.* Erat antea Magdalenæ pulchritudo ſterquilinium candido & purpureo linteolo contectum, erat ſepulchri dealbatio, erat illa uas argenteum cęno plenum, eburnea arcula plena carbonib⁹, aurea pyxis inſuaui referta liquore, erat quod de fatua muliere fuerat à ſapiente, ſapienter dictum, in auris aurea in narib. ſuis, *Similia probant. Prou.11* non nouerat illa pretium pulchritudinis & ad quid ab artifice Deo facta, erant illius labia mortiferum mel diſtillãtia, uerba illius oĩ philtro potẽtiora illius lumina, lumina adurentia. Erant illius capilli rete expanſum, *Magdalena laqueus & pedica.* erat tota pedica, laqueus fouea, in cuius pulchritudine multi perierunt, & à qua auertendi eſſent oculi, tota huic negotio intenta, iam perfecte pulchra eſt lachrymarum aqua ſalutifera lota, quæ ſuper niuem dealbat, & omnes maculas tollit, pudore *Magdalena quãdo perfecte pulchra. Cant.5.* purpurata qui omnem uincit (ut dicunt) colorem, iã illius oculi lumina ſunt cœli & uitę fontes, iam illius labia diſtillantia myrrham primam quæ uenefica uerba proferebant, iam illius os uena uitæ, quæ mortis erant uerba, mala aurea in lectis argenteis, illius capilli Solis radij illuminantes, qui nubium erant fulmina, iam non ſunt ut antea auertendi oculi ab illa, *Prou.10* ſed in illam conijciendi, iam pyxis illa eſt aurea non plena cęno, ſed plena cęlo, iã domus illa eſt eburnea, *Prou.25* domus eſt Dei, vas argenteum diuina gratia infuſum, iam in auris illa eſt aurea ex Eccleſiæ auribus pẽdet, *Gen.31.* iam ſimilis illa eſt Racheli, Abigaili, Iudith, Heſter, *1.Re.25* quæ pulcherrimæ cum eſſent, animis erant pulchriori- *Iudic.9.* bus, iam omnes uocat ad pęnitentiam quos reuoca- *Heſt.6.* bat ab illa, uiamq; docet qua amiſſa recuperent, ni perire in æternum uelit. Sed hoc ſenſatos omnes in admirationem rapit, quod cum tot ſint ſequentes Magdale-

dalenam errantem, & tam taræ quæ ſequuntur pęnitentem, omnes remiſſionem peccatorum ſe conſequuturas ſperant, ſine lacrymis, ſine dolore, ſine confeſſione, ſine pęnitudine, ſine emendatione, ſine legitima confeſſione, & gloria potituras, quã non hac tm̃ admiranda pęnitẽtia, quæ ante Dñi pedes tota agit, ſed pęnitentia per totam uitam durante conſequuta illa eſt.

Huic ante confeſſionẽ ſunt ſimiles, qui bonis à Deo conceſſis abutuntur, ſiue corporis illa ſint, ut Magdalenæ, ſiue fortunæ ſiue animi, in quos congruunt quidem illa quæ de abuſu proſperitatis dicta ſunt à Gregorio, iram contra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus, ſi contra benignitatem illius, ēt ex ipſa ſua largitate pugnamus qui ſi ſaperent in omni nõ quæſita, non oblata diuinã maieſtatem offendẽdi occaſione; ſed ad quam & pretio & precibus, & mille alijs modis allicerentur dicturi erant, & apud ſé reputari, quod ne Deum & hominem offendere recolebat, Ioſeph, ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua, neq; quidquem eſt eſt quod in mea nõ ſit poteſtate, & nõ tradiderit mihi præter te, quæ uxor eius es, qũo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum. Sed abutuntur illi beneuolẽtia Dei in ſuam elationem, & pro ximorum depreſſionem, ut abutebatur Aſſueri Amã, quos non diſſimilis ſpectat euentus, utentes autẽ quo debent modo, illa gloria ſpectat quam mihi & uobis.

*Lib. 6 in c. 3. & lib. 30. c. 8.*

*Expẽdẽda iſta.*

*Gen. 39.*

*Vide rogo diuĩ Greg. li. M. 30. cap. 18.*

*Heſter. 6*

## SALVTATIO.

*Mirum eſt quam ſit Chriſtus præſens ſuis, & quam paucis egeant illi. Vt opituletur operæ que ferat, præſens id nobis manifeſtat euentus. Breuiſſima illa ſunt. ecce quẽ amas, &c.*

*tamen*

*& tamen cumulatiori illas afficit beneficio quam aut petiere aut concepere animis, uitam donat fratrem defunctum, quẽ ille præcabantur uiſeret infirmum. Vt nobis adſit, tribuatque ſuæ gratiæ opem breuiſſimis Angelicæ ſalutationis uerbis precemur uirgine interueniente. Aue Maria.*

## THEMA.

Domine ecce quem amas infirmatur.

*Cur ſuos in morbos labi permittat Deus.*

NON ſine magna diuina profunditate cõſilij Deus optimus maximus in morbos, & labores permittit incidere ſuos, ne odij hæc ſemper ſigna habeantur, & ne mala iſta corporis mala ſemper eſſe credantur, alioqui non quos diligit ille incidere permiſiſſet in illa. Hinc videmus caligantem Iſaach, cæcũ Thobiam, morbo afflictum Dauidem, pedibus claudicantem Iacob, & Lazarum dilectum præ grauitate morbi iacentem in lecto, & de illis qui ob illorum ſcelera Deo non erant amici aud mus illa, quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, in labore hominum non ſunt, & cum hominib. non flagellabuntur, & è contra etiam ſæpe uidemus pios & iuſtos ſalute & proſperitate modeſtę gaudentes, nefarios & impios & ſua abutentes potentia morbis grauiſſimis vexatos, vt Antiochum quem ſui præ fętore ferre non poterant, & de cuius morbi execratione ita ſactæ loquutæ ſunt literæ præ fętore graua bat exercitium, uidemus & Herodem.

*Gen. 27. Thob. 2. Gen 32. Pſal. 6. Pſal. 72.*

*Quã diſtent piorum flagella a flagellis impiorũ. Act. 12. Heb. 12.*

Omnia Deo mira ſuaui a te temperante & diſponente, diſtant tamen flagella iſta, quod quæ piorum

ſunt

ſunt flagella ſunt filiorum pro quibus illa ſunt Pauli, flagellat autem omnium filium quem recipit. Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri,& non filij eſtis, & paterno illa amore cum dentur, dantur ut ardentius ament Deoque hæreant, vt ab illo ſe pendere agnoſcant, ad illũ, vt hodie ſacræ iſtæ ſorores confugiant, illius ſe opis indigos ſemper intelligant, & multæ uariæque uirtutes quæ ſine huiuſmodi patientiæ exercitio laterent, in uſus pios manifeſtentur, & ut conſtet quod non tã tum ſalutis,& proſperitatis tẽpore diligunt illi Deũ, ſed etiam laboris & aduerſitatis, cum utraq; ab illius diuina manu ſibi immitti intelligant, Hinc illæ Iobi viri Dei amiciſſimi, & nobiliſſimæ & fidiſſimæ uoces, Dominus dedit, dominus abſtulit, ſit nomen domini benedictum, quæ cum nimia cum ſuauitate & vtilitate explicentur à magno Gregorio ipſum audite, Non ait dominus dedit diabolus abſtulit, ſed dominus dedit dominus abſtulit, fortaſſe erat dolendum ſi quod dominus dedit, diabolus abſtuliſſet, at poſtquam non abſtulit, niſi ipſe qui dedit, ſua recepit non abſtulit, magna quippe cõſolatio eſt nobis in eo quod diſplicet, quod ordinante ergo nos agitur, cui nihil niſi rectum placet, infligitque flagella illa Dominus aut infligi permittit, quia cum momentanea ſint, æterna ſunt mercede compenſanda, & quo illa plura aut maiora copioſiori mercede.

*Expẽde quid ſuſti flagellãtur à Deo.*

*Greg. li. Mor. 2. cap. 18.*

*D. Gre. uerba cõſolationis plena.*

Hinc illæ Pauli animoſæ uoces, Repletus ſum cõſolatione, ſuperabundo gaudio. Explica quibus in rebus ò Apoſtole, in diuitijs fortaſſe coäceruandis, in honoris ſplendore, in dignitatis culmine aliquo? inferiora iſta ſunt quam quæ auguſtiſſimum magni Apoſtoli Pauli pectus poſſent exhilarare, in tribulatione inquit, & exuberantis ille gaudij ratione reddens ait, Id enim quod momentaneum eſt & leue tribulationis noſtræ, tibi ò Paule amanti, tibi ex corde Deo fidẽti,

*2. Cor. 7*

*2. Co. 4.*

Tibi

*2.Cor.11* Tibi Robore animi prædito mirabili, quæ longiſſima ſunt ut fuere illa momenta uidentur. In laborib. plurimis, in carcerib. abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, quæ grauiſſima ut illa, leuia, ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, nobis momētum tribulationis, quo digniſſime & miſericordiſſime uexamur perpetuitas eſſe uidetur, & quod vncia doloris eſt, pondus grauiſſimum.

*Vide rogo. Gre. lib.mi.14 c.17. & 18. ibi iſtorum longa & gratiſſima expoſitio.*

Hinc Iobum uirtutis abſolutiſſimum exemplar audimus dicentem, & uos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis, ſaltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me & flagellis ſuis me cinxit.

*D.Baſil. in 5.Eſ.* Egregia ſunt illa Baſilij, quemadmodum qui uineā putant, aſtringunt eius uites, & internę continent, ut maiori cum temperamento procedat ad proferendos vtiles fructus, ad eundem modum contingit animi aſſiduitati laborum propendenti & incuruatæ quodam modo in ſe contrahitur ſeque vtiliter demittit, atque humiliat, & ad ſui diligentiorem cuſtodiam retrahitur, è contrario quæ indulgenter ac remiſſe uiuere ſinitur perinde ac uinea, quæ piam neglecta luxuriat, & ſilueſcit ſarmentis ſeque effundens natiuo ſucco exhauritur. Alia flagella ſunt quibus pro benignitate ſua utitur Deus, ut errantes in uiam ſalutis reducat, & vitiorum morbidis humoribus plena pectora, amara illa potione euacuet, & felle illo ſua culpa cęcos illuminet vt Thobiam ſine illa illuminauit, & multos quos proſperitas quodammodo de mentauit, & ſui & aliorum fecit obliuiſci in ſeipſos uidere cogat, ut olim Nabuchodonoſori euenit. Hinc precantē Dauidem audis, imple faciem eorum ignominia & quęrent nomen tuum. Eſt autem ignominioſa uiris ſentatis non exigua tribulatio. Et idem de nigratis Iſraelitis, cum occideret eos quęrebant eum & reuertebantur,

*Egregia iſta magni Baſ.*

*Iob.2.*

*Dan. 4.*

*Pſal.82*

*Pſal. 77.*

bantur,& diluculo ueniebant ad eum, & hoc animo ſe multos punire declarat Dominus inquiens, ſuper quo percutiam uos ultra addentes præuaricationem, alij autem ut mancipia flagellantur, ut Antiochus ut diximus,& Herodes. *Eſa. 1.* *Hier. 2.*

Ecce quem amas infirmatur. Imprimis quanta ſit concordia ſororum manifeſtatur, quando utriuſque una eſt ſentētia eadem de Domino fiducia, idē in fratrem amor, hoc erat feruens Apoſtoli in ſuos deſiderium, hoc obnixæ efflagitabat ab illis, ſi quæ conſolatio ni Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſed plenas fiduciæ dilectionis,& gloriæ uoces fiduciam & dilectionem docet breuitas deprecationis gloriam. Ecce quem amas, quæ enim gloria dari potuit Lazaro ſplēdidior, excelſior, præſtantior quam de illo uere dici, quod ab eo diligitur qui ſumus, qui maximus qui optimus eſt? O ingenium ſororum, à Phariſæorum ingenio diuerſiſſimum, qui in multiloquio putauit ſe audiri. Huiuſmodi precationes ſunt quæ nubes penetrant & à Domini conſpectu non recedunt uacuę, huiuſmodi orationes uirgulæ fumi ſunt, & vniuerſi pulueris pigmentarij, has appellat clamores Deus, & ſi ab homine non audiantur. *Concordia commendatur.* *Phil. 2.* *Mat. 6.* *Eccl. 15* *Cant. 3.* *Exo. 14.*

Sunt huiuſmodi precationes pennatæ, quæ celleri me in Deum uolant, unæ, ignitæ, ſonoræ, & quibus oblectatur ille ſuper vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. O verborum, in fœminis auaritiam laudabilem, qua utuntur non tantum in rebus profanis, ad iſtas enim mutæ ſunt illæ, ſed etiam in ſacris, quia affectus & fiducia non ſinunt vagari illas, huiuſmodi precationes ex toto corde fieri dixit Dauid, Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, Clamaui in toto corde meo exaudi me Domine. Hæc omnino erat à nobis ambienda amicitia quæ ſancta, quę potens, quę benefica, quę liberalis, quę benigna, quæ firma, quę commodi, *Pſ. 68.* *Pſ. 118.*

& glorię plena eſt, Quæ tunc maxime adeſt cum opus eſt, quę ſemper & ubique, & in omni euentu amicis ſuis eſt pręſens, & ad quam non eſt cui non liceat aſpirare, tanta eſt illius pietas, non licet pauperi ad diuitis aſpirare amicitiam neque ſerui ad domini, deſpecti ad honorati, priuati ad principis. Licet autē pauperi, ſeruo deſpecto, priuato & omni cuiuslibet nationis aut conditionis homini ad diuinam aſpirare benignitatem, eſt illi Lazarus mendicus, amicus, eſt Lazarus iſte diues, eſt oneſimus ſeruus, eſt Centurio dominus, eſt Zacheus puſillus, eſt & Sanſon procerę ſtaturę, cum tamen ſic illa infinitus theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt participes facti ſunt amicitię Dei propter diſciplinę dona cōmendati ſunt, Audi Petrum, quę diximus dicentem, in ueritate cōperi quod non ſit acceptor perſonarum Deus, ſed qđ in omni gente qui timet Deum & facit bona acceptus eſt illi, hęc autem cum ſuis ubique ſit pręſens, tunc tamen quantę ſit illa pręſtantię, & quanta ſit illius certitudo & potentia manifeſtat maxime, cum ſui in labore ſunt. Amauit in patria ſua Abraham Deus, amauit in Regia aula Moſem, amauit in paterna domo pretioſis & odoriferis ornatum ueſtibus Iacob, iuſtos enim nunquam non amat, ſed tunc maxime cum in tribulatione ſunt cum illius amicitia eſt opus, ut oſtendit in Abrahamo, alienas terras peragranti, in Moſe prę inopia paſcente Ietro oues, in Iacob fugam propter fratris odium capiente, Deus in rubo, aries inter vepres oſtendunt inter labores, & ſpinas ad futuram ſuis diuinam opem, non deſerit illos in exilio vt Heliam, in carcere vt Ioſeph, infame vt Danielem, in perſecutione, vt Mardocheum, in captiuitate, ut Thobiam, neque derelinquit unquam virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ut non extendant iuſti ad iniquitatem manum ſuam. Diuinę huic amicitię ſimiles ſunt quę piorum & proborum

*Licet cui libet ad diuinā amicitiam aſpirare.*

*Ad Philemonē.*

*Sapiē.* 7.

*Act.* 10.

*Adeſt ſuis in labore Deus.*

*Gen.* 22

*Exod.* 3.

*Gen* 28.

*Gen.* 22.

*Exod.* 3.

3. *Re.* 19

*Sap.* 10.

*& Gen.* 39.

*Dan.* 14

rum hominum ſunt, quæ ideo à ſapiente honorificis *Pſ.124.*
illis nominibus honorantur theſaurus protectio for-
tis, medicamentum uitæ & immortalitatis, & cui ne-
quaquam comparari debeant ponderatio auri & ar- *Bonorũ*
genti, & tandem colligit ille quod huiuſmodi amici- *fida ami*
tię nulla eſt comparatio, huiuſmodi amicis non lon *citia.*
ga oratione, prolixis ve literis eſt opus, ut amico in ne *Eccl.6.*
ceſſitate conſtituto ſubueniat, noſſe ſufficit illam, ſa
pienti illi auſcultant ita docenti, & admonenti, Ne
dicas amico tuo vade & reuertere, & cras tibi dabo *Prou.3.*
cum ſtatim poſſis dare, huiuſmodi amici diuinæ ami
citiæ imitatores omni tempore diligunt, fidem poſſi *Pro.17.*
dent cũ amico in paupertate illius, non de diuina iſta *& 22.*
quæ ut Sol ſcintillam ſplendore, ſuperat omnem ami
citiam, ſed de humana ita ſunt loquuti humani ſapiẽ *Cicero*
tes, Amicitia abſentes adſunt, egentes abũdant, imbe *de ami-*
cilli ualent, & quod difficilius dictu eſt, mortui uiuũt. *citia.*
Hinc egregie fuiſſe loquutum Theophraſtum nõ eſt *Theoph.*
qui neget, cui, cum quidam diceret ille, illius ami-
cus eſt, cur ergo inquit illo diuite pauper eſt, amicus *Plutar.*
non eſt, qui fortunæ particeps non eſt, ueluti ignis *in mora.*
omnium condimentum eſt ſuauiſſimum, ut inquit En
nius, ita amicitia omnem uitam condulcat ſi admi-
ſceatur. Sed quam ſit hæc hodie rara, non dico ex-
celſa illa, ſublimis & cœleſtis, ſed humana quis ſine
dolore dicere ualebit? Inuenies autem innumeros a- *Grauis*
micos quibus illa congruant, ut hirundines æſtiuo tẽ *Ethnici*
pore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt, ita falſi ami *ſentẽtia*
ci ſereno uitæ tempore præſto ſunt, ſimul atque for-
tunæ hiemem uident deuolant omnes. Audiens om-
nes. Audiens autem Ieſus dixit ei, Infirmitas hæc nõ *Text.*
eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur fi-
lius Dei per eam. Expende quid dicas, medicorum
maxime cuius prognoſtica certa ſunt, infallibilia,
nunquam enim quæ de labijs tuis proceſſere feciſti
irrita, & memini, te dixiſſe Ezechiæ, & uenit ad eũ *4.Re.2.*

Eſaias filius Amos propheta dixitq; ei, hæc dicit dominus Deus, præcipe domui tuæ morieris tu & non viues, nunc autem de Lazaro infirmitas hæc non eſt ad mortem vixit autem Ezechias, & mortuus eſt Lazarus, quo fuerint utraque dicta ſenſu cape animo & verbum domini in æternum manere dice. Conſule Tho. 22, q. 174. art. 1. de prophetia, prædeſtinationis præſcientiæ & comminationis, & gloſam ordinariã par. 4. in Eſa. c. 14. Eo enim ſenſu quo illa dicta ſunt

*Somnus mors & mortis imago.* omnino cõplentur, Somnum enim hic mortem appellauit, & quia ille, illius imago eſt, & quia illi mors ſomnus eſt ad excitandum, non quidem in ſe ille glorificatur, qui cœlituum gloria eſt, neque huiuſmodi opera ita ſunt maxima illius comparata potentiæ, ut parare illis illum gloriam dicamus, ut ex ſuperato gigante Dauidem, ex dilacerato leone Sanſonem, ex ſuperatis Chodorlaomor cæteriſq; Regibus abrahã, ſed glorificatur ille in hominibus, qui illius gloriam, potentiam, & maieſtatem agnoſcunt, uitæq; & mortis dominum eſſe intelligunt, quæ gloria ſolius eſt Dei & illi debita. Expende quo modo mala noſtra in gloriam propriam vertat, vt cæci illuminatio, mundatio leproſi, fugatio dæmonis, ſuſcitatio Lazari, vertatque illa nobis in bonum, quia mundatione corporis mundamur animis. illuminatione corporis illuminamur mente, fugato è corpore dæmone, fugatur ex animo, & qui ille ſit acquantus, nobis manifeſtat qđ omni maius eſt beneficio. Nos econtra bona in malum noſtrum conuertimus, illis abutentes.

*1. Re. 17. Iud. 14. Gen. 14. Luc. 18. Mat. 8. Luc. 8.*

*Somnus cur dicatur mors* Vide quã appoſito nomine mortem appellet, & quam ſit illius in ſcriptura ad id ſignificandum appoſitus, & frequẽs vſus, & quomodo hac phraſi dicendi omnipotentiã ſuam manifeſtat, nam quod nobis ſomnus illi mors eſt, & citius quem vult excitat ille à morte quam nos à ſomno, nequimus dormientem etiam ſi excitatu facillimus ille ſit, re magis leui excitare quam

vocando

vocando illum, & dicentes, Petre ſurge, at hoc modo uiduæ exeltauit à morte filium, ſuſcitauit & puellam, ſuſcitauit & Lazarum, illius igitur potentiæ & dominij quod habet in uitam & mortem, interpretes ſunt uoces illæ, dormit & uado, ut à ſomno ſuſcitem eum. Res igitur omnes factu difficillimæ, facillimæ ſunt Chriſto, & quæ ſunt intellectu item difficilia facilia cuncta illi ſunt excitare a ſomno. Quando igitur ſomnus mors eſt, cum res ſit iſta quæ propria uirtute à ſolo Deo præſtari poteſt, neque à quoquam vel Salomone, vel Dauide vel Regum omniũ potentiſſimo, quæ ab illis præſtari poſſunt, vt honos, diuitiæ qua facilitate præſtabuntur? id vt explicet facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperẽ. Somnus alius eſt à quo excitare difficilius, nã à mortis ſomno ẽt ſi illius virtute fieret mortuus propheta ſuſcitauit mortuũ ſuſcitauit & viuus, at à ſomno de quo Paulus, hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, Surge qui dormis & exurge à mortuis, Igitur nõ dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus, hoc ſolius Dei eſt, & ex hoc, quos ſuſcitat ad uitam uocat, Nam quemadmodum illa uera mors eſt, quando excidium illa eſt animi, ita vera uita gratiæ ad quam vocamur. Si enim magnæ mercedis eſt a morte eripere carnem quandoque morituram, quanti eſt meriti animam liberare à morte in cœleſti patria ſine fine uicturam? ſed hoc quidem ſummæ eſt admirationi, quod mortui audiant, & audiant uocem filij Dei & exurgunt, & nos aut nõ audimus aut audiẽtes nolumus obtẽperare. O miſer tam tibi grata res eſt mors, tam tibi iocundum eſſe mortuũ, tam es huius miſeriæ, & calamitatis extremæ carens ſenſu tã vilis tibi eſt uita animi, uita gratiæ quam ut conſequerentur innumeri mortui ſunt, quam ne amitterent externæ uitæ & rerum omnium quas miratur mundus gaudentes iacturam fecerunt, expergiſcere,

*Luc. 7.* *Mat. 9.* *Act. 9.*

*Eccl. 1* *Qui dormiens excitatur eſt difficilior.*

*Vide Greg. lib. m. 19 & 16.*

*Doctrinæ ille*

*Text.* Diligebat Ieſus Martam & ſororem eius Mariam &
*Familia* Lazarum, ò felicem, ò terq; quaterq; beatam fami-
*uera fe-* liam quæ tota tali dilectione digna eſt, felicior illa
*licitas.* familia Abraham, familia Dauid, familia Moſis, fa-
*Gen.*17. milia Iacob. Nam in familia Abraham fuit Iſrael,
2.*Re.*15 in Dauid Abſalon, & Ammon in Moſe Maria ſoror
2.*Re.*13 Aaron, in Iacob. Simon & Leui. O felicem familiã,
*Num.*12 & feliciſſimos fratres cui merito magis inuidendum
*Gen.*49. quam omni Regum & Imperatorum familiæ, & fra
tribus quos omnes ad ſummas dignitates euexit fe-
lix euentus, vt Philippi & Ioannæ filij, quorum duo
fuere Imperatores, ut Carolus & Ferdinandus, & ſo-
rores Reginæ ambæ, Leonor galliæ, Angliæ Ma-
ria, ni ut plane fuerunt, fuiſſent illi Deo chariſſimi,
*Familia* ò quam raro hodie inuenias, familias iſtis ſimiles,
*parum* nam uix conſentientes illas inueniant, ſed in multis
*proba.* fratrem innenias, qui fratrem perſequitur, ut fecit
*Gen.*27. Eſau Iacob, qui vendat, ut facere Simon & Leui Io-
*Gen.*37. ſeph qui uiolet, ut fecit Ammon Thamar, qui iugu-
2.*Re.*13 let ut fecit Abſalon Ammon & quos diuidat reculæ
*Eccl.* 25 partitio, aut inaniſſimi honoris prælatio, & in qui-
bus illa quæ omni ſunt communia rationi reperias,
in tribus placitum eſt ſpiritui meo quæ ſunt probata
Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proxi-
morum, & uir & mulier ſibi bene conſentientes, fra-
*Prou.* 18 ter qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma, & iudi
cium quaſi vectes vrbium. Diligebat autem Ieſus
*Text.* Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Vt
ergo audiuit, quia infirmabatur tunc quidem man-
ſit in loco, duobus diebus deinde dixit diſcipulis
eam, &c.

In omnibus diuinam ſapientiam mirari, licet, nõ
enim fecit illum amor propere illis ſubuenire, ſed tẽ
pus expectauit, quòd illis futurum erat magis com-
modum, & illi magis glorioſum, vtraque in omni a-
micorum euentu, in quo noſtra deſideratur & peti-

tur

tur opis, expendenda ſunt, & amici utilitas, & noſtri nominis conſultio, & ſpectanda temporis opportunitas, in qua ambo commodius præſtentur, ne amoris nos impetus facere impellat minus perfecte, quæ ad amicum ſpectant quam fierent illa ſi debita opportunitas expectaretur, niſi aliud exigat negotij grauitas, aut neceſſitas, quia tunc nulla eſt interponenda dilatio. Et quæ uideatur temporis importunitas, opportunitas eſt, vt euenit Heſter cum prolata fuerat iniqua in populum ſuum ſententia quæ ingreſſa fuit ad Regem tẽpore, quod omnium iudicio uideri poſſet importunum, quia prohibitus fuerat à Rege ingreſſus & ingrediendi pœna ſtabilita. Sed cum amici inſtans (cum diximus) neceſſitas exigit; neque momento differenda ſubuentio eſt, quemadmodum, neque Deus differt ipſe, ſed prope eſt omnibus inuocantibus eum, & iuxta eos qui tribulati ſunt corde, & cum precatur illum dilectus, ut acceleret, accelerat, ut feſtinet, feſtinat, mergitur ſuo iudicio Petrus, clamat, & ſubito Chriſtus manum extendit. Timet diſcipulorum conuentus nauiculæ ſummerſionem, clamat ex templo iubet ſedari Maria, quieſcere uentos, non differt, & quia modum in omnibus ſeruat adiutor dicitur in opportunitatibus & in tribulatione. Meritiſſimeque illa à Dauide dicuntur, Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquis quærentes te. Neque habent locum in hiſtila eiuſdem Regis, Deo gratisſimi, quæ ad explicandam illius necesſitatem, & quanta quamque urgens illa eſſet ab illo ſunt dicta, Quare receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus & in tribulatione? Quare dereliquiſti me clamabo per diem & nõ exaudies & nocte & non ad inſipientiam mihi? Vſquam obliuiſceris me in finem? Vſquequo auertis faciem tuam à me, quandiu ponam conſilia in anima mea? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?

*Heſt.* 1.
*Pſ.* 83. & 144.
*Pſal.* 33
*Mat.* 14
*Mat.* 8.
*Pſal.* 9.
*Pſa.* 20.
*Pſal.* 12.

Reſpice & exaudi me Deus meus, & his ſimilia multa quę anxij animi ſunt indicia, ſed differt Deus, quia illis ipſis commodisſima dilatio eſt. Hoc enim modo, & quam ſint anguſtæ humanæ uires magis intelligitur, & quam indigæ diuini auxilij illæ & patiētia magis manifeſtatur & exercetur, maiorique præmio fit digna, & euenit quod gratisſime dixit ſapiēs. Specioſa eſt miſericordia Dei in tēpore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis. Vt igitur eſſet illa ſpecioſior māſit in eodem loco duobus diebus. Neq; longius diſtulit quam oportebat, neque queſtæ ſunt poſtea ſorores, quod illarum iudicio optato non uenerit, neque uerbis, neque factis, grauiter tuliſſe dilationem manifeſtarunt, ſed dolorem Chriſti amore vincente, & reſpectu tanti hoſpitis maieſtati & ſanctitati debito, ſubito cum certior facta fuit Martha quod magiſter adeſſet in illius ocurſum proſiluit, diſcipuli ſalutis & quietis ſui magiſtri cupidi & propiæ aliquantulum ſolliciti, ita ſunt loquuti, Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare & iterum uadis illuc?

*Quāma gna ex dilatione exauditionis cōmoda deriuentur.*

*Text.* Nequit enim non eſſe res plena ſolliciti timoris amor. Expende de Beniamin in Iacob, cum detentus fuit in Aegypto, de Thobia in filio cum longum carpſit ille iter parentum amore, facitque ille ſæpe plus debito timere, quia multoties neſcit ille terminos, ut conſtat in iſtis qui cum experimentis frequentisſimis nouiſſent quanta eſſet potentia Chriſti, cui, ſi uti uellet uirtute Brachij illius, ut ſapiens dixit quid poſſet reſiſtere?

*Amor ſo liciti timoris plenius.* *Gen.* 44. *Tob.* 5. & 10. *Sap.* 11.

Non ne duodecim ſunt horæ diei? Quidam humanarum rerum, & ingeniorum inſtabilitatem dicunt à Chriſto hac phraſi dicendi ſignificatam, quæ neque in bono, neque in malo firmitudinem habeāt, ſed inſtar rotæ uoluantur omnia, & nunc nitida quæ ſunt ſole præſente, obſcura illo recedente fiant, & quibus nunc ver eſt, ita illis vernant omnia, ſolet

hiems

hiems rigida ſequi, ita illis uer omnes illis auferens flores,omnia nudans, & quibus arridet maris tranquillitas huius, ſæua momento tẽpeſtate ſolere quati,haſque ſingulis horis euenire ſolere mutationes, è carcere eductus Ioſeph, toti Aegypto præficitur, & antea in carcerẽ detruſus fuerat piſtor Pharaonis & pincerna illius & diſpar exitus utriuque, fuit,vni reſtituta eſt antiqua dignitas, alteri uita ablata eſt, Mœret Mardocheus. exultat Aman. Verſa uice exultat Mardocheus,& mœret Aman, in lacum leonum iniectus eſt Daniel uita illius amici & honore gaudentes, educitur ille glorioſę è lacu, illi conijciuntur qui illi id procurauerant & miſere momento pereunt in numera ſonant iſta, ſed quod plane inſinuare uiuetur illud eſt ſuæ prædicationis munus diem appellat quem duodecim habere horas dixit, neq; poſſe finiri diem illum donec illæ compleantur, Vnde & ſi vndecima ſit,& iám ad occaſum dies tendat,non tamen finiendum illum donec horæ compleantur,& ideo omnem eſſe metũ deponendũ,poſſeque in Iudæã ſecuros abire. Multa ſunt his conſona in ſcripturis,deſiderauit Abraham uidere diem meum uidit & gauiſus eſt,Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt,Siquis ambulauerit in die non offendet,quia lucẽ huius mundi uidet, ſi autem ambulauerit in nocte offendit,quia lux cũ eo nõ eſt. De ſe ipſo loquitur illiuſq; vitã diem appellat, mortẽ noctẽ. Reddit illos ſecuros quod dũ uixerit, illiq; hæſerint quocunq; pgant non offendẽtur,& qđ illo defuncto ſequẽtur illis perſecutiones.Hæc vr̃ eſſe ſnĩa,ſed mihi nõ diſplicet illa qđ probe,pie & inculpate uiuẽtes,& digna opera luce facientes,& ut in die,ut Paulus dixit ambulantes quib.mens nullius eſt conſcia culpæ bonã conſcientiã uice ahenei muri ſunt habituri,aĩoq; intrepido ad pericula oĩa futuri, nam aut non uexabuntur illi, aut beati habebuntur cum ſine culpa uexentur, neque

*Similitudo mundanarũ rerum inconſtantiam indicant.*

*Heſte.6*

*Dan. 14*

*Ioan. 8*

*Ioan. 9.*

neque quidquam erit in quo illi offendant. Qui autem nocte ambulauerint, & nocte digna opera fecerint, hi impingent ſępius, & digni ſunt qui metu affligantur, conſonant iſtis illa ſapientis. Via iuſtorum ſicut lux ſplendens & ſine offendiculis uiæ impiorum tenebroſæ neſciunt ubi corruant & complatatæ lapidibus. Hæc ait & poſt hæc dixit ei. Lazarus amicus noſter dormit, & vado ut à ſomno excitem eum. Satis iſta à nobis fuit) quia vice thematis propoſita fuerant) excuſa ſunt. Dixerunt ergo diſcipuli eius, Domine ſi dormit ſaluus erit, non tam erat hæc diſcipulorum tarditas quam diuina diſpenſatio, ne nos miremur ſi quando quæ ab illo dicta fuerint non intellexerimus, & ne omnia temerario auſu nos intellecturos confidamus, quando in re aperta diſcipuli ambigunt & opus illis eſt vt manifeſtius loquatur Ieſus, ſimul & opere docens, quod ſiqui aliquando alicuius populi magiſtri loquuti fuerint quę populus non ſit aſſequutus ſe ipſi illi ex ponant, explicent & interpretentur & dicant quæ intellecta cupiũt ut fecit Chriſtus manifeſte, alioqui quã ũtilitatẽ captent audientes ex re non intellecta? Vnde multorũ ingenia demiror qui cum intelligant hoc tanto magis eſſe gratiorẽ ſolẽ, quo ſplendidior ille eſt, hoc tanto iucundiorẽ aquã, quo nitidior, tanto illi ſibi diſpliceut magis quo magis perſpicui ſunt, & quæ loquuntur magis perceptibilia, unde caliginem quandã in his quæ dicunt videntur affectari, ut magis ſint ab illis dicta in admiratione, recedatq; populus tanto magis demiratus, quãto minus dicta percipiat, non hoc uidetur eſſe laudabile magiſtrorum ingenium dentes enim illi dicũtur ſponſæ ut quæ dicturi ſunt comminuat, lux ut diuinorum declaratione ſermonũ oculos illuminet. Quod ſi nolet Deus, aut non nimis gratum illi eſſet inuolutus liber Exechieli oſtenſus non fuiſſet illius ante oculos ex anſus ſed maneret inuolutus, neq; Chriſtus &

*Marginalia:* *Prou. 3. & 4. & 25.* (beside "tem nocte ambulauerint"); *Text.* (beside "dibus. Hæc ait"); *Exp ẽde* (beside "confidamus"); *Similia probant quæ dixi diximus* (beside "cum intelligant"); *Cant. 4.* (beside "ſponſæ"); *Matt. 5.* (beside "rum declaratione"); *Pſa. 118* (beside "ſi nolet Deus"); *Ezecch. 2.* (beside "tus liber Exechieli")

nunc

nunc manifeſte fuiſſet loquutus & vulgatiſſimis ille vſus fuiſſet exemplis, aut ſimilibus ut illius dicta caperentur, neq; laudi daretur illud, doctrina prudentũ facilis. Tunc ergo dixit Ieſus eis manifeſte Lazarus mortuus eſt & gaudeo propter uos ut credatis quia non erã ibi, ſed eamus ad eũ, non gaudet quidẽ Ieſus de morte cuius contraria pro benignitate ſua poſtea iudicia exhibuit cũ in lacrymas erupit, ſed quod non erat ibi ille, ne ſi illo præſente moreretur ſuſpicio in mentes ſub repſiſſet quod non erat potens vt illum liberaret à morte quẽ cũ poſtea iuſſu ſuo ſurgentẽ viderent promiſſum ſuũ Meſſiam Deumq; ſuum agnoſcerẽt, & crederent. Vide quanta erat informandi animas ſitis illius, qui nullam pro illis occaſionem recuſat, & oblatam, amplectitur, gaudetque illa, etiã ſi ex morte uiri ſibi amiciſſimi ortum illa habeat. Dixit ergo Dhomas eamus & nos & moriamur cum illo, qui dam à pectore non nimis forti huiuſmodi uerba dicunt eſſe profecta, & ſignificare voluiſſe Thomam quod manifeſto ex poneret periculo ſe ac ſuos Chriſtus, ſed mihi ſemper hic fuit animus ut quæ de Apoſtolis poſſunt (nulla ſcripturæ illata vi pro illorũ amore) in illorum gloriam explicari, & non in dedecus illo explicentur modo vnde illorum mihi ſentẽtia placet qui ab animo fideli, intrepido, & amico illa dicta fuiſſe ſentiunt, ac ſi dicat quod neque gladius neque mors, neq; quoduis aliud imminens periculum ſufficiẽs eſſet futurum ut illum quo vellet ire non commitarentur, indecens exiſtimans vel mortis periculo ab illo ſeparari, morti igitur ſe obijcit q̃ ſpectare illum credebat, hæc.n. vera dilectio eſt nõ quę metuit & ad dicteria pallet & leui de cauſa Chriſtũ deſerit. Sed iã nulla illius diſcipulos ſpectãt quę timorẽ incutiãt, nõ carceres, non uerbera, non ſupplicia, non mortes, nulli magis amantur, nulli maiori in admiratione ex pretio ſunt quã qui illius diſcipuli magis ſunt iã metus

*Prou.14*
*Text.*
*Cupiditas Chriſti immẽſa parandarũ animarũ.*
*Text.*
*Reddit amor audaces.*
*Rom.8.*
*Dilectio*
*Immo ſũt iſta.*

*Ex ſpẽdc.* illis non eſt ex contemptu,ſed ex pretio,non ex igno minia ſed ex honore,non eſt conuicijs,ſed ex laudib: nõ ex carcerib: ſed ex libertate,non ex ſupplicijs ſed ex exhibita illis à pijs indulgẽtia nõ ex morte ſed ex uita honorifica, nullũ ſupereſt niſi cum illis ipſis cer tamen. Deſierunt iã Nerones,Caligulæ,Deçij,& Da ciani,ad ſunt Cæſares Chriſtiani potentiſſimi,qui ni hil magis admirantur & ſuſpiciunt quã virtutẽ & reli gionẽ & illos quos Chriſti diſcipulos eſſe arbitrant', et ſi illi parẽtes habeant colonos, inopes,& ſęculo ob ſcuros & deſpẽctos. Iam non dicendum eamus & mo riamur cum illo; ſed eamus hæreamus illi; ab illius ve ſtigijs non errenmus,& uiuemus quiete, pacifice,ſecu re,honorifice. Receſſerunt iam noctis illius horrẽda tyrannorum phantaſmata, ortus eſt dies placidus ac mitis,quieuit dira illa tempeſtas, Gaudemus iam trã quillitate diciq; de uirtute inter pios illa poſſunt,quę de pretio quidam dixit impius, in pretio pretiũ nũc eſt dat cenſus honores,cenſus amicitas pauper ubiq; iacet,in pretio uirtus nunc eſt,dat uirtus honores,uir tus amicitias,turpis ubiq; iacet,de conſolatione ſoro rum, & quam ſit pium męſtos quæcunq; euenta con ſolari, & quæ utilitas capi p̃t ex hmõi vt ſic dicamus viſitationibus,iuxta ſapiẽtis illud,melius eſt ire ad do mum luctus,&c.& quam fiãt huiuſmodi viſitationes coactius quam quæ ludicrę ſunt obinania gaudia, tã ſumus inanis lætitię amici, & occaſionis quæ in mœ rorẽ inducat inimici. Etiã ſi triſtitia illa ſimilis ſit tri ſtitiæ de qua Paulus,gaudeo non quia cõtriſtaui uos ſed quia contriſtaui uos ad ſalutem,quã fiant iſtę fre quentius,& copioſiores illę ſint cum ob diuites nobi leſq; defunctos fiant quam cum ob inopes & mundo deſpectos, cum tamẽ neq; oẽs nobiles & dites defun cti ſimiles ſint Lazaro,neque qui in uita ſuperſunt ſi miles Marthæ,& Mariæ,ſed multi ex illis in quos di cta credas,dormierunt ſomnum ſuum uiri diuitiarũ,

*Cæſares piorum ſautores*

*Proprijs & illorũ fautoribus.*

*Virtus i pretio.*

*Eccle.7.*

*1.Cor.7*

& nihil

& nihil inuenerunt in manibus ſuis? Noli timere cū *Pſal.75.*
dites factus fuerit homo & cum multiplicata fuerit
gloria domus eius, quoniam cum interierit nō ſumet *Pſal.48.*
omnia neque deſcendet cum eo gloria eius, honos in
quam ſplendor, admiratio, famulitium, & utinā non *Pſal.72.*
ſint dicta illa quia in ciuitate imaginem ipſorum ad
nihilum rediges & quantam glorificauit ſe in delicijs
& in delitijs fuit tantum date illi tormentum occur-
rit Martha Ieſu non dolore impedita ut principio *Apo.18.*
diximus, non querula quod ad illarum preces ante de *Nihil ne*
functum fratrem non ueniſſet, nihil enim neq; triſte *quetriſſe*
neque lætum pijs impedimento eſt ut non occur- *neque la*
rant illi Chriſto, neque de nullo à Deo facto quæ- *tū occur*
runtur, omnia ſapienter, pie, æque & amice fie- *sū Chri*
ri credunt. *ſti impe*
Domine ſi fuiſſes hic &c. eædem ſunt uoces ſororū, *diat.*
quia idem erat animus, cum enim diuerſa eſt ſenten- *Expēde.*
tia, diuerſa etiam uerba ſunt, cum ubique res ſit gra- *Text.*
tiſſima unanimitas gratior eſt quæ inter fratres eſt, *cōcordia*
quos tot modis ſapiens natura coniunxit, tot uinculis *fratrum*
colligauit, & maxime cum & in ſpirituales fratres de *gratiſſi-*
riuatur illa qui uno nobiſcum gaudent parente Deo, *ma Deo.*
de quibus multa illa, fraternitatis nolite obliuiſci, *1.The.4*
fraternitatis amatores, fratres non diligamus uerbo *& Heb.*
neque lingua. *13.& 1.*

Ego ſum reſurrectio, & uita &c. credis hoc? expen *Pet.1.et*
de quam ſit ac omnia neceſſaria uiua fides utq; ſit il *c.2.et 2.*
la, & principium & fundamentum mirabilium oīum *1.*
quæ operatus fuit Chriſtus. Ego credidi quia, &c. fides *Text.*
excelſa, ſublimis & Petri fidei ſimillima, &c. Infre- *Viua ne*
muit & turbatus eſt, ò quanti afflictis aīs ſolatii eſt, il *ceſſitas*
lum hr̄e Deum qui compatiatur, qui collacrymetur, *fidei.*
qui ſuorū mœrore, dolore, & flectu tangatur, ò bone ſi *Cōpaſſio*
hmōi te ita emolliunt lacrymę quid facient illę quas *Chriſti*
inſtar riuuli ex oculis uides labi peccatorū quas meri *erga ſuos*
to uincere dicunt inuincibilem ligare omnipotentē,

effudit

effudit quidem illos compaſſione ſuorum & illorum
Hierony. etiam qui cum capturi eſſent animis vtilitatem ex ſtupendo illo & inaudito miraculo quod erat operaturus, inflamandi erant in odium, & ſuarum animarũ iacturam facturi, uidens illos vere eſſe mortuos, fætẽtes & duro coopertos lapide, & quos neque uoces, neque potentius uocibus miraculũ à morte excitaſſent, Surge? Surrexit diuinæ obediens uoci & uiui hominis opera fecit, & euidentiæ huius miraculi notiſſimi multa ſeruiũt, quia in notiſſimo fuerat operatum homine, non in cœco mendico non in paupere peralytico in lectulo decumbenti, neque ante unius alterius ue oculos, ſed in conſpectu multitudinis, quæ minime multitudo aut vulgus erat erant, enim dites nobiles cuiuſmodi eſſet ſolent qui diuitibus uiſitationes faciunt. Pauperes enim neque admituntur, neque diuitum limina tangere audent, qui tamen præ harum fœminarum modeſtia in ipſarum ædes læte & amice reciperentur, Sed communem illi obſeruabant conſuetudinem, nos ut in cœleſtes ædes recipiamur, precemur eum qui in ædes piarum ſororum uenit. (?)

Mirabilis euidẽtia.

Mar. 10
Luc. 18
Ioan. 5.

## *SALVTATIO.*

*Neque aliud diuinæ doctrinæ enuntiatores cum enũtiamus illam facimus quam homines de peccato conuincere & arguere, id noſtrum eſſe munus docent illa Pauli, peccantes coram omnibus argue, illa item, argue obſecra, increpa, arguimus autem ut erubeſcant illi reſipiſcant, mores mutent, vi-*

1. Tim. 5 & tit. 2. 2. Ti. 4.

*tam emendent, nequimus autem tanta tam que inſignua aſſequi ſine diuino iuuamine, & gratia premur virgininem impetret nobis illam. Aue Maria.*

## THEMA.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

OMirabilem Chriſti optimi Maximi dignationem quæ ad tanta ſe di mittit ut huiuſmodi colloquia, cū hominibus habeat, & an ſit qui de peccato illum poſſit conuincere, dicat, quis tu, ò bone, qui iſta loqueris, aut quæ ſanctitas, quæ pietas, quæ æquitas, quæ integritas uitæ horum quibus cum agis? ſunt fortaſſe illi Abelli ſimiles innocentia? Animi magnitudine Dauidi? diuini honoris zelo Hæliæ? Iudicij æquitate Samueli? Aut indiſcutienda propoſita cauſa Danieli ſaltim ſimiles puero, vt te credas illis, tu ille eſt cuius ſedes iuſtitia & iudicium eſt. preparatio qui iudicas orbem in æquitate, de cuius iudicijs illa dicta ſunt, Pondus æquum iudicia eius, tu candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula iſti iudices iniqui, teſtes à Iezabele dira inquam inuidia ſubornati, ut falſum teſtimonium dicant, quibus innocentia tua eſt moleſta, ueritas grauis, miracula ſuſpecta, quorſum cum abſcondita cordium illorum noueris ita rogas &c. quis ex uobis? Repetiunt odium & inuidia, atrocem in niue, obſcuritatem in luce, morbum in ſalute, amaritudinem in melle, culpam in innocentia, in uera

*Dignatio Chriſti mirabilis.*

*Gen. 4.*
*1.Re.17*
*2.Re.18*
*1.Re 15*
*Dan.13*
*Pſal.88*
*Prou.11 & 16. et ſapien.7*

mẽſura defectũ, in ęquo pondere, in æquitatẽ, de hac
Gen. 22 chabũtur illa in obedientiam Iſaach, in puritatẽ Io
Gen. 39 ſeph, in pietatem Tobiæ, in patientiam Iob. Veriſſi-
Tob. 4. ma de inuidia illa ſunt Senecæ, venenum quod ſerpẽ
tes in alienam perniciem effundunt, ſine ſua continẽt
non ita uitium inuidiæ continetur, nam inuidum tor
Seneca. quet & macerat, bona odit, & extenuat, iniuria, vero
dilatat atque auget.

Sed qui omnes omnium qui à ſæculo fuere perfe-
Pſ. 166. ctiones plus longe anteibat quam Solis immẽſus ſplẽ
dor ſcintillæ nitorẽ, tuto ſe credit illis agnus, & ſi lu
Expẽde pis, Abel etſi Cain, omnis enim iniquitas oppila-
bit os ſuum, & oportebat maxime, hæc ab illo, & cũ
his, & hoc tempore, & ita fieri, vt toti mundo conſpi
cua fieret innocentia uitæ illius, ueritas doctrinę, po
teſtas miraculorũ qñ facta ab illo percontatione à ui
peris, ab ſcorpionibus, à diro in illum incenſis odio,
etſi calumniati ſæpe fuerint, conuincere tamẽ de pec
cato, minime, potuerint, & oportuit ut hoc tempore
quia tempus ab illo morti præfinitũ inſtabat. In quo
Ioan. 2. totum ſuum venenum erat callidus ſerpens effuſurus,
Mat. 22 in quo omnes dictæ à Chriſto propheticæ parabolæ,
erant implendæ, de ſoluendo tẽplo, de occidendo hæ
rede, de reprobando lapide in quo iniquo illorũ conſi
Sap. 117 lio cum impijs erat deputandus, exiſtimantes miſeri
hoc modo gloriam illius obſcurandam quę mille mo
dis hoc ipſo modo fuit illuſtrata, nam cũ iniquis de-
Luc. 22 putatus ęquum fecit latronẽ iniquum, luminibus pri
uato, lumina, reſtituit, mortuo illo mortui multi ſur-
rexerunt, in illius mortis ſenſum petræ duræ emollitę
præ dolore ſciſſæ ſunt, Sol ſe luctu operuit, & creatu-
Mat. 17 ræ omnes domini creaturiſq; ſui teſta ſunt dolorem,
& illorũ qui cruci illũ addixerant perfidiã, impieta-
tem, iniquitatẽ, & Pharaonicam obſtinationem qui
tot tantiſq; prodigijs nõ à Moſe ſed à Deo Moſi fa
ctis non crediderunt ac ita deſcenderunt illi in pro-
fundita-

funditatem,quaſi lapis, oportet intelligamus quo no *Eſai. 9.*
mine fuit potiſſimum à patre promiſſus Chriſtus, *Pſal.26*
& ſi fuit ille promiſſus innumeris quæ omnia expli-
care non ualebat quis ille eſſet & quanta illius maie
ſtas & quam uaria & innumerabilia, erat beneficia *Pſal.61*
exhibiturus mundo, ut cum promiſſus fuit nomine *Eſai.43*
lucis ſalutis,ſaluatoris,miſericordiæ,paſtoris, ducis, *Luc. 1.*
principis,Regis.

Quo maxime commendatur fuit nomen doctoris *Eſai. 2.*
& magiſtri. Filiæ Sion exultate & lætamini,in domi *Ioan.11*
no Deo ueſtro quia dedit uobis doctorem iuſtitiæ,ue *Luc. 6.*
nite aſcendamus ad montem domini, & ad domum *Luc. 8.*
Dei Iacob, & docebit nos uias ſuas & ambulauimus *Ioan.13.*
in ſemitis ſuis,quia de Sion exibit lex,& uerbum do
mini de Hieruſalem,hoc fuit nomine appellatus à di
ſcipulis fuit & à populo,& illo ſe ipſum appellauit il
le, vos uocatis me magiſter? & benedicitis ſũ etenim.
Vt quis autem perfectus ſit & abſolutus magiſter &
in quem reijci non poſſit culpa propter quam doctri
na illius non ſit in pretio & illi fides non habeatur, *Neceſſa*
aut contemptus eſt uitæ illius & peccatum quo mo- *ria quæ*
res ſuos denigrat,aut deffectus ueritatis in doctrina, *ſint per-*
duo iſta occaſionem præſtant auditoribus. Non au- *fecto ma*
ſcultandi illi eum autem nullum iſtorum reperitur in *giſtro.*
magiſtro & doctore tota reijcitur culpa in auditores,
& quo illa perfectiora in magiſtro ſunt, tanto culpa
maior & ſi ſupra modum omnem perfecta fuere illa
in Chriſto, tanto culpa inexcuſabilior, ut igitur ho-
rum culpa in excuſabilior eſſe conſtaret vtpote quos *Quãdo*
ita excęcaret malitia ut ſolem non uiderent, & ſplen *tota cul*
didiora Sole. Percontationem ille fecit quis ex uo- *pa in au*
bis, &c. Et ſi ueritatem dico vobis. Si nullius (ex his *ditores*
quæ incautis magiſtris ſolens hærere culpæ etiam le- *reijcitur*
uiſſimæ,& in quas ſepties in die cadere iuſtum dixit
ſapiens me notare poteſtis,& doctrina ueriſſima eſt,
certiſſima argento ſepties examinato purior, & non *Pro.24*

creditis id, ideo euenire intelligite quia ex Deo non eſtis, tota in vos reiecta eſt culpa.

Ex his ſummopere oportere magiſtros intelligamus, ut tota auditoribus imputetur culpa & in integre uiuere, & uera prædicare, id quodammodo expreſſe in typo Deum explicat Magnus Gregorius, cum Dauidi Deus dixit, non ędificabis mihi domum quia vir ſanguinum es, mundus ipſe debet eſſe à uitijs qui curat aliena corigere, ut terrena non cogitet, ut deſiderijs infirmis non ſuccumbat, quia nequaquam pure maculam conſiderat in membro oculus quem pului grauat & ſubiectas ſordes tergere non ualet manus quæ lutum tenet, uide reliqua in 23. & 24. ſunt egregia. Id magnus Auguſtinus in prçceptione illa qua tubas manibus tenere præcepit Deus ut ruerent muri Hierico, fac tibi duas tubas argenteas ductiles, argenteæ fieri præcipiuntur ut prædicatorum uerba lucis nitore pateant & auditorum mentem nulla ſui obſeruatione confundant, id ſuauiſſimus Bernardus in explicatione uerborum de Ieſu qui fuit propheta potens in opere & ſermone, id ſplēdor ignis de igne fulgur egrediens, ex incenſo enim pectore & diuino amore inflammato, quæ procedunt uerba fulgura ſunt. Explicat etiam Dauid cū prius labari & ſuper niuem dealbari precatur, in ſuper & ſpiritu principali confirmari, & tunc dicit, Docebo iniquos uias tuas.

*D. Greg. lib. m. 7. c. 24. & 23.* — *Nu. 10.* — *D. Gre. li. m. Iob c. 7.* — *D. Ber.* — *D. Gre. ho. 5. in Ezech.* — *Pſal. 50*

Explicat, & efficaciam doctrinæ cum ita mundus & ſpiritu imbutus cęleſti docuerit inquiens, & impij ad te conuententur, Quando in uas eo modo purum quo ſunt uaſa recentia huiuſmodi ueritatis candidus & efficax ſal immititur, non eo eſt ut ſeruetur ſi ne uſu in illo neque ut ſine ulla fructus cura emittatur, ſed ut effundatur ut ſeruentur aquæ & terra ſterilis frugifera fiat. His à magiſtris diuina ope & beneficio præſtitis arguunt illi ut explicat Gregorius cum

*4. Re. 2.* — *Greg. hi. m. 23. c. 12. et 13 & 14.*

omni

omni imperio, Præcipe hæc & doce cum omni imperio, non dominatione potentiæ, ſed autoritate ſua det uitæ, cum imperio quippe docetur quod prius agitur quam dicatur, nam doctrinæ ſubſtrahit fiduciam quãdo conſcientia præpedit linguam. Quia non eſt illi impedimento uitæ proprie contemptus, ne in alios audeat, quid iam obſtaculo eſſe poteſt cum doctrina manna eſt de cœlo & qua ſeruatur illud aurea urna, cũ aqua de fonte Paradiſi. Eſt & uas mundum, quo minus & manna homines paſcantur, & uiuifica illa aqua potentur? Plane quod obſtat explicuit planiſſime Chriſtus, qui ex Deo eſt uerba Dei audit propterea uos non auditis quia ex Deo non eſtis, nõ ſunt tepidis animis accipienda uerba, neque demiſſis illa audienda auribus, cum ab illo dicta ſint cuius in æternũ permanet uerbũ; præſertim cũ ſalutis & dãnationis indicia in illis ab illo explicentur certiſſima, quẽadmodum ſua habent, indicia medici ſæpe certiſſima in infirmis, aut recuperandæ ſalutis, aut mortis obeũdæ, habet & Chriſtus animarũ medicus, hoc diſtant quę Chriſti ſunt ab illis quæ ſunt medicorum quod hæc & ſi certiſſima habeantur fallere tamen poſſunt quæ aũt à Chriſto dicta ſunt in ſæculum ſæculi ueritas tua. Is autem, dixit qui ex Deo eſt uerba Dei audit, explicemus oportet maxime illá nequid dubitationis in re tantopere graui relinquamus, quęramus omni ſtudio quid ſignificẽt illa. Qui ex Deo eſt, quæ tunc plana & aperta erunt cũ intellexerimus quid ſit audire uerbum Dei, quid non audire, nã ſi de externo auditu eſſet ſenſus rariſſimi eſſent qui ex Deo non fuiſſent, & fuiſſent omnino ex Deo qui aderant Phariſæi. Non intelliguntur ergo de externo ſenſu, ſed de illo, non de quo interpretati ſunt maiores ut Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Cyrillus, & ſi magno eſſet is habendus in pretio, ſed de quo idem autor doctrinæ Chriſtus interpretatus fuit, ita ut unius

*Audito-ret diuinam doctrinam non recipientes.*

*Pſ. 118.*

*Expẽde.*

*Luc.*11. ſint autoritatis & uerba & illorũ expoſitio, quia oĩa Chriſti ſunt, ipſe aũt ait. Beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. Nequirent autẽ eſſe beati ni ex Deo fuiſſent, rurſum, & idem ita interpretatus eſt
*Matt.*7 cum dixit, qui audit uerba Prophetiæ huius & facit ea hic comparabitur uiro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & iterum in parabola addu
*Mat.*13 cta de ſeminante cuius & textus & interpretatio diui na eſt, & Apoſtoli illius ſpiritu loquuti. locis id dixe
*Rom.*2. re innumeris. Paulus, propterea abundantius oportet obſeruare (expende) ea quæ audimus ne forte per-effluamus.

*Felicitas hominis qui ex Deo eſt.* O ſummam felicitatem verbis illis explicatã, qui ex Deo eſt uerba Dei audit, nihil uberius, felicius, aut optabilius magis, quã illius eſſe cuius ſunt cęli nã & erit ille tuus & cęli, tui, nullus. n. hoc modo per gratiã illius erit cuius ipſe non ſit, cui felicitati nulla poteſt
*Pſ.*118. fieri acceſſio hoc modo præſtãtiſſimo illo fuere Dei, martyres, confeſſores, uirgines, & piæ ac ſanctæ coniugatæ, quia hoc modo fuere illi diuini uerbi auditores, abſcondebant illud in corde ne peccarẽt, odio habebant uiam iniquitatis propter illud, erat illorũ uijs lucerna, & lumen ſemitis, diligebant illud ſuper aurũ & topazion, in uia teſtimoniorũ Dei delectabãtur ſuper omnibus diuitijs, nullam tunc ſe confuſionem paſſuros intelligebant ſi illa obſeruarent, Tunc non confundar cũ proſpexero in omnibus mandatis tuis. Cumq; certiſſimum eſſe crederent illud, tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, in hoc omne ſtudiũ apponebãt illi, qui autẽ ex Deo non ſunt, ut omnino nõ ſunt illi inquos dictũ, propterea uos non auditis quia ex Deo nõ eſtis, etſi illorum ſint regna, prouincię, imperia & totus illis obtẽperet mundus, ut fuere ſuo tẽpore, Saul Balthaſar, Senacherib, Achab, & ex ſacerdotibus Anas & Cayphas infeliciſſimi illi ſunt, ueriſſima ſunt à Chriſto dicta, ueriſſima & iſta tãquam à

*De bono auditore vide d. Greg. in verba inebriamini charißimi Cã 5. et h. 10 in Ezech. illa re plebum tur viſcera &c.*

Deo

Deo ipſo dicta, Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Quid dicis, ò bone, quia diuitijs iſti ut in plurimum affluunt & delicijs, & qui ſuis illi honoribus ſæculo fulgent, benedicti & habentur, & dicuntur male dicti omnino ſunt quidquid deliret mundus, ſpreuiſti omnes deſcedentes à iudicijs tuis, ſunt illi pretioſi & ſæculo ſuo admirabiles. Sunt Idola mundi, & quos colit & ſuſpicit ille. ſed ſpreti à Deo ſed cõtempti ab illo, qui contemptus infelicitas extrema eſt, quia omnes qui elongant ſe à te peribunt, ſed florent iſti & ſæpe à Deo elongari nihili ducunt, Dum non elongentur illi à principibus quibus hærere gloriæ ducunt, nõ elongentur ab honoribus quos ambiunt, muneribus quæ procurant, à diuitijs quibus inhiãt, peribunt omnino illi ſubito perierunt propter iniquitatem ſuam, Velut ſomnum ſurgentium, domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges, quod ſi eueni re poſſet ut non audientes ex Deo non eſſent illi diaboli etſi magna illa infelicitas eſſet, non uideretur ita formidanda, ſed ait ipſe, Qui non eſt mecum contra me eſt, ſunt igitur illi diaboli, in quos dirius ſæuit ille quàm in Iſraelitas Pharao quã filij Iacob in Sichimitas, quam in Ficelech Madianitę quã incenderunt igni, habitatores captiuos ducentes, quam in Hieruſalem Romani, ſed quorſum inani labore fatigor, ſunt mala iſta & infortunia ridicula cõparata illis quibus diabolus affligit ſuos, quæ nomine ignis æterni ſignificantur, quia ex elementis & rebus ſenſibilibus quod maxime ſeuit & cruciat ignis eſt, & ne illius uirtutis efficacia arbitreris eſſe conſumendos adijcitur æternus, ſed quod generoſus angit & excruciat maxime animos illud omnino eſt, quia ex Deo non eſtis. Manifeſtarunt illi quæ dixerat Chriſtus, & ſe illos eſſe confirmarunt de quibus loquebatur cum ad illius doctrinæ prædicationem, non emendati ſed exacerbati ſunt dicentes, Non ne bene dicimus nos.

*De malo diuini verbi auditore.*

*Vide D. Baſi. orati 6. de institut. et admonit.*

*Pſ. 118*

*Pſal. 72*

*Luc 12*

*Exod. 3*

*Gen. 34*

*1. Re. 30*

*Mar. 25*

*Phariſæorũ inuida inimicitia*

Expende quanta horum malitia ſit, qui ſale corrũ puntur,luce obcęcantur.ueritate offenduntur, ſi iudi cio ualerent illi expendiſſent dicta, maturius illa exa minaſſent, & ſi uera illa reperiſſent, vt reperirent ſi ſinceris illi eſſent animis,amplecterentur, ſed inſolẽs animus reſpuit ueritatem,& ita incenditur indicentẽ illam. ò deſperatę ſalutis infirmos qui medicamina reſpuunt in quibus illorum ſita eſt ſalus & medicos conuicijs dehoneſtant, qui illorum ſalutem amico animo procurant. Eſt morborum animi medicina di uina ueritas, hęc malos omnes humores euacuat, li bidinis ardores extinguit, auaritię ſitim in explebilẽ ſedat, tumorem ſuperbię pellit, pigritię podagram ſanat, inuidię uirus faciet euomere, ingluuiem placat,& gignit ſalutiferos humores, qui hanc reſpuũt, ut iſti,& medicum ſupremum dehoneſtant, quę ſpes ſalutis illorum erit?

*Diuinũ uerbum animi medicina.*

*1. Re.19* O Saule in Dauidem nequiores, qui lanceas iacitis in verum Dauidem veſtram quietem procurantẽ, quid(ſi qui ſunt hodie his ſimiles de ſua ſalute futurũ

*Par. 19.* ſperant. Quia quos miſit legatos Dauid ignominia affecerunt Annon & ſui tot ſunt illi benemeritis bellis uexati,quid euentuum credemus his qui diuinos legatos irrident,contemnunt, vexant? Amentiſſimi homines cum quempiam alieno nomine notamus, iõ ideſt quia, aut aſpectu, aut ſermone, aut opere,ſimi-

*2.Re.16* lis illi eſt, & aliquid habere videtur de illo, vt cum quiſpiam domino ſuo maledicit appellans illum Semei,quia male dixit ille Dauidi, cum quiſpiam domino ſuo parat inſidias appellamus illum Achitophel,

*2.Re.15* quia domino ſuo inſidias ille parauit, cum quiſpiam vitæ inſidiatur paternæ appellamus Abſalonem,quia parauit ille illas patri, cum quis virum bene de ſe meritum perſequitur dicimus illum Saulem, quia bene-

*Heſt. 6.* meritum Dauidem eſt perſequutus, cum quis Regia beneuolentia abutitur in aliorum depresſionem appel

lamus

lamus Amam, quia abuſus fuit ille illa in perniciem Iudaici populi. Nunc explicate impudẽtiſſimi quid habeat ille Samaritani, quod cum diabolo cmomercium inuenietis omnino maiorem intercedere ſimilitudinem inter diem tenebras, inter niuem & picem, & inter ea omnia quæ contrarietate ſunt oppoſita, quã inter Chriſtum, & Samaritanũ, inter Chriſtum & diabolum, Samaritanus enim ideo uobis inuiſus eſt, quia legem non obſeruat, Idolis libat, Chriſtus autẽ legis eſt obſeruantiſſimus, idolorum abolitor.

*Ioan. 10*
*Pſa. 9.*

Diabolus nocet, imponit, illaqueat, perdit, excæcat, lupus ille hominis eſt, aper, leo, draco, aſpis, hoſtis, mendacij magiſter, princeps tenebrarum, ſuperborum caput, Chriſtus noſtræ procurator ſalutis. Nulli vnquam imponens, dolos deteſtans, laqueos rumpens, cęcos illuminans, omnes lucrari laborans, Chriſtus agnus mundiciei amator, ſæui leonis victor, draconis conculcator, ueritatis magiſter, lucis princeps, humilium caput, quid ergo inſaniſſimi dicitis uos, non dico ablato odio, quia tunc omnia uobis ui derentur ſublimia, ſed affecti illo, mores Chriſti contemplamini, doctrinam diſcutite, & cum prophetis ueſtris conferte miracula, penſate, & dicite quid habeant iſta cum Samaritanis aut diabolo communia? Et agnoſcetis uos dupliciter fuiſſe abſurdiſſime mentitos, & cum Samaritanum illum appellaſtis & dæmonium habere dixiſtis, & cum ita fuiſtis nefarij loquuti non ne benedicimus nos cum turpiſſime & abſurdiſſime & mendaciſſime diceretis. Iſtis ſunt animo ſimiles qui cum male dicant & detrahant non contenti tanti facinoris patratione dicunt, non ne bene dicimus nos &c.

*Chriſti ſaluberrima in hominẽ munera.*

*Confer Chriſtũ nominibus quibus Phariſæi ne phãdi illum appellarunt.*

Vide quam diſtet Chriſti optimi maximi ingeniũ benigniſſimum ab horum ingenijs perfidis, illi ad ueritatem, (& ideo dictam ut reſpicerent illi) ſunt effetati, Chriſtus ad mendacia ignominioſiſſima ingenti

animi tranquillitate manſuetiſſime reſpondet, & ad id quod inferius erat, quia hominum erat quorũ morbos curaturus uenerat ſilet, ad illud aũt quod patri erat aduerſum, & omnem doctrinæ & miraculis tollebat autoritatem reſpondet, & ita manſuete ut planiſſime illi congruere uideatur agni nomen, ego dæ-

*Expẽde.* monium non habeo. Sed quod me ſæpiſſime rapit in admirationẽ illa ſunt, quod crimina quæ uix hoc di-

*4. Re. 2.* gna videntur eſſe nomine, ut ſunt illa à pueris dicta

*4. Re. 1.* in Heliſeum, Aſcende Calue, aſcende Calue, & dicta ad Heliam, Homo Dei, homo Dei, tam ſint graui & celeri punita ſupplicio, & conuitium hoc omni conuitio execrabilis & non dictum a pueris quorum ætati fortaſſe eſſet parcendum, a militibus qui non admodum ſolent eſſe in prophetas beneuoli & modeſti, ſed conuitium in dominum prophetarum & à Scribis & Phariſæis.

*Regula pijs a pietatis magiſtro propoſita.* Ad iſta ſilentio & blando ſermone reſpondeatur, ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum. Ecce propoſita eſt tibi à magiſtro regula quã ſis in conuitijs in te iactis ſeruaturus, ſeruauit ille illam cum eſſet omnipotens & pro te & in tuum exẽplum ſeruauit, ad ea quæ ad te ſpectauerint & in te hominem fuerint ſile, vince illa ſilentio. Erit id & tibi utiliſſimum & gratiſſimum Deo, cuius eris imita-

*Pro. 16.* tor & de te ab illius ſapientia dictum extima, Melior

*Mat. 5.* eſt patiens uiro forti, & manſueti mercede donaberis gaudebiſque intus pace, quiete, tranquillitate, eritq; conſcientia tua ſimilis portui quem tumidi maris fluctus non irrequietant, conſuleſque hoc modo & corporis & animi tui bonis, quæ autem in Deum ſunt, ad illa modo quo Chriſtus reſponde, & in omnibus

*Ioan. 12* illius gloriam & honorem quære, & euenient illa ti-

*Dan 13* bi, & honorificabit eum pater meus, non inani hono

*Gen. 39* re, ſed ho rificatore digno, immortali & cęleſti, &c.

*3. Re, 16* Non arguunt & conuincunt de peccato cum dicunt.

Non

Non ne bene dicimus nos, neque enim conuincere quempiam de culpa dicemus eo quod qui hoſtili ſunt in illum animo illa dicant. Dixere in Suſanam nefarij ſenes, dixit in Ioſeph impudentiſſima fœmina. Dixere in Naboth falſi teſtes, at non ſunt conuicti illi qui nequaquam illa patrarunt.

## SALVTATIO.

*Duriſſimum eſt hominum ingenium ni emolliatur illud à Deo, neque doctrina, neque miraculis conuincitur illud, ut ex perfida, & doloſa iſta interrogatione & ex facientibus illam conſtat. Sed non deſtitit ob id ab officio ſuo Chriſtus, ut tota in illos culpa reijceretur, docet prædicat, qui ſit illis manifeſtat, & quod non petiere illi qui illic eſſent, nobis animos addens vt prædicemus, opportune, importune. Quod ſi ob auditorum malitiam nulla illis aliquando deriuetur utilitas nos non defraudabimur noſtra, ſed ut deriuetur omnibus precemur uirginem obtineat nobis gratiam. Aue Maria.* 2. Ti. 4.

## THEMA.

Quouſque animam noſtram tollis? &c.

DE ambulabat Ieſus in porticu Salomonis, quēmodū, nihil vnquā à Chriſto dictū fuit, quod careret myſterio, ita neque factum, myſterijs igitur non uacat quod ſtet, quod ſedeat, quod

deambulet,omnia in illo docent nos,omniainſtruũt,
*Nihil* omnia prædicant , De Ioanne Baptiſta multi illa ita
*aut dici* explicant,ego uox clamantis in deſerto quod nihil in
*tur aut* illo eſſet quod non eſſet uox clamans & ad pœniten
*fit a* tiam adhortans, ſiue amictus corporis,ſiue cibus,ſiue
*Chriſto* potus , ſiue humus qua prolecto utebatur , longe ma
*ſine my-* iori cum perfectione dicemus, quòd in Chriſto uerbo
*ſterio.* nihil erat quod non eſſet uerbum, illius ſanctitatem,
*Luc.* 1. pietatem , ſapientiam, & omnipotentiam clamans ,
& doctrinam homines diuinam docens , ſtat igitur
cœcum illuminaturus oſtendens uerbo ſuo obedire
*Luc.* 18. omnia neque ſeſſione aut longo temporis ſpatio illi
eſſe opus ad mirabilia illa, ad quæ tota mundi pote-
ſtas & ſapientia ſtupebat operanda , ac ita illo omni-
no imperio quo in ſpatioſa ſimul & ſpecioſa mundi
*Mat.* 8. machina creanda uſus fuit . Vtebatur in edendis mi-
*& Ioan* raculis reſpice, mundare , neq; mora ſpectata aliqua
10. *&* ſedebat & cum gratũ erat illi,rei agendæ maieſtatem
*Luc.* 5. & grauitatem explicans & quanta illa eſſet exercẽda
trãquillitate animi,& minime propere ac ueluti aliud
agens fieri à quopiam debere qui illius cuperet eſſe
imitator,ut cum docebat cũ de rebus grauiſſimis age
bat cum diſcipulis , leuabat oculos non tamen ut no-
ſtra conſpecta penuria ſubueniret illi, ut fecit quãdo
multitudo illa copioſa ſequuta illum eſt, ſed ut oſten
deret ſe incolam eſſe in terra etſi illius illa eſſet,curiã
*Luc.* 6. autem illius eſſe cœlum. Simul & docens æterni ſem-
*Ioan.* 6. per ſitire patris honorem, illiuſque ut ipſe ſæpe dixit
*Ioã.* 17. negotijs intendere , & homines inſtruens ex ſuperno
illo & excelſiſſimo Libano fluere impetu bona omnia
quibus inferior iſta machina gaudet. Nunc deambu-
lat in porticu Salomonis non otioſus quidem , ſed al
*Gen.* 24. tiora meditari , quam nullus Iſaach in agro, nullus
*Gen.* 28. Iacob lapidi innitens, nullus Dauid etſi magnum ſe
*Pſ.* 118. diuinæ legis & uoluntatis meditatorem digniſſime
& ſæpiſſime prædicet , quoniam lex tua meditatio

mea

mea eſt, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar. Voluebat for- *Pſa.76.*
taſſe inter ſublimia illa quæ ſacro agitabat animo q̃-
dam ſimillima illis, de quibus propheta Dauid, Co- *2. Mac.*
gitabam dies antiquos, & templum quod ſolum Salo *3.*
monis retinebat nomen in cuius atrio deambulabat quã fuiſſet illud varijs tẽporibus vaſtatum, æquatum ſolo cum tunc eſſet illud Auguſtiſſimũ, ditiſſimũ & toti orbi mirabile, præbebatq; illi occaſionẽ, ut hæc ſacro ſuo volueret animo, non tantum deambulatio in atrio illius, ſed quod feſtũ ageretur de illius tẽpore Eſdræ aut inſtauratione aut reædificatione. Voluebat, & mores hominum perditos, irreuerentiam in ſacra, diuinæ aſpernationem legis, dira in illum concepta odia, & illos ipſos quos ſciebat illum interrogaturos. (noſcit enim ille cogitationes de longe) futuros *Pſ.138.*
eſſe cauſam miſerabilioris tẽpli vaſtationis & ruinæ, angebaturq; animo quod futura eſſet tãta hoĩum impietas, tanta in illũ, tam cœca & immanis crudelitas, tam nephandum facinus ut illorum id exigente flagitio, atrocitateq; illius tam graui ſupplicio eſſent puniendi, ut neque loco ſacro propriæ inquam illius domui, & in illius gloriam extructæ non eſſet parcendum.

Nunc quam ſint frequentes non in templi atrijs, ſed in templis ipſis deambulationes, & quam diſſimiles huic Chriſti optimi maximi deambulationi, & templi ſanctitate, ſi quis ſpectaret Hieremias threnos ederet. Si quis Helias diuini honoris zelo con- *Pſ.68.*
ſumeretur, ſi qui Dauid cruciaretur animo & dolens, ita loqueretur, Opprobria opprobrantium tibi ceci- *1.Eſd. 9*
derunt ſuper me ſiqui Eſdras pallium proculdubio *& Eſd.*
ſcinderet, barbam euelleret, mærens ſederet, ut *1.8.*
fecit.

Quid deceret domum Dei explicuit Dauid, qui ita illius amore tenebatur ut diceret, Dilexi deco-

rem

rem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
Domum inquit, Dei decet in longitudinem dierum,
decet reuerētia illa quæ fuit maximis æquiſſimiſque
*Exod. 3.* pcepta viris. Solue calceamēta de pedib. tuis, locus in
*& Ioſ. 5* quo ſtas terra ſancta eſt, & quæ commendabatur cū
præceptum eſt, facies mihi labrum æneum cum baſi
*Exo. 30* ferrea, & lababunt Aaron & filij pedes cum ingreſ-
ſuri ſunt tabernaculum teſtimonij. Et locis ſacris,
*Puniti* muneribusve ſacris detrahentes honorem accerrime
*ſacra ꝓ-* puniti ſunt, & qui illorum ſanctitate ſunt abuſi, ne-
*phanan* que erant illi quidem vulgares homines, vt nunc ut
*tes.* in plurimum ſunt qui ſacra loca prophanant, ſed re-
*1. Mac.* ges ut Anthiocus, Balthaſar, Aſias. Hodie hiſce
*9.* præditi dignitatibus debitis rariſſime Deum defrau-
*Dan. 5* dant obſequijs, & erant loca illa ſacra quidem, diui-
*2 Par. 2* nis dicata obſequijs, ſed non ſupremo iſto modo ſan
ctificata & honorificata quo noſtra ſunt, in quibus
idem qui cœlos beat, & cœlitibus cum innumeris
Angelorum agminibus, adeſt, cuius maieſtate & di-
uinitate cognita in ſtabulo, in ſumma inopia, ante
promulgatam diuinam doctrinam, ante ſpectatos di
uinos illius mores, ante rerum mirabilium operatio
nem, ante ſummæ illius dilectionis erga homines
*Mat. 26* manifeſtationē, quam proprium illorum amore ſan-
guinem fundens manifeſtauit.

Procidentes adorauere Reges, verbum expende
procidentes & qui quantæque maieſtatis ſint qui ſe
proſtrauerunt, & nunc non in ſtabulo, ſed in templis
auguſtiſſimis, non in inopia, in argento, auro, gem
mis; poſt tot, tamque miranda ſummæ dilectionis
*In ꝓpha* nobis indicia exhibita, in illius aſpectu, ante illius
*nantes* oculos, ad aures illius, qui cogitationes cordis audit,
*loca ſa-* deambulamus, indecenter, irreuerenter, in compo-
*cra.* ſite, loquimur indigna auditu & facimus indigniſſi-
ma factu, & in locis in quibus præ illorum ſancti-
tate digniſſime parcitur homicidijs & ſiccarijs, ita

vt iudicium æquitas puniendorum, ſcelerum audiſſi ma ibi nocere non audeat illis, aut extrahere illinc vt puniat, Deo ipſi, vt ſic dicam, non parcatur, ſed cõ temnatur illius maieſtas, æquitas non timeatur. Statutæ ſunt æquiſſimæ ab humanis legibus pœnæ grauiſſimę in illos qui in proprias aliorum domos, ingre diuntur vt noceant aut offendãt illis, quæ ergo expectabunt iſtos prophanatores qui domum Dei propriã ingrediuntur ut uacent in illius iniuriam & contemptum illic rebus ridiculis, ludicris & fortaſſe pernicioſis & fędis? Non uidemus exardete ignem in ſynagoga & congregatione eorum, neque flammas comburentes peccatores ut euenit Dathan & Abiron. Non videmus ſubito atticulis pœnas illis debitas ſcribentes in pariete ad quas Regis alioqui tremendi cõ pages renum ſolutæ ſunt. Sed ſcimus quod altiſſimus eſt patiens redditor, qui tarditatem ſupplicij grauita te compenſabit, qui ita in prophanatores loquitur, Nunquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta in qua inuocatum eſt nomen meum, in oculis veſtris? Ego ſum, ego vidi, dicit dominus. Verborum horum cum metu & tremore pondus expendat quiſq;. Ego ſum, ego uidi. Et Oſeas propter malitiam ad-inuētionum eorum de domo mea eijciam eos, De reuerentia templis exhibenda uide Baſilium oratione ſecunda de precatione.

*Pſ. 138.* *Pſ. 105.* *Dan. 5.* *Eccl. 5.* *Hier. 7.* *Oſeas. 9*

Qui ſana ſunt mente & quanta dicatis diuinæ maieſtati templis reuerentia debeatur intelligunt. Dauidi Regi, non homini vulgari, ſed Regi diti, forti, ſapienti ſimiles reſpectu in ſacra, ita loquuntur, Introibo ad domũ tuam adorabo ad templum ſanctum tuũ in timore tuo. Introibo in domum tuam in holocauſtis reddã tibi uota mea, q̃ diſtinxerũt labia mea. Introibimus in tabernaculũ eius adorabimus in loco, vbi ſteterũt pedes eius. Hinc Ioiada ſacerdotẽ cũ eſſet iugulãda Athalia qui innocentũ ſanguinẽ, & eorũ

*D. Baſi. oration. 2. de prę. catione.* *Pſal. 5.*

qui

qui coniunctiſſimi erant præ dominandi libidine cru deliſſime ſuderat audimus dicentem, præcepit autē Ioiada educite eam extra ſepta templi.

*Text.* Circundederunt ergo eum Iudæi dicentes, &c. Non pepercit loco ſacro illius impietas, ibi pedicas *Eccl.27* parat, ibi laqueos Chriſto tendit, ibi in illius con- *Pſal.21* ſpectu condulcant os ſuum qui cordium illorum ama *Pſal.38.* ritudinem nouit, ibi ſe animo fingunt ſimplici ante *& 139.* illum qui quam eſſet duplex melius ipſis nouerat, ibi tādem labia doloſa in corde & corde loquuti ſunt, & erant quæ dicebantur ab illis omnino quæ dixerat Dauid, Iniquitas & dolus.

Quod optabant illi maxime illud omnino erat, ut aſſiduis illorum,& ſubdolis percontationibus quid re ſponderet ipſe quod aduerſari Regiæ Cæſaris poten tiæ uideretur Chriſtum Regem ſe appellando, neſcientes miſeri quod terra ſcabellum eſt pedum eius, & quod regnum animorum omni regno eſt ſplendidius & ſi cęcis illud non uideretur ſplendere oculis, *Homo* cui regna omnia ſceptra & diademata ērant ſubijciē *ab hoīe* da. Ab hominibus poſſent quidem illi & fortaſſe ſa *imponi* pientibus ſuis blanditijs & dolis quid extorquere, aut *pōt, non* parum cautè, aut parum prudenter, aut parum iuſte *Deus ab* dictum,& quia homines illi erant, & carnei illius o- *homine.* culi ut ſpectare non ualerent & intueri cor. Sed qui ſpectaret a Sole tenebras quam eſſet ſtultus, illo iſti fuere ſtultiores qui à ſapientia ipſa quid inconſulte *Inuidia* dicendum ſpectauerunt, ab æquitate quid in iuſtum *ſtultitia* à Rectitudine quid non rectum, ab eo qui nouit abſcondita cordis dolo extorquendum quid, quod illius dignitati derogaret. Sed expendamus rogo quam ſit oculata inuidia ad ea quę uipereo illius palato gra ta ſunt,& quam cœca illa ad ea quæ ob illius odium & dirum ingenium ſunt ingrata blanditias patris in *Gen.37* tenerum filium, res patribus adnata, & non iniucunda, fratribus natu maioribus quæ neque uideri debe-

ret

ret quia res illa erat minutiſſima ut notaretur, uiſa eſt ab inuidia fratrũ Ioſeph. Hominis afflicti ut Mardochei. Aman qui tanto rerum ſplendore gaudebat & cui tot aperiebantur capita, tot flectebãtur genua, contemptum notauit, & hoc illum ille apellauit noĩe, cũ tñ contẽptus nõ eſſet præ inuidia animi elatione. *Heſt* 6. & 7.

Sed miſſa faciamus priſca illa exempla, ſuppeditãt nobis innumera recentia tempora noſtra, quæ quia explicari non poſſunt aut ægre feretur ſilemus. Vultus hilaritatem notat in principe, blandum uerbum qui alij inuidet, medici notat inuidia quod alius magnatis alicuius domum inuiſit, theologi quod aliquẽ frequentior populus ſequatur. Oculatiſſima illa eſt in his quæ alienam felicitatem ſapiunt, quibus ſe torquet, in illis autem quæ ingrata illi ſunt & iniucũda uiſa in medio Sole cæca eſt, ſi ingrata illi eſt Abrahã fides, non uidebit illam, ſi obedientia Iſaach non uidebit illam, ſi æquitas Samuelis non uidebit illam, ſi puritas Ioſeph, non uidebit illam, aut non uidere ſe ſimulabit, cum ſint res iſtæ maximæ, ut montes excelſi, lucidæ ut ſtellæ cœli, perſpicuę, ut aquę nitidę. *Gen.* 25. 1. *Re.* 7. *Gen.* 39.

Sole erat pijs animis ſplendidius quod Ieſus erat Chriſtus. Quod requirebant illi, nam omnes illi prophetıcæ pollicitationes congruebant maxime illi, rectius plenius, & planius quam ſi de Dauide fuiſſet uaticinatum quod erat futurus rufus, & pulcher aſpectu trucidaturus gigantem, ducturus Michol uxorem & regnaturus in Iſrael: Aut de Sanſone, quod eſſet futurus lacertorum robore ualidiſſimus, dilaceraturus leonem, Philiſtęos aſini mandibula iugulaturus quę omnia in ipſis uiderent completa. Illius etiam fuiſſe imagines ſacrificia conſtabat etiam planiſſime uita illius doctrina miraculis & morte ſpectata, deerant tamen illi (illorum ſomnia) faſtus, pompa, ſtrepitus, famulitium, æquitatus (res indigniſſimæ Deo). Et quæ plures humani ſapientes & irriſerunt & contẽ- *1. Re.* 16 & 17. *Iudi.* 15.

pſerunt,

pſerunt,& quæ onera grauia eſſe dicunt quia illa poſ
*Mat.* 4. ſidet. Quorſum iſta ſibi caperet qui cœli erat domi
nus,cui omnes miniſtrabant Angeli,cui orbis ampli
*Mar.* 11 tudo eſt anguſta,cui omnia ſeruiunt, cuius maieſtate
plena erat omnis terra? Aut quomodo harum rerum
inanitatem & contemptum,& innanem poſſidentiū
gloriam quę ab illorum prophetis innumeris in locis
ſunt damnata,prædicaret ille, & doceret ſi magni il-
*Dan.* 2. la haberet,& glorioſum duceret Regem eſſe Baltha-
*&* 5. ſari aut Nabucodonoſori ſimilem? quod ſi non illū
Dei filium futurum ſpectant neque ſublimia docen-
tem,neque æterna promittentem,extollentē animos
ſuorum ad æterna,diuina & inefabilia, cuius poten-
tia ſit omnipotens,cuius ſapientia ſine numero,cuius
miſericordia ſine fine,cuius miracula ineffabilia ſimi
lis erit ille illis.

*Meſſias qualis erat expectandus*

Si autem ſinceris animis & inuidia poſſita fuiſ-
ſent omnia contemplati, quando à ſuis illis prophe-
tis auertiſſent oculos, ab illorum item ſacrificijs, &
quotquot aut Chriſtum optimum maximum promiſ
ſerunt aut adumbrarunt in ſua lege,cum uiderent eū
qui literis non uacaret literas docere præſtantius Sa-
lomone,& quarum ſplendore omnium philoſophorū
& ſapientium literæ obſcurarentur, viderent leges il
lum ſancire æquitate,ſapientia,utilitate, certitudine
Minois, Radamanti, Solonis,& legiſlatores omnes ſu
pra modum ſuperantes. Viderent nouum populum cō
dentem,non Romano ſimilem cupiditate, ambitio-
ne odio,uitijſq; alijs innumetis laborantem,ſed con
dentem populum mūdum,ſectatorem bonorum ope
rum in quo,non impotens ambitio, non ardens cupi
ditas non cuncta graſſans inuidia,non dementans ſu
perbia,non honeſtas fædans, neq; quid quod rationi
eſſet contrarium permitteretur, neque præciperetur
quod omni populo non eſſet utile, gratum,ſalutife-
rum honorificum,cuiuſmodi ſunt pax,pietas, æqui-
tas

*Innumera oſtendentia Chriſtū Deum eſſe.*
*Tit.* 2: *Vide rogo quā ſint innumeraque chriſtum Deum, rerum q̄ meſſiā ꝓbēt,ī D.*

tas ueritas, ſinceritas, manſuetudo, magnanimitas, ſāctitas & quidquid animus ualet honeſti & utilis concipere, deteſtans deorum mendacem multitudinem, ſacrilegas illorum oblationes, quibus filios & filias immolabāt, illorum impoſturas & mendacia, promiſſa cōnubia, ſpontaneas & proprias cædes, & quidqd ipſa bene informata natura abhoret. Ita ut diceres illum Paradiſum ex diuinis & cœleſtibus plantis aut arboribus ſatum in terris fuiſſe, & mundū uniuerſum ſuis legibus obſequentem, non mare, ſed portū eſſe, non militiam, ſed pacē non contētionē ſed quietem, ac tandē ad cœleſtiū ciuium normam fuiſſe illū compoſitum. Si Chriſti mores ſpectarent illi reperiſſent ſummum quem animo conceperant philoſophum Stoici (qui nunquam qualem illi pingebant in terris apparuit) pluſquā Sol ſcintillā ſuperare. Nā illi ſuum philoſophū ita ſomniabāt in quem nulla caderet animi ægritudo, nullus pturbatus affectus, qui nō ira, nō odio, non cupiditate tangeretur, qui nihil ex his quę mundus magni habet miraretur, qui nihili duceret mortem, quē ſi fractus illaberetur orbis impauidū feriret ruina. Tollebant autē illi miſericordiam & compaſſionem utiliſſimos affectus ad proximorum ſubuētionem, at huius perfectio uiri ſomnium fuit Chriſti comparata perfectioni, Non nos iſta dicimus tantum qui illum adoramus, qui letiſſimis animis Deum eſſe fatemur dicāt illi q uitæ fuere ſpectatores, q Adamas ad labores & conuicia firmior, qui non ferebat illa tātum, ſed maledicentibus benędicebat, qui animus ab omni prępoſtero affectu ita liber, nō illum cupiditas, non ambitio non uindictæ appetitus perturbabat, nullus dies ita placidus, ita ſerenus. Expendite quęſo quomodo nunc de Chriſto loquantur, non enim de Deo loquimur, ſed ut de homine planiſſime oſtendentes quod nequibat talis ac tam perfectus homo neque eſſe, neque reperiri, ni Deus eſſet.

*Chriſ. Tom. 3 demonſt. quod Chriſtus ſit Deus & D. Augu. lib. de ciui. Dei 7. c. 32. & D. Iuſtin. toto dialog. cum Triphone Iudeo & apolog ſecunda pro Chriſtian. & d. Nazia lib. 3. Theſ. fo. 164.*

permittamus illis dicant ſiquid notarunt quod non eſſet excelſum, conferant illius ſanctitati ſuorum pro phetarum & patriarcharum ſanctitatem, ut Moſes, Abraham, Iſaach, Iacob, Ioſeph, Dauid, Eſaiæ, Hieremiæ, Ezechielis & compertiſſimum inuenient morũ ſplendore ita illos excelluiſſe vt Sol ſtellas quæ ſuo il lę lumine lucent, ſi externum corporis habitum conſi deraſſent, miſſam facio pulchritudinem & ſpeciem, ſed inceſſus, modeſtiam, totius vultus honeſtatẽ, parcitatem ſermonis, niſi cum populũ inſtruebat aut reſpondebat rogatus, mũditiem amictus. Crederent diuinitatis eſſe domicilium corpus, ita compoſitum, & in quo tanta & tam excelſa elucebãt. Quod ſi ad hæc miracula accedant quis aut plura, aut maiora fecit quam fecit Chriſtus, neque mendicata uirtute, ut fecere Moſes, Heliſeus, Helias, Daniel ſed propria, quod & illis ipſis ut conſtaret æquum erat, non enim rogando, ſed præcipiendo fecit innumera. Quod ſi quæ interpoſita deprecatione facta fuere, ideo factũ ut notum illis fieret non eſſe (ut mentiebantur illi) Chriſtum æterno aduerſariũ patri, ſed illius eſſe unicum filium, uolũtatis illius in homines diuina dignatione interpretem, doctrinæq; illius magiſtrum, & in cœleſtia regna ducem, non ut Moſem, Paleſtinam è qua, miſeri eiecti ſunt. Quando igitur non una lingua, ſed innumeræ reſpondebant illis, & quod omnibus potentius eſſe ſolet linguis opera ipſa? Quid dicunt miſeri dic nobis palam, cum nihil magis loquantur, aut potius clament quam quæ diximus & innumera quæ dicere non ualemus? Sed reſpondendi modum mirabilem & adorandum expende. Nequiuit ita reſpõderi niſi à ſumma ſapientia, & qui corda illorũ agnoſcebat, & qui de ſuis operibus & miraculis quã debebat, habebat certitudinem & fiduciam, Dixi uobis & non creditis cum ueriſſime ſemper fuerim loquutus, neque uane vnquam à me fuerit prolatum uerbum,

*Sanctorum ueteris teſtamẽti perfectio.*

*Exo.15. 3.Re.18 4.Re.2. Luc.7. et Mat. 8. & 12 & Luc. 8. Ioan.17*

*Cuncta in Chriſto Deũ eſſe clamant.*

uerbum, quæ ſolent dicenti conciliare autoritatem, ut dictis illius fides habeatur, dixi ego non pro me alius, de cuius fide dubitare poſſetis, uobis, qui magiſtri eſtis populi, qui capita, qui duces, non uulgo tantum aut plebi, & cum tanta ſint quæ uos ad credendũ obligent non creditis, loquantur igitur opera, quæ neque ficta eſſe poſſunt, neque mendacia, neque parabolica, & quæ in uarios ſenſus poſſint detorqueri, neque ſe ipſa aut defendere, aut ſimulare quæ uos non exiguo ſtudio, ſæpiſsime diſcusſiſtis, probaſtis, examinaſtis, teſtibus undequaque quæſiſtis. quæ coram uobis ſunt facta, & ſæpe coram numeroſisſima multitudine, opera igitur quæ ego, non Dæmon ut perfidi calumniamini non aliena uirtute, ſed ego non dico, ſed facio, ipſa teſtimonium perhibent de me illud diſcutite, & ruminamini, hiſce potentisſimis operibus conuictus ſinceræ mentis Nicodemus dixit, nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis niſi fuerit Deus cũ eo. Et quidam ex ipſis dixerunt, quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et turba dixit Chriſtus cum ueniet plura ſigna faciet. Vnde ut Ioannis illе diſcipulos reuinceret, operibus teſtimonium percõtationi & reſponſum perhibuit, ite & renunciate Ioãni quæ audiſtis & uidiſtis, ſurdi audiunt, multi loquuntur, mortui reſurgunt. Sed ô reſpondendi egregium modum, & quem nos eſſemus imitaturi ita pie, ſancte, & inculpate, uiuentes quiſque iuxta ſuum uiuendi inſtitutum, ut nos ad operum noſtrorum teſtimonium ſecure poſſemus remittere, ut ita qui Chriſto nomen dedit rogatus Chriſtianus ne eſſet? Opera quæ ego facio, dæmoni ab renunciaui, pompis itẽ ſæculi, conditus fui ſale, ne corrumperer, & Deum ſaporem, lucerna donatus ut lucerem, candida ueſte amictus, ut moribus eſſem candidis, cruce inſignitus, ut hæc mihi gloria eſſet, mũdatus à peccato ut ex populo eſſem mundo & bonorum operum ſectatore,

*Expẽde.*

*Admiranda in Chriſti reſponſo includuntur.*

*Ioan. 3.*

*Thi. 2.*

*M a, 24*

opera quæ ego facio, es ne ſacerdos? Nolo reſpōdeat lingua, nōn frōdes arefactæ ficulneæ opera quæ ego facio, nō me uides, in ſalſo condientē, lucentē, & egentes lumine illuminantē opera quę ego facio. Es ne paſtor, prælatus, iudex? Opera quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me, quę ſi pia & inſtituto uiuēdi aūt muneris conuenientia ſunt, eueniret nobis in domini gloriam quod vineæ excultæ & fructiferæ quæ cum uites habeat vuas variæ naturę ſei entes, nullus interrogat cuius illæ ſint naturæ, fructibus teſtimonium prohibentibus. Cum quis amœniſſimos hortos in quibus variæ ſunt naturæ arbores ex quibus ſunt pendent amæniſſimi fructus, nullus rogat cuius ſint arbores conditionis pendentibus pomis gratiſſimis teſtimonium perhibentibus. Ideo Eccleſia dicta eſt hortus concluſus, & de illa dictum, Et uinea mea corā me eſt & tam frequens in ſcriptura arboris uitis & palmitis vſus, aut facite arborem bonam, &c. Securis poſita eſt ad radicem arboris, &c. Ficulneam habebat quidam in uinea ſua, &c. Nunquam ex te fructus naſcetur in ſempiternum; Omnis palmes non ferens fructum ſcindetur & in ignem mittetur. Fuit etiam in antiqua lege cōparatio ab arboribus ſumpta uſitatiſſima, Et erit tanquam lignum quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarū, quod fructū ſuum dabit in tempore ſuo. Iuſtus vt palma florebit, & ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Plantati in domo Dei noſtri, in atrijs domus Dei noſtri florebunt. Expende iſta, quin & viſione, Magno prophetæ Ezechieli manifeſtata id fuit oſtenſum, cum uidit lignum ex utraque parte ripæ pomiferum.

*Aſſeritur prædicta ueritas ſimilibus.*

*Cant.* 4.

*Cant.* 8.

*Matt.* 7.

*Matt.* 3

*Mat.* 13

*Mat.* 21

*Ioan.* 15

*Pſal.* 1.

*Pſal.* 92.

*Ezec.* 47

Sed rariſſimi hodie ſunt cum omnes eſſe deberēt, & eſſe teneantur qui ſeſe ad operum fructuum uel teſtimonium remittunt, ſciunt apertiſſime aduerſus illos futurum, pluſquam ſi ſe mollem eſſe diceret Adamas aduerſus illum teſtimonium ferret nunquam

ſatis

ſatis domita duritiès aut ſi ſe quietum diceret Euri-pus, illius inquies & feruor aduerſus illū teſtimoniū ferret, aut ſi Æthiops ſe diceret eſſe candidum, atror aduerſus illum diceret teſtimonium, aut ſi arietem, ſe diceret lupus, contra illum & pelles & ululatus, & mores, & ingenium teſtarentur, aut ſi vulpes agnum, calliditas & inſidiæ manifeſti mendacij illā arguerēt, ac ita ex nobis non pauci dicunt illi quidē & reſpondēt verbis qui ſint, nequaquam aūt cum magiſtro dicūt, Opera ego facio. Et ut maiora illa de quibus egimus miſſa faciamus, quia vehemens animi dolor nō ſinit loqui, cum uinum mixtum videam aqua, argentum verſum in ſcoriam obſcuratū aurum, lapides ſanctua-rij diſperſos, antiquam populi Chriſtiani faciem immutatam, deformatū decus illud cunctis populis mirabile, cū uideam tot arbores in horto iſto pingui ſte-riles, tot palmites in terra feraciſſima & uite ſanctiſſima non ferentes fructus, & multa quę vt videantur non ſit opus eruptione parietis ut dictū fuit Ezechieli, quia iā non in abſcondito illa fiunt, ſed in manifeſto ita ut glorientur in malitia qui potentes ſunt in iniquitate, non igitur agamus de illis & ſi notiſſimū id cupiā quod iuxta operum teſtimonium reddenda illis à Deo eſt aut merces, aut pœna ueriſſima illa ſunt, Quia tu reddes unicuique iuxta opera ſua ut eueniſſe uides Mardocheo & Ianitoribus, adhuc in humani regis æquitate, Danieli & illius inſidiatoribus, Suſanæ & ſenibus adhuc in hoc ſæculo Deo ita diſponēte ut ſciant quod omnis arbor, quod accipiet uentilabrum in manu ſua.

*Expende quā ſint iſta certa.* *Eſai. 1.* *Ezec. 12* *Pſal. 51.* *Pſal. 61.* *Heſt. 6. & 2.* *Dan. 14.* *Dan. 13* *Luc. 3.*

Sed regemus quempiam, Es ne nobilis (de minus grauibus agamus) pleno reſpondebit ore, omnino, dicito etiam quæſo, opera quæ ego facio, &c. Es ne diues? dices ut non alius, reſponde rogo opera quæ ego facio abundantes eleęmoſynas tribuo, &c. Es ne ſapiens? Proch, reſpondebit multos excello

ſapientia, dicito etiã quæſo opera quæ ego facio, &c. Non certiſſima illa ſunt Iacobi, Quis ſapiens & diſciplinatus oſtendat ex bona conuerſatione in manſuetudine ſapientiæ, ſed & in his aduerſus noſmetipſos prohibent operate teſtimonium qui.n. ſe nobilem dicit deiectiſſime viuit & ruſticisſime, qui ſe diuitem, ſordide, auare, aut prodige & ſuperbe, qui ſe ſapientem ignoranter, ſtulte & incaute.

*Iacob.* 3.

*Text.* Sed uos non creditis, quia non eſtis ex omnibus meis celſisſimus cum ſit Chriſtus & innumerabilis ſapientiæ ſimilibus vtitur communisſimus partim ut ſe attemperet auditoribus, partim ut ſuã magis manifeſtet ille ſapientiã, qui ex rebus vulgaribus, nõ vulgares, ſed diuinos eliciat ſenſus, mirabile enim fuit magis eſt aſini mandibula aquã effluere quæ Sanſonis ſitim ſedaret quam è fonte & quo res minores ſunt maioribus illas myſterijs ſcatūrite hoc mirabilibus, & ita ſiue ſagenæ miſſæ in mare, ſiue agricolæ exeũtis ad ſeminandũ, ſiue grani ſinapis vtatur ille ſimilitudine mira in illis inuenitur proprietas & miro modo doctrinæ quæ docetur & vtilitati ex illa capiendæ congruunt, fecit id ẽt ne nos homunciones alta ſemper ſapere nitentes, infimi cum ſimus & rerũ infimarũ incapaces dedignaremur vulgaribus vti ſimilib. vt capiat illa Anus, capiat & Colonus, oĩum enim vtilitati incũbimus & cõmendata eſt nobis, quod ſi ſemp nobis altiora ſapiũt, vtamur omnib. ſimilib. ita apte, proprie opportune, & vtiliter, ut non uulgaria ex vulgarib. elicuiſſe videamur, ut paſſim feciſſe uides grauisſimos doctores Auguſtinum, Hieronymũ, Ambroſium, & qui in adducendis ſimilibus frequentior fuit gratisſimus Chryſoſtomus, uide ex agricola ſumptũ ſimile, quemadmodum agricola vbertim ſeminat ſicubi videt aruum repurgatum, & ab herbarum nocumentis liberum, ita & concionator ſpiritualem aruũ videns ſublatum in quæ impediunt ſemen uerba

*Chriſtus cũ ſimilibus uſus.*

*Iud.* 15.
*Mat.* 13.
*Mar.* 4.

*In doctorum & magiſtrorum exẽplum.*

*D Chry. ho.* 1. *in Gen.*

Dei faciat,&c. A medicina ſumit, ſicuti medici qui non vno curationis modo vtuntur, ſed cum uiderint primis remedijs non eſſe depreſſum morbum, alia at que alia rurſus excogitat, ita multis medendi generibus utatur animarum medicus. Ab imbribus,ſicut imber in ignem cadens facile flammas deprimit, ita concupiſcentias facile vaneſcere facit ſermo Dei in animum admiſſus, & quia innumera ſunt iſta, addu xiſſe ſufficiat quæ diximus. *Idem ho. 31. Ingl.*

Vos non eſtis ex ouibus meis? non dixit ex vulpibus, quia non callidos illos,vaſtos ac pernicioſos uolebat, non ex lubis, nolebat enim illos uoraces & innocen tibus inſidiantes, non ex leonibus, nolebat enim il los immites metuendos, feroces, & immane domi- nium in reliquos exercentes. Non dixit ex apris,no lebat enim illos carneos, otio & ſomno deditos,que rulos rerum luto gaudentes ſine lacte, ſine uellere, ſed ex ouibus animal innoxium, manſuetum, pacis amicum,& quod præ manſuetudine malefacienti nō reluctatur, & quod domino ſuo minime eſt moleſtū, neque magno ſumptu paſcendum, nō enim paſcitur illud carnibus ut carniuora illa lupi vulpes & leones, non hordeo mundisſimo,ut equi,non furfere ut ſues, ſed herba quam ſponte tellus profert ſine ullo cultu, & eſt ita utile, ut integro non posſint uolumine illius in hominum uſus explicari commoda. Breuisſima iſta ſufficiant, quod fœcundum eſt, & nihil in illo non utile,lac, uellus, interna & externa illius reddit, quod has illud,domino utilitates, libens,ſilens, uelu- ti agnoſcens ad hoc fuiſſe a Diuina ſapientia condi- tum, ut totum ſe daret libenter & hominum uſibus impenderet, quod huiuſmodi ingenio miti, amico, pacifico, commodo, utili,eſſent chriſtiani futuri, iō illos hoc appellauit nomine eo etiam quod ut feris reliquis animalibus ouis eſſet præſtaturus Chriſtia- nus,barbaris reliquis nationibus, ita ut quod eſt ouis *Text.* *Expēde omnia.* *Ouis de- ſcriptio.* *Ouis cō- moda.*

inter ſues,uulpes, Tygrides,& leones,id eſſet omnino inter feras alias & immites natio es quæ callidæ ſūt in malum uulpes,cęno delectantur ut ſues,in māſuetos ſæuiunt ut lupi, inter ſe efferantur ut Tygrides, cruentis cædibus paſcuntur ut leones.

*Mat. 5.* Quam cōmendentur nobis frequenter eximiæ illæ ouis conditiones ſacris in literis & quantopere expetat in nobis illas Chriſtus uix in illis pagina eſt quæ non ſonet,quid miticas,manſuetudo,ſimplicitas, beneficentia ēt in eos qui nos oderunt,quid uiſcera miſericordiæ quid præceptiones de non redendo malū pro malo,ſed uincendum in bono malū, neq; maledictum pro maledicto. Nam iſta oīa tantopere cōmendata,dotes ſunt ouis, & qui illis diuino beneficio eſt præditus Chriſti eſt ouis, ſed hoc magis mirabile eſt quā quod rarum militū numero,& lagenarū cōpioſione fuerit exercitus uictus numeroſiſſimus, qđ oues iſtæ innumeras uulpes reddidere ſimplices, innumeros porcorū greges,mundos,lupos innumeros agnos, tygrides manſuetas,mites leones & in ſacras oues cōuerterunt,id dum uiuebant præſtantes & cum lacerabantur.

*Luc. 6.* *Gal. 2.* *Rom. 12.* *Dotes ouis miro modo cōmēdata.* *Iud. 7.*

*Text.* Et uos non creditis quæ credunt & amplectūtur quæ oues meæ ſunt,quia non eſtis ex ouib. meis, magno quidē ad præcipiendā ueritatem impedimento ſunt odium,inuidia,impietas, crudelitas quæ magis luporum & leonum ſunt quam ouiū,candor animi,ſinceritas uitæ ſimplicitas ingenij & manſuetudo mire iuuant ad capiendam illam,nam iſta non hebetant mentem,ſed exacuunt illam, non excęcant oculos,ſed illuſtrant ut diſcernere ualeant pretioſum à uili, ueritatem a mendacio & grauiori iudicio & maturiori prudentia fidem habeant dictis dignis fide.

Vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. Suarum ouium explicat ſummā felicitatem diuinus paſtor quæ ut ſumma eſſet,ſat erat quod ille illarum paſtor eſſet & tanti gauderent oues paſtoris, cura dilectione,

lectione,beneficio,honore & gloria. Si corporeę oues felices poſſent haberi,quæ magnorum paſtorum, Moſis Iacob, Dauid beneficio fuere gauiſæ, de quib. magna illa prædicant diuina eloquia,ut quod ad interiora deſerti minaretur oues ſuas Moſes, ut mollius paſcerentur,quod præualeret in feras Dauid tutius, q̄d ſomnus fugeret ab oculis Iacob ut melius, ꝗ lingua explicare ualebit ouium Chriſtianarum felicitatem, quæ non illorum paſtorum (& ſi nobiliſſimi fuere illi) ſed Chriſti beneficio paſcuis & cuſtodia gaudent, ſed harum laus illorum depreſſio erat, & manifeſtatio felicitatis harum explicatio infortunij illorum, faciebatque iſta Chriſtus & enarrabat illa, ut audiētes reſipiſcerent, & tantæ felicitatis deſiderio tangerentur & propriæ calamitatis compaterentur, ac tandē, ut agnoſcerent illum uere eſſe quem falſo illi interrogabant animo quando & nomen & munus habebat paſtoris quo noīe ꝑmiſſus fuerat Meſſias & illius habebant felicitatem oues quam erant illius habituræ. *Gen. 37. Exod. 3. 1. Re. 16 & 17. Gen. 31. Eſaia. 4. Hier. 13. Ezec. 34*

Expendite ego cognoſco eas & cognoſcunt me, & *Text.* Nemo rapiet de manu mea, & uitam æternam do eis omnia illum eſſe Meſſiam ac uerum Deum oſtendebant, alioqui neque illum illæ agnoſcerent, neque ipſe illas, neque tam eſſet potens ut non poſſent ab illius manibus euelli, neque uitę temporaneæ largiri ılli momentum quomodo dare poſſet æternam Teſtentur iſta potentiſſimi paſtores noſtri baculos habētes argenteos poſſint ne illi iſta ſuis ouibus largiri, & ſi ditiſſimi ſint potentiſſimi & optimi. Explicuit etiā illos ſua culpa tantis tanquam ſummis beneficijs carere diuina inquam cognitione & acceptatione diuina cuſtodia & ſollicitudine & ſecuritate quam illud parit quod nemo rapiet illas de manu illius carereq; æterna uita, quæ eos omnes expectat qui quales ille cupit oues illius fuerint expectetq; ob id ipſum nos, faxit ipſe. *Expēde quam re ſpondeat Chriſtus apte & aperte.*

## *SALVTATIO.*

*SOLIS gratiſſimo ſplendore ob oculorum ſuorum infirmitatem excęcantur ueſpertilio & Noctua, & illo gaudent Columba, Turtur & Aquilæ. Nitidiſſima Chriſti doctrina excęcati ſunt impij, ob illorum impietatem Pontifices, & Phariſæi, ita ut in illum cogerent concilium columbini autem & aquilini animi multi illuminati, precemur uirginem ut nobis gratiam obtineat, ne quis Phariſæis ſimilis cœleſti doctrina excęcatur, ſed illius luce uideant omnes quam præſtans ſit illa & obſeruatu non digna tantum, ſed neceſſaria. Aue Maria.*

## THEMA.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi. Ioan. 2.

NON poſſunt enarrari commoda quæ in rempub. deriuantur ex capitulis aut cōgregationibus hominum piorum, & ſapientum, neque poſſunt enarrari damna quæ deriuantur ex illis, cum nefarij illi ſunt, & odio, cupiditate, ambitione, vitiati, iſti neque filijs, neque patribus, neque reipublicæ parcunt, dum ſibi, commodiſque ſuis quocunque modo proſpiciant, illi uero neque filijs, neque patribus, neque ſibi ipſis parcunt, ut reipublicæ conſulant quæ

*In quorū iudicium ingeniū.*

ſibi

ſibi charior ſe ipſis eſt, illi perſonæ publicæ cū ſint, *Piorum* publica tantum cōmoda curant, iſti ideo perſonas eſ- *iudicum* ſe publicas laborant ut priuata cōmoda & aliorū dā- *munus.* na curent, & iō autóritate illa cupiunt & laborāt pol lere, ut in omnes abutantur illa, pauperes opprimendo, expilando & uindictā de quauis re capiendo. Sunt *Probi iu-* probi iudices Reipublicæ oculi, ſunt illius os, ſunt & *dices* manus, uident quæ ad illius trāquillitatem expectāt, *quotquā-* & illa omni appoſito ſtudio curant, uident quæ per- *que ra-* nicioſa timentur, & omnia appoſito ſtudio, euitāt il- *ris mo-* la, ſunt illius os, ita loquuntur proponūt definiūt de *dis rei-* cernunt quæcunq; ad illius cōmunem pacem & utili *publica* tatē attinent, ſunt illius manus, illis.n. vtitur illa, ad *proſint.* ea oīa opera quæ cōmoda illi & futura intelligit, ſunt probi iudices, Reipublicæ tutores, illa illorum pupil- *Similia* lus, ſunt patres, illa illorū filia, ac ita illam diligunt, *explican-* cōmoda curant, & charam habent, ſunt illi qđ nauta *tia iudi-* naui, cuius ſtudium in eo tantum apponitur ut in eo *cum pio-* luculis illa ſit, & naufragium nō patiatur, quod paſtor *rum in* ouibus qui ſuis cōmodis inuigilat, paſcua curat, vm- *rēpubli-* bras, requiem & à feris ēt cum proprio periculo de- *cam cu-* fendit, & ut minora deſcendamus ex quibus maiora *ram.* licebit elicere ſunt illi quod putatores uineis inutilia *Expēdo.* reſecantes, quod ſegeti noxias herbas euellentes, qđ publicis uijs ædiles, illarum mundiciem procurantes, ita illi otioſos, inutiles, uagabundos homines in exilia mittunt, remis alligant, pernicioſos præſcindunt, ita illi uitia uirtuti n. incrementum recipiat plus ob- ſtans quam electo ſemini cardum euellunt, ut publicam inhoneſtatem, iurandi abuſus, & mundant ab inquinamentis populum. Hæc & maiora commoda pa- *Exo. 18.* rate ſolent illi cura tales illi ſunt quales illos melius Appelle depingebat Iethro, Prouide autem de omni plebe uiros ſapientes & timentes Deum, in quibus *2. Paral.* ſit ueritas, & qui oderint auaritiam, qui iudicent *19.* populum in omni tempore, aut quales illos optabat

Ioſa-

Ioſaphat, uidete quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed domini, & quodcunque iudi-caueritis in uos redundabit, ſi timor Domini vobiſcũ & cum diligentia cuncta facite. Iſti præſtant, quod quidam dixit, proprium munus magiſtratus eſt ſe intelligere perſonam ciuitatis gerere, dignitatem, & decus ſuſtinere, leges ſeruare, iura deſcribere & ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe, regitur illa iſtorum conſilij, ſuntque illa quod naui uenti, nam expanſis illa recipit velis & quo illa uolũt ducitur ſiue in portum, ſiue in præcipitia, fuereque huiuſmodi congregationes ita utiles, & rationi cõſonæ, ut fere nulla natio tam ſit barbara quæ illas non habeat & illorum conſilijs auſcultet, & illis regatur idque ea inſtitutum eſt communi prudentia, quod cum nihil quod ſine conſilio fiat rectum, neque utile eſſe ſoleat, quemadmodum neque regi optime poteſt ſine acu, temone nauis, neque ſine fræno æquus, neque adamuſina quæpiam ſine regula fieri, neque æqua & legitima dari ſine menſura neque pictor quæ nimis delicata ſunt ſine bacillo pingere ita, neque æquum neque rectum neque politum fieri ſine conſilio poteſt.

*Cicero li. de offitijs.*

*Non eſt reſpublica ſine publico magiſtratu.*

*Expende ſimilia.*

Vnde egregie quidam non uiribus non uelocitatibus, aut celeritate corporũ res magnæ geruntur ſed conſilio antiquorũ & ſciẽtia. Hinc magna illa de conſilio a ſacris dicta literis qui agunt oĩa cum conſilio reguntur ſapientia, aſtutus oĩa agit cũ conſilio, ante omnia, uerbum uerax præcedat te & ante omnem actum conſilium ſtabile. Humanæ item literæ, conſilium res ſacra eſt, duo maxime contraria ſunt conſilio, ira, & feſtinatio, diu delibera, cito facito, nil curare hoc eſt in ſanũ eſſe, nil poſſe hoc eſt mortuũ eſſe. Vnde incontra facientes illa eiuſdem ſunt, pauci ſunt qui conſilio ſenſuq; diſponũt, cæteri eorũ more qui fluminibus enatant, non eunt ſed feruntur, cer-

*Cicero de ſenec.*

*Prou. 13*

*Bias.*

*Seneca in prou.*

*Seneca Epiſt. 2.*

rum id igitur eſſe ſcientes, ut certius commodius & utilius ac ſecurius id fieret non unicum tantũ decreuere cõmunitates, oẽs habere conſiliarium cuius conſilio regeretur ſed plures, quia difficilius errabũt plures, & ſecurius illorũ conſilijs auſcultabitur, nõ enim facilis eſt expugnatu turris una, & difficilius & laborioſius expugnantur plures, multi, ſaggittarij certius ferient ſcopũ quam unus prece, pretio, affectu aut pro penſione facilius corrumpetur conſiliarius vnus quã plures. Inter plures raro deeſt aliquis ueritatis amator cõmuñis utilitatis amicus, innocentiæ defenſor, iniquitatis oſor & uindex, facilius excæcatus fuit Cyclops quam excæcaretur Argus, ille enim unicum habens oculum excæcatus fuit, hic cum haberet ut fingunt fabulæ plures non excæcaretur. Expendite quã ſint vera quæ diximus, multis ab Abſalone nefario filio conſultis, & ingratiſſimo inſtãte, Achitophel, conſultũ fuit vitæ Dauid, patris oĩ cultu, & obſequio digniſſimo Chuſi impium conſiliũ diſſipanti. Quia plures erant qui de interficiendo agebant Ioſeph. Non defuere Ruben, & Iudas, qui quo potuere modo, deciſo impio fratrum conſilio fraternæ conſuluere uitæ euocato in Chriſtum concilio cum ad fuit Nicodemus.

*Cur plures ſint ĩ republica cõſiliarij.*

*Certa ſunt quæ ſimilia docet. Expende*

*2.Re.15*

*Gen.37.*

*Ioan.7.*

Quod ſi huiuſmodi cœtus ex ueteranis, iuſtis, æquis & amicis reipublicæ ſit, ceu ex fontibus ſaluberrimis mira emanant in rempublicã cõmoda tales illos procurarunt Romani, Macedones, Athenienſes, Thebani, de quibus illa extant effigies manibus truncis ante altaria diuum hic reſident, &c. Sed melius iſtis olim Hebreorum reſpublica ut ex illorum electione, conſilio Iethro facta conſtitit, exaudito item Ioſaphat cuius regium, & piũ pectus, & qui ex illo emanarunt ſermones non deſint mirari ſacra unquam religio, cũ tales ſunt congregationes gaudet illis maxime Deus, ex huiuſmodi congregationibus quæ deriuentur rei

*Priſcorũ magiſtratus quales.*

publicæ

Ioſaphat, uidete quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed domini, & quodcunque iudicaueritis in uos redundabit, ſi timor Domini vobiſcũ & cum diligentia cuncta facite. Iſti præſtant, quod quidam dixit, proprium munus magiſtratus eſt ſe intelligere perſonam ciuitatis gerere, dignitatem, & decus ſuſtinere, leges ſeruare, iura deſcribere & ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe, regitur illa iſtorum conſilij, ſuntque illa quod naui uenti, nam expanſis illa recipit velis & quo illa uolũt ducitur ſiue in portum, ſiue in præcipitia, fuereque huiuſmodi congregationes ita utiles, & rationi cõſonæ, ut fere nulla natio tam ſit barbara quæ illas non habeat & illorum conſilijs auſcultet, & illis regatur idque ea inſtitutum eſt communi prudentia, quod cum nihil quod ſine conſilio fiat rectum, neque utile eſſe ſoleat, quemadmodum neque regi optime poteſt ſine acu, temone nauis, neque ſine fræno æquus, neque adamuſſina quæpiam ſine regula fieri, neque æqua & legitima dari ſine menſura neque pictor quæ nimis delicata ſunt ſine bacillo pingere ita, neque æquum neque rectum neque politum fieri ſine conſilio poteſt.

*Cicero li. de officijs.*

*Non eſt reſpublica ſine publico magiſtratu.*

*Expende ſimilia.*

*Cicero de ſenec.*

Vnde egregie quidam non uiribus non uelocitatibus, aut celeritate corporũ res magnæ geruntur ſed conſilio antiquorũ & ſciẽtia. Hinc magna illa de conſilio a ſacris dicta literis qui agunt oĩa cum conſilio reguntur ſapientia, aſtutus oĩa agit cũ conſilio, ante omnia, uerbum uerax præcedat te & ante omnem actum conſilium ſtabile. Humanæ item literæ, conſilium res ſacra eſt, duo maxime contraria ſunt conſilio, ira, & feſtinatio, diu delibera, cito facito, nil curare hoc eſt in ſanũ eſſe, nil poſſe hoc eſt mortuũ eſſe. Vnde incontra facientes illa eiuſdem ſunt, pauci ſunt qui conſilio ſenſuq; diſponũt, cæteri eorũ more qui fluminibus enatant, non eunt ſed feruntur, cer-

*Prou. 13*

*Bias.*

*Seneca in prou.*

*Seneca Epiſt. 2.*

rum id igitur eſſe ſcientes, ut certius commodius & utilius ac ſecurius id fieret non unicum tantū decreuere cōmunitates, oēs habere conſiliarium cuius con ſilio regeretur ſed plures, quia difficilius errabūt plures, & ſecurius illorū conſilijs auſcultabitur, nō enim facilis eſt expugnatu turris una, & difficilius & laboriosius expugnantur plures, multi, ſaggittarij certius ferient ſcopū quam unus prece, pretio, affectu aut pro penſione facilius corrumpetur conſiliarius vnus quā plures. Inter plures raro deeſt aliquis ueritatis amator cōmunis utilitatis amicus, innocentiæ defenſor, iniquitatis oſor & uindex, facilius excæcatus fuit Cyclops quam excæcaretur Argus, ille enim unicum habens oculum excæcatus fuit, hic cum haberet ut fingunt fabulæ plures non excæcaretur. Expendite quā ſint vera quæ diximus, multis ab Abſalone nefario filio conſultis, & ingratiſſimo inſtāte, Achitophel, conſultū fuit vitæ Dauid, patris oī cultu, & obſequio digniſſimo Chuſi impium conſiliū diſſipanti. Quia plures erant qui de interficiendo agebant Ioſeph. Non defuere Ruben, & Iudas, qui quo potuere modo, deciſo impio fratrum conſilio fraternæ conſuluere uitæ euocato in Chriſtum concilio cum ad fuit Nicodemus.

*Cur plures ſint i republica cōſiliarij.*

*Certa ſunt quæ ſimilia docet.*

*Expende*

*2. Re. 15*

*Gen. 37.*

*Ioan. 7.*

Quod ſi huiuſmodi cœtus ex ueteranis, iuſtis, æquis & amicis reipublicæ ſit, ceu ex fontibus ſaluberrimis mira emanant in rempublicā cōmoda tales illos procurarunt Romani, Macedones, Athenienſes, Thebani, de quibus illa extant effigies manibus truncis ante altaria diuum hic reſident, &c. Sed melius iſtis olim Hebreorum reſpublica ut ex illorum electione, conſilio Iethro facta conſtitit, exaudito item Ioſaphat cuius regium, & piū pectus, & qui ex illo emanarunt ſermones non deſint mirari ſacra unquam religio, cū tales ſunt congregationes gaudet illis maxime Deus, ex huiuſmodi congregationibus quæ deriuentur rei

*Priſcorū magiſtratus quales.*

publicæ

publicæ commoda & illius filijs diximus aliqua,dici quia non poſſunt omnia quando autem uitiatæ ſunt illæ, & corruptæ odio, liuore cupiditate uindictæ ap petitu, quis recenſere valebit damna, unus aut alter eum potentes ſunt,& publico alicui muneri ſunt præ fecti,nocet vt Vrſus aut Leo,graſſaturq; ut hoſtis in rempublicam quæ non euenient illi & ſubditis ſuis calamitates cum ſint omnes ? Condēnabunt illi quidem Naboth virum iuſtiſſimum ut fecere nefarij iudices impij Regis Achab, condemnabunt puriſſimā & fidiſſimam Suſanam ut fecere iniquiſſimi & impu dentiſſimi iudices,& abſoluerent illi ( ſi caſu incidere illorum manus potuiſſet) Sichem, qui Dinam uitiauerat,& Abſalonem qui patri regnū & caput moliebatur auferre. Eueniretque quod quidam in ſuo ſæculo euenire dolebant,quia non rete tenditur acipitri,neque miluio qui malefaciunt ſed illis qui nihil faciunt tenditur, dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas.

*Iniqui dāna iudicis.* *Eſai. 1.* *3.Re. 21* *Dan. 13* *Gen. 34.* *2.Re. 15*

Fontes cammodiſſimi populis cum puri ſunt cum corrupti & uenenati,pernicioſi,capita cum ſana,utiliſſima corpori,cum autem male ſana ſunt ut in amētibus pernitioſa illis,nubes imbres opportunos emittentes deſideratiſſime,quæ mittunt grandinem, quæ omnia uaſtant,fulmina quibusſmulta perdunt metuēdæ,& tamen eodem gaudent,& ſalubria & mortifera nomine,cætus omnes dicuntur,conuentus, capitula,& ut ait Euangelium,concilia.

*Similia honorum cōmoda iudicum & malo rum dāna pro bant.*

Sed quæ piorum & ſapientum ſunt,laudabiliſſima ſunt,& in illis laudibus extollit Dauid Deum, Confitebor tibi domine, in conſilio iuſtorum, & gloriari Deum dicit in illis, quæ autem ex impijs ſunt odit anima illius,odium eccleſiam malignantiam & cum impijs non ſedebo,ſed ut peſtis omnes morbos malitia ſuperat & iniuſtum bellum omnes inimicitias,ita iniquus,iniuſtus,impius,nefarius,dirus, cætus & con

*Pſal. 88* *Pſ. 110.*

uentus omnia ſuperat,hodiernum,quia in illo agitur de obſcurando Sole,de extinguenda ſalute, de ſepe- *Expende* lienda ueritate,de excęcando bonorum omnium fon *quid in* te,de omnis humani,& diuini iuris uiolatione. Non *hoc im-* enim agitur in illo detrucidando Abele,de addicēdo *pio aga-* morti Mardocheo de demittēdo in lacum leonū Da *tur conci* niele,de occidendo Ioſeph uiris innocentibus, incul- *lio.* patis,utilibus & ſuo ſæculo glorioſis,in quibus uiola- *Gen.* 4. retur quidem iuſquia damnabatur innocētia, ſed agi *Heſt.* 6. tur de auferenda uita, uitæ largitori, non inculpato *Dan.* 14. tantum ſed culpas auferenti,non innocenti,ſed inno *Gen.* 28. centiam communicanti,& prædicanti,rerum mirabi lium operatori, & beneficiorum autori ſummo, qui neq; læſit vnquam neq; lædere potuit, neq; fefellit, neq; potuit fallere,& quod horā dementiam,impiā, manifeſtat præter iuris contemptum, & extermina- tionem,error eſt in quem non fuere quidem Philiſtei in Sanſonem lapſi,labuntur tamen pōtifices & Pha- *Iud.* 10. riſæi,neq; enim Philiſtei auſi ſunt in Sanſonem quē fortiſſimum & robuſtiſſimum eſſe ſciebant, donec multis factis à proditrice Dalida experimentis certio res facti ſunt quod deſſent uires illi,quia abraſi fue- rant ab illo crines in quibus illæ conſiſtebant, at hi viderant ſępiſſime illum dæmones pellentem & illos *Matt.* 8. in illius conſpectu mutire non audentes,uiderant ari *Luc.* 8. das ſanaſſe manus, claudorum crura ſolidantem, ac deniq; mortuos in uitam reuocantem,quomodo igi *Mat.* 12. tur in illorum mentem ſubibat quod comprehendere *Mat.* 9. illum poſſent,& mortis pęna multare,ni ipſe ut toties *et Luc.* 7 illis ſignificauerat uellet, ni ipſe uires cohiberet ſuas & libens uellet mori,facilius enim aridæ fiunt manus claudi redduntur homines, excæcantur, morte affi- ciuntur,quam illa fiant quæ fiebant à Chriſto poſſet igitur illos & in illum audentes omnes cum pegerēt ad illum comprehendendum reddere ita claudos, ut gradi non poſſent, cum manus extenderent aridas il-

las

las reddere, cum ad conſpiciendum proficiſcerentur illos excæcare ac denique fugare ut, illorum capita, dæmones, faciebat, aut metu uitam auferre, ſed inſanire faciunt odium & inuidia, ſed audi iam rogo, Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium. Quis his
*Titulis non fidendum.* titulis auditis qui æquitatem, religionem, vitæ integritatem, ueritatis & innocentiæ amorem ſonant, magna & ſupra modum iuſta, æqua & utilia proponẽda & definienda non expectet, ſi enim diuinæ, ita fuiſſent loquutæ, literæ, collegerunt concilium prædones
*Expende* aut ſiccarij, plane nihil erat ab illis expectandum niſi quomodo eſſet res aliena auferẽda, &c. Si degentium in bello quibus artibus hoſti eſſent auferenda ſubſidia, & inſidiæ aliæ parandæ, ſi ſæcularium hominum eſſet cætus etiam ſi proborum, non mirum ſi commodi alicuius reſpectu, aut ut gratum alijs facerent de alicuius oppreſſione ageretur, ſed in cætu Pontificũ & Phariſæorum, ſuæ qui erant capita religionis, ſanctitatis ut uideri cupiebant profeſſores, iuſti & æqui amici. Vide igitur quam non ſit fidendum inanibus titulis cum probitas deeſt, definient, & decernent ut ſpectabis iſti quos meritiſſimis nominibus abſcondi-
*Mat. 23.* torum cognitor Chriſtus in quem ſæuiebant appella-
*Luc. 11.* uit, appellans ſepulchra dealbata decimatores cumi-
*Mat. 16.* ni & rutæ ut ſanctiores uiderentur fermentum, caue-
*Matt. 7.* te a fermento Phariſæorum, lupos rapaces, ambulant in ueſtimentis Ouium intrinſecus ſunt lupi rapaces,
*Expende* quæ nulli unquam decreuere Caligulæ, neque Nerones, neque Siciliæ tyrãni. Expendas etiam oportet, quantæ ſint & quam potentes in malũ cupiditas, ambitio, inuidia, odium, quando tantæ grauitatis nomina & animos tam impie peruerterunt.

Rurſum oportet expendas, quod hoc eſt impiorũ
*Calliditas impiorum.* qui Vulpino ſunt ingenio ſtudium, ut ſua odia exerceant illi, & priuatas ſuas ut cenſent inimicitias uindicent, communis boni intuitu aſſerere ſe iſta facere,

& non

& non contenti impia & nefanda perpetrare, ea ut bona ab illis ut reputentur curant, neque à priuato odio ab illis facta ſed communis commodi zelo, ſedantq; hac calliditate multitudinis pectora, neque ſe dant tantum, ſed obligant ut beneficio illa & ſeruiāt illi tutius, & maiori cum licentia etiam & ipſa multitudine opem illis ferente. Non uides Satraparum induſtriam in Danielem, zelo illo honoris Regijs, & ne à multitudine contemnatur ille, quia hic homo, non habet nomen miſeri, non noſtis nomen fuiſſe impoſitum à Deo & pronunciatum ab Angelo, Et uocabis nomē eius Ieſus. Et innumera alia, lux ille dicitur illuminans, ſed odiū adhuc & nomina reddit infenſa ut notat Chryſoſtomus de Saule q̧s iſte filius Semey? *Dan. 6.* *Luc. 1.* *Ioann. 1*

Sed audi, è ſilice illo elicitū lumen uide egreſſum fauū ex capite illo leonis uide aquam è mandibula illius ignara audi horologium ꝙ cum neſciat quid faciat diuinas ſonat horas, audi Coruum diuina uerba imitātem quorum ſenſus neſcit, uide quantum ſit datum dignitati ut quia pontifex illius anni erat prophetarit, gentem omnem perditum iri in morte ſua ſubueniret illi Chriſtus, qui ſpōte ſubueniens, omnes illi fide uiua hærentes à perditione liberat & ſaluat, quibus ut annumeremur precamur. Amen. *Expende impij dētiſicij ſententiam. Iudi. 14.*

## *SALVTATIO.*

*Apoſtolorum munus fuit ſoluere & adducere ad Chriſtum, id ipſum eſt concionatorum doctrinæ uirtute peccatis irretitos ſoluere & ad Chriſtum ducere, præſtare id ſine diuina gratia nequaquam poſſunt, obſecremus uirginem impetret nobis illam. Aue Maria.*

## Sermo in dominicam Palmarum.

MVLTA ſunt quæ in hoc ſolemni in Hieruſalem ingreſſu nobis nota diuina uoluit maieſtas, quia in noſtrã illa utilitatem facta, alioqui quorſum ille de cuius regni maieſtate ita
*Pſal.102* Dauid loquitur, Gloriam regni tui dicent, potentiã tuã loquentur, Et mirabilia tua narrabunt, ut notã faciant filij hominũ potentiam tuã, & gloriã magnificẽtiæ regni tui, Qui ambulat ſuper
*Pſ.103.* pennas uentorum, Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignẽ urentem, quorſum inquã terrena iſta Põpa, & fauſtu gauderet, quæ minora erant, & minus illius celſitudine digna, quã orbis alicui monarchæ puerorũ multitudo applaudẽs? Voluit igitur iſta fieri ingenti cũ myſterio. Imprimis ut notum fieret honores fuiſſe illũ aſpernatũ humanos, quorum ſemper aſpernationẽ docuit, ſed oĩs illum ueri & benemeriti honoris eſſe dominũ, nam quotieſcumq; illum uoluit ut reliqua oĩa ſeruiuit illi, neq; cõmunis aut vulgaris, ſed regius, & ſplendidus. Procidere fe-
*Expẽde* cit Reges cũ illi bene placuit corã ſe, & adorare illũ
*Mat. 2.* & myſticis muneribus quis ac quantus eſſet teſtari, alibi multoties oblatos recuſauit & ſilere multa iuſſit quæ ſummo in pretio erant apud homines habenda. Nunc cum ſpontaneæ erat ignominię crucis ſubijciẽ-
*Ioan. 6.* dus, ilios ſui ſplendoris radios emittere uoluit ut ſæ-
*Mat.17.* pe contingit cum tendit in occaſum Sol, qui tota die ſub nube latuerat vt & ignominiam ſponte ſubiſſe intelligerent qui oblatos etiam honores ſponte
*Inſida mundi trãquillitas.* ſuſceperat. Fecit etiam id ut populi mutabilitas nota fieret, & quomodo in horas mutatur ille, vnde neque magis fidendum illi quam maris tranquillitati, quæ momento in tempeſtatem uertitur, & quos

modo

modo gaudio ſuffundebat ſuorũ agitatione fluctuum mœrore afficit & metu, cuius, infidam tranquillitatẽ graphice depingẽs Dauid aiebat, Dixit ſtetit ſpiritus procellarum & exaltati ſunt fluctus eius, aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendũt uſque ad abyſſos anima eorum in malis tabeſcebat. *Pſal. 106*

Docuit preterea quanta ſit ueri, & benemeriti honoris inſtabilitas, ut hinc conſtet quanta erit inanis honoris uanitas, mutabilitas & fugacitas; nullus enim honor magis ſolidus ex ſe, neque benemeritus differri potuit, quam qui Chriſto deferebatur, cui ſoli debetur honos & gloria, neque cuipiam illi fidei conſtantiam ſeruare magis tenebantur, quam illi qui honoris, dignitatis & gloriæ autor eſt. Ille enim humiliat, & ſubleuat, & illi in promptu eſt ſubito honeſtate pauperem, ut honeſtaſſe uides Dauidem de poſt fœtantes acceptum, regio diademate, Ioſeph afflictũ in carcere cõſtituit cum dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, ut erudiret principes eius ſicut ſemetipſum & ſenes eius prudentiam doceret, Danielem Mardocheũ, at ſuæ relinquens honorẽ naturæ diſceſſit ſubito neq; diſeſſũ cõtẽtus in dẽſa nubila uerſa eſt ſerenitas diei, ut expẽdas q̃ ſint honores fugaces & q̃ta ſit applaudentis populi in conſtantia, quod ſi certa iſta ſunt de vero, & benemerito honore quid de mẽdaci, & inani & ob res in dignas exhibito dicemus? Plane quod ſacræ dicunt literæ quę ſimilibus appoſitiſſimis illum comparant, quibus non tãtum illius in certitudinem explicant, & breuitatem, ſed & inanitatem, & perfidiam, nũtium præcurrentem illum appellãt, fummum, vmbram ſagittam uiſionem noctur nam, tonitrum in nube cõpertiſſima ſunt iſta & quę uix recitatione egeant, cum loca ſint notiſſima. Noli æmulari in malignantibus. Qui tanquã fenum uelociter areſcẽt, & tãquã olera herbarũ cito deciderẽt, ini *1. Ti. 1.* *1. Reg. 2.* *Eccl. 12.* *Pſal. 77* *Gene. 41* *Heſt. 6.* *honores fugaces.* *Sap. 5.* *Iob. 20.* *Eccl. 40* *Pſal. 36.*

mici, uero, domini, mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodũ fumus deficient, quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis, Tranſierũt illa oĩa ſicut umbra, & ſicut nuntius præcurens, & ſicut ſagitta demiſſa in locum deſtinatũ, ſi aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia eius & caput eius nubes tetigerit, tanquã ſterquilinium in fine perdetur, tranſibit ſicut uiſio nocturna. Vnde Philo, Totus orbis habitabilis non ne more nauis ſurſque deque iactatæ marinis fluctibus nunc ſecundis utens uentis nunc aduerſis utitur, nam uerbum diuinum Choreas in orbem ducit quod uulgus hominum fortunam appellat, ſubſtantiæ impiorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitrum in nube perſonabunt, ſed ô quam eſſent rari uero honore digni, etiam, ſi mutabili ſi illa fierent quæ ſapientiſſime Seneca conſuluit, Cum uelis ueram hominis æſtimationem habere & ſcire qualis ſit nudum inſpice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia corpus ipſum exuat, animum intuere qualis quantus ſit alieno aut ſuo magnus. Sed quorſum qui omnia mirabili ut diximus facit cum prudentia, & cum decore, ut cum ſedet laſſus ſedet quidem iuxta fontem, locus optatiſſimus, & aptiſſimus laſſis, cum paſcit multitudinem in loco in quo erat fęnum multum, gratiſſima menſa, & iucundiſſimus inuitatis accubitus, cum erat & noctis ſilentium, & ſolitudinem amat res aptiſſimæ & commodiſſimæ orationi, & ſi illis non egebat ille, quin & defeciſſe quodammodo urbanitatem boni, & grati hoſpitis notaſſe uiſus eſt in Simone, cũ dixit Aquã pedibus meis non dediſti cur hoc uiſus eſt carere decore inclytam adiens ciuitatem, ſolemniſſima põpa recipiendus, aſinæ tantum inſiders? Plane hoc decus erat, decori enim eſt Frãciſcano fratri peditẽ proficiſci magis quã epiſcopo, pingui inſidere mulæ. Et qui humi-

*Vide Greg. li. m. 15. c. 3.*

*Phili. li. 4. quod Deus ſit immutabilis.*

*Seneca. Epiſt. 5.*

humilitatem & paupertatem profitentur tanto illi decentius incedunt, quanto modeſtius & pauperiùs, hæc illorum ſunt ornamenta; hæc decus, unde cum Chriſtus pro nobis egenus factus eſſet ut nos illius inopia diuites eſſemus, cũ humilitatis eſſet magiſter, & princeps ſuæ ipſe obſeruantiſſimus religionis pedes ad prædicandum pergebat, & nunc eum eques ingredi illi placuit in Hieruſalem ne multitudine premeretur quam exituram illi ob iam ſciebat, & locus daretur illi ut exultaret, & interni gaudij manifeſta indicia ederet, fieretque perſpicuum Phariſæis, & ſacerdotum principibus cui deferebatur honos, cui canebantur laudes, aſinæ inſidet, ſimul & docens non eſſe mutandos cum honore mores, omnia enim ut diximus ſine ulla erga ipſum neceſſitate in noſtrum exẽplum, & noſtrarum commodum neceſſitatũm fiebãt ab illo, & quia nouit multos ad flantem uentum uerſuros uela, & diſſimiles Dauid, quem neque ab humilitate, neque à diuinorũ beneficiorum memoria, neq; ab humanorũ ſiquæ ab hominibus humana beneficẽtia acceperat (ut Aberzelay) regia diſturbauerat dignitas, ſimiles autem Saul qui cum puer eſſet unius anni, ſincerus inquam candidus & ſimplex cum crearetur rex & modeſtiſſimas has in uoces erupit: Nunquid non filius ego gemini ſum de minima tribu Iſrael? Poſtea Deo ipſi præ ſuperbia fuit ingratus, & Dauidi cui nomen, & uitam debebat inimicus.

*Cur Chriſtus in ſedit aſinæ*

*Honores nõ debẽt mutare mores.*

*1. Re. 15.*

Multa iſta, ſonant rectorem te poſuerunt noli extolli, quo maior es humiliate in omnibus, Et qui dominatur in uobis ſicut qui miniſtrat, multis tamen eueniunt Innocentij illa, ambitioſus, ſtatim ut eſt ad honorem promotus, in ſuperbiam extollitur, in iactantiam effrænatur, non curat prodeſſe, ſed iactatur præeſſe, præſumit ſe meliorem quia cernit ſe ſuperiorem, priores dedignatur amicos; no-

tos ignorat, externos comitatur, contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit, faſtum oſtendit, grādia loquitur, ſublimia meditatur. Sed ſunt iſti illis quodammodo inſania ſimiles, qui tunc res abſe abij cerent cum maximę illis eſſent opus, ut cum quis domi accinctus eſſet gladio, & cum eſſet pugnaturus deposuiſſet illum, cum artē noſſet natandi, exerceretq; in area quodammodo illam per campos pergens, & ſtudio & voluntate nollet in profundo illa flumine vti, in quo uita illius uerſatur in periculo. Ac ita plures (neque numerum explicat dictio) cum opus eſt humilitate tunc deponunt illam, in terra natant, cum pauperes, cum incogniti, cum ſuis latent illi in angulis, natat quidem, humiles ſunt, cum copioſo ſunt in flumine opum, honorum, dignitatum dedignantur natandi artem, humilitatem deponunt qua tunc maxime opus eſt, immemores miſerij, ꝙ eleuati ſunt ad
*Iob.24. d.* modicum, & quod tanquam ſummitates ſpicarum atterentur, quibus uti, nam Dauidis illa non contingăt,
*Pſal.72.* Deieciſti eos dum alleuarentur, cum eleuatur deijci-
*Greg. in regiſ.* tur qui honoribus proficit, & moribus cadit. Sed hic inſaniæ morbus frequentius ſequitur illos qui cū na-
*1. Re.19* tura Saules eſſent proſper euentus fecit Saules reges, Vera enim in multis illa ſunt Senecæ, Abſtrahunt nos a certo diuitiæ, honores, potencia, & cætera quæ in opinione noſtra chara ſunt, pretio ſuo uilia, nihil
*Seneca. Epiſt.82* habent magnificum, quo mentes noſtras in ſe trahant præter hoc quod mirari illa conſueuimus, non enim quæ concupiſcenda ſunt laudantur, ſed concupiſcuntur, quia laudata ſunt, inſedit prætereа aſinæ
*Virtus ut honoretur aliena nō egetope.* docens nullus illum adminiculis agere externis, ut deferatur illi honos, homines iſtis adminiculis vtuntur, inſident illi mulæ, aut phalerato equo. multis ſe piri famulis laborant, precioſis indui curant, quia nō carni, ſed plumæ defert cæca plebs honorem, & quia illi illius ſunt cupidiſſimi modis illis inuigilant quib.

ille paratur. Er hac potiſſimum corruptione ſæculi eueniunt iſta in qua populus iſta magno habet in pre tio,& qui populi ſunt domini,ita ut aliqui, ſuo hono re,non dignentur, neq; ingenium, neq; peritiam cũ illis iſta deſunt, ſed uirtus minime indiga laudis, in multis ſua ipſa contenta gloria eſt, canitq; Deo laudes cuius oculi in pauperẽ reſpiciunt, & cuius nomẽ honorabile coram ipſo. Sed ſunt multi hodie honoris auidiſſimi,& illi maxime quibus uirtutis & ſapiẽtiæ merita deſunt,ac ita illi neque ſumptui,neq; ſæpe conſcientiæ parcentes curant quib,ut idola colantur à populo,& in pretio ſint illis quib.uirtus contẽptui eſt,& in pretio pretium. Multi quos quodammo do cogere uidetur,uitæ inſtitutum non extrema illa, humano & diuino conuicio digna, ſed modum in illis quærunt,ſeruantque illum,utentes hoc mundo,ac ſi non utantur, cuius figuram fugacem eſſe norunt, ſimiles illi Mardocheo qui iuſſu impulſus regium aſcẽdit equum. Minime animo in ſuperbiam aſcendente, ſed ſe ſe in modeſtia & humilitate miro modo cõfirmante propter quam placuiſſe nouerat Deo illum ex ſitu,mærore,& ſqualore erigere, ob ſuperbiam autẽ Aman ſibi ac ſuis aduerſarium deprimere. *Pſal. 9. Pſ. 71. Vide rego philõ. lib. de decalog. in princip. 1. Cor. 7. Heſt. 6.*

Seruiunt Chriſto Apoſtoli bis quæ habent,plura & pretioſiora habere deſiderantes, ut illis optimo magiſtro ſeruirent deponunt ueſtimenta ſua,& eum,de ſuper ſedere fecerunt. Grato gaudẽs Chriſtus obſequio & hilaris amplectens illud,nequaquam huiuſmodi amoris & reuerentiæ in magiſtrum ſignum culpans,ut aliquoties in alijs alia fecerat, ut corrigerentur, ut cum dixit, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, Ne ſis mihi in ſatan. *Gratum apoſtolorum obſequium. Luc 9. Luc. 10.*

Princeps gentium dominantur eorum, uos autem non ſic, Non eſt ueſtrum noſſe tempora, quia hoc obſequium charitatis erat in magiſtrum, quæ gratiſſima illi eſt, etiam cum exercetur illa in conſeruos, *Mat. 19. Mat. 24.*

quam ille Paulino ore vinculum perfectionis appellat, alia autem quæ ab illo in illis paterno amore, & optimi magiſtri cura reprehenduntur,aut ſapiebant uindictam,aut elationem ,aut curioſitatẽ quæ dedecebat tanti magiſtri diſcipulos , & ideo illa in illis reprehendit, amplectitur iſta, hoc & parentum in filios , & magiſtrorum in diſcipulos,& etiam dominorum in ſeruos debuit eſſe ingenium,hic modus ſeruādus. A nullo igitur diuina & clemẽs ęquitas prę ſtātius exigit obſequium,aut ditius quā quod poteſt,illo cōtenta eſt, ſeruare illos cupit modū quē in oblatione, ad tẽpli, aut tabernaculi erectionẽ ſeruauit populus.

Neque tamen contenta eſſet quod pelles offeret caprinas auri abundans, in Chriſtum igitur & in illius pauperes quæ ideo ille vaſe eſſe uacua permiſſit, vt tu illa oleo miſericordia repleas hunc ſerua ordinem , iſtæ ſonant ſalutaria illa magni Thobiæ conſilia. Abundanter tribue. Sed neque in Chriſtum neque in illius inopię uices gerentes pauperes tam erit feruens noſtra charitas vt ſpoliare faciat nos, ut fecit Apoſtolos , Benedictus qui uenit in nomine domini , Candidas ille & ſimplices laudes amat. Huiuſmodi commendauit ille dotes cum in puerorum gratiam aut loquutus eſt aut quid illius ſapientia egit.

*Exod.* 35 & 36

*Chriſtus quibus gaudeat.*

Sinite paruulos venire ad me & nolite prohibere & ſtatuens paruulum in medio eorum , explicuit iſta Paulus cum dixit, Nolite pueri effici ſenſibus. Hoc non exigit ille ab homine, indecens eſſet illi, ſed quod illum maxime decet exigit malitia paruuli eſtote ſimplices in malo ideo in peccatore non eſt ſpecioſa laus quia neque candidus neque ſimplex, neque malitia paruulus eſt. Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſtamentum meum,&c.

*Mat.* 18 & 19

*1.Cor.* 4.

*Ecc.* 13.

*Pſal.* 46. Sed quid canūt pueri non quod plures ex noſtris

hodie,

hodie,quibus cum uix reſolutus ſal ſit quo fuerat illo rum in baptiſmate aſperſa lingua, ne corrumperetur aut ſęteret illa, ſętida quidem illi, corrupta & infen ſa Deo canunt, aut ſaltim ludicra, mollia, & carnis auribus amica. Timeant iſti ne & ignauis parentibus & miſeris eueniant quæ Heli. *1. Reg. 4.*

Qui ſapiunt pueri,& piorum parentum proles sũt, his ſimiles pueris canunt Deo laudes, ut & ipſi Deo grati ſint & parentes. Sed fortaſſe erant puerilia quæ canebant, & ætati ſimilia, nam habet hominis ætas quod & arbos,quæ primo erumpit in gemmas,in flores poſtea, coagulat tandem fructus,& ut maturi illi fiant tempus expectat? Nequaquam, ſed maturi erant & amęniſſimi fructus fecit proferre ſine ætatis & uirilis prudentiæ uſu fructum, qui uirgam ſine ullo fecit frondeſcere, ac ita illa uerbis ſonabant illi quæ maxime ſonuere prophetæ. Id illa Dauidis explicant, Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Ideſt perfectam laudem emanare feciſti. Sed cur non iſta a maioribus, quæ ita maiora erãnt? Quid noui iſta haberent, ſi maiores illa clamarent, ideo igitur illa maiora ſunt, quia à minoribus, & paruulis, ſed ad hæc quid pontifices, Phariſæi, & ſcribæ? Quid tanto ſplendore conſpecto agebant? Excæcabantur præ inuidia, illo, ut noctuę oculi præ illorum imbecillitate externo ſolis aſpectu, deſecabantur pluſquam ſatrapæ, Daniele honoris amplitudine gaudente, pluſquam Amanus cum Mardocheum præibat, quem neſcias plus torqueret, gloria Mardochei, aut propria ignominia, tantus erat internus cruciatus; ut cohibere ſe non potuerint quin in neces eruperint. Vexatio inuidi maxima exaltatio eſt illius cui inuidet. Senſit qui dixit uidebis æmulum tuum, Putredo oſſium inuidia, diuites.n.ſunt inuidi, alienis iacturis, locupletes calamitatibus,immortales funeribus, in hoc tñ impia iuſta

*Num. 13.* *Pſal. 8.* *Puerum laudes minores quo a minorib. decantata.* *Dan. 3.* *Heſt. 6.* *1. Reg. 2.* *Eccl. 4.*

*de Ioſeph. ſerm. 2.* eſt inuidia quod torquet habentem illam . Neque deficiet inuidis & prauis tormentum ſed premet illos ęternũ, ut uiros cãdidos, & ſimplices Chriſti ſeruos & laudatores ęterna beabit gloria, quã mihi & vobis, &c.

## THEMA.

### Vos eſtis ſal terræ, &c.

VIDE, ò bone, quos tanto præficias muneri vide quos ad tantam dignitatem euehas merita, & , ut ita dicam, partes illorum *Humana loquitur ſapiẽtia* expende ne fortaſſe electionis parum cautæ arguaris non enim ad tranandа maria eliguntur niſi periti nautæ, non ad proſcindendam terram niſi periti coloni, non ut militibus præficiantur, duceſque ſint niſi veterani milites, non ut corporum medeantur morbis, niſi qui longo tempore medicinæ uacarunt, nõ ut iuxta iura decernant, niſi qui iura optime norunt, vnde cum è contra fit electiõ parum cauta eſt illa, & qui eligunt habẽtur parum iuſti. Eligendi igitur ſunt ſapientes ut doceant, eruditi ut erudiant, fortes ut cum fortibus congrediantur, nobiles ut cum nobilibus, alioquin quomodo contendere poterunt cum fortibus imbecilles, cum ſapientibus ignari, cum nobilibus, ignobiles & qui præ tenuitatem & natiua deiectione *1. Cor. 1.* non eſſe uidẽtur cũ illis qui præ potẽtia, magnitudine & multitudine, & ſunt illi mundo pretio ſi, & illorum autoritas facit vt alij ſint, Si hoc eſſet humano iſto modo diſponendum, tanta eſſet ex utraque parte parilitas ut dici poſſet quod quondam, Signa *Victoria diuina.* pares aquilas & pila minantia, pilis, & nequaquã Dei ſapientia, neque potẽtia agnoſceretur. Si enim Sanſon ancipiti gladio in hoſtes vibrato plures poſtraſſet non, ut ille ait, mirabilis uideretur eſſe uictoria, ſed

quod

quod aſini illos proſtrauerit, viceritque mandibula, hoc facit mirabilem uictoriam, Si pares numero, potentia, armis copiæ pugnaſſent tempore Ioſue cum Madianitis fuiſſetque ab Iſrael uictoria obtenta nequaquam uideretur uictoria miraculo danda, ſæpe enim cum ſimiles congrediuntur exercitus alter euadit fuſus, & uictus, Sed quod numero potentia, armis tantopere inferiores uicerint, ita ut confractis colliſiſque lagenis colliſæ & confractæ fuerint hoſtium uires, hoc datum eſt miraculo. Si ex ſale ſalem efficeret Chriſtus, & illo condiret, quid mirum, hoc & ſapientia facit humana, ſi ex duce ſplendorem eliceret ut illuminaret, hoc etiam & hominum cura facit, quod autem ex ignaris fecerit ille ſapientiſſimos, ex obſcuris clariſſimos, & non humano ſapore & ſplendore tantum ſed diuino, hoc diuina fieri iſta uirtute manifeſtat. Docet iſta Paulus ita loquens. Videte uocationem ueſtram, fratres, quoniam non multi potentes ſecundũ carnẽ, nõ multi nobiles. Audiuntque illi iſta ſine rubore & mãdantur illa literis à diuino ſpiritu vt ſcias non eſſe ob quid glorietur omnis caro in cõſpectu, cũ eius uideãt infirmitudinem præpoſitam fortitudini, ignobilitatem nobilitati, ignorantiam ſapientię, potentiæ imbecillitatem, idque diuino conſilio neque hoc tantum fuiſſe illud contentum quod ſatis eſſe uidebantur ad inanis mundi confuſionem & depreſſionem, vides triumphum egiſſe imbecillitatem de fortitudine, ignobilitatem de nobilitate, ignorantiam de arroganti ſapientia, Sed etſi iſta hoc fuerint à Deo facta & diſpoſita animo, fuere maxime ut Euangeliũ Dei virtus nõ hominum eſſe agnoſceretur, ut fides noſtra non eſſe in ſapientia hominum. Sed in virtute Dei, ac deniq; ut non euacuaretur crux Chriſti, & ut reſciant homines quod Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia & iſta agnoſcentes faterentur quod & faſſus fuit

*Iudi. 7.*

*1. Cor. 1.*

*Triumphus euangelicus.*

Paulus,

*de Ioſeph. ſerm. 2.* eſt inuidia quod torquet habentem illam. Neque deficiet inuidis & prauis tormentum ſed premet illos ęternū, ut uiros cādidos, & ſimplices Chriſti ſeruos & laudatores ęterna beabit gloria, quā mihi & vobis, &c.

# THEMA.

## Vos eſtis ſal terræ, &c.

VIDE, ò bone, quos tanto præficias muneri vide quos ad tantam dignitatem euehas merita, &, ut ita dicam, partes illorum expende ne fortaſſe electionis parum cautæ arguaris non enim ad tranãda maria eliguntur niſi periti nautæ, non ad proſcindendam terram niſi periti coloni, non ut militibus præficiantur, duceſque ſint niſi veterani milites, non ut corporum medeantur morbis, niſi qui longo tempore medicinæ uacarunt, nō ut iuxta iura decernant, niſi qui iura optime norunt, vnde cum è contra fit electio parum cauta eſt illa, & qui eligunt habētur parum iuſti. Eligendi igitur ſunt ſapientes ut doceant, eruditi ut erudiant, fortes ut cum fortibus congrediantur, nobiles ut cum nobilibus, alioquin quomodo contendere poterunt cum fortibus imbecilles, cum ſapientibus ignari, cum nobilibus, ignobiles & qui præ tenuitatem & natiua deiectione non eſſe uidētur cū illis qui præ potētia, magnitudine & multitudine, & ſunt illi mundo pretio ſi, & illorum autoritas facit vt alij ſint, Si hoc eſſet humano iſto modo diſponendum, tanta eſſet ex utraque parte parilitas ut dici poſſet quod quondam, Signa pares aquilas & pila minantia, pilis, & nequaquā Dei ſapientia, neque potētia agnoſceretur. Si enim Sanſon ancipiti gladio in hoſtes vibrato plures poſtraſſet non, ut ille ait, mirabilis uideretur eſſe uictoria, ſed

*Humana loquitur ſapiētia*

*1. Cor. 1.*

*Victoria diuina.*

quod

quod aſini illos proſtrauerit, viceritque mandibula, hoc facit mirabilem uictoriam, Si pares numero, potentia, armis copiæ pugnaſſent tempore Ioſue cum Madianitis fuiſſetque ab Iſrael uictoria obtenta nequaquam uideretur uictoria miraculo danda, ſæpe enim cum ſimiles congrediuntur exercitus alter euadit fuſus, & uictus, Sed quod humero potentia, armis tantopere inferiores uicerint, ita ut confractis colliſiſque lagenis colliſæ & confractæ fuerint hoſtium uires, hoc datum eſt miraculo. Si ex ſale ſalem efficeret Chriſtus, & illo condiret, quid mirum, hoc & ſapientia facit humana, ſi ex duce ſplendorem eliceret ut illuminaret, hoc etiam & hominum cura facit, quod autem ex ignaris fecerit ille ſapientiſſimos, ex obſcuris clariſſimos, & non humano ſapore & ſplendore tantum ſed diuino, hoc diuina fieri iſta uirtute manifeſtat. Docet iſta Paulus ita loquens. Videte uocationem ueſtram fratres, quoniam non multi potentes ſecundũ carnẽ, nõ multi nobiles. Audiuntque illi iſta ſine rubore & mãdantur illa literis à diuino ſpiritu vt ſcias non eſſe ob quid glorietur omnis caro in cõſpectu, cũ eius uideãt infirmitudinem præpoſitam fortitudini, ignobilitatem nobilitati, ignorantiam ſapientię, potentiæ imbecillitatem, idque diuino conſilio neque hoc tantum fuiſſe illud contentum quod ſatis eſſe uidebantur ad inanis mundi confuſionem & depreſſionem, vides triumphum egiſſe imbecillitatem de fortitudine, ignobilitatem de nobilitate, ignorantiam de arroganti ſapientia, Sed etſi iſta hoc fuerint à Deo facta & diſpoſita animo, fuere maxime ut Euangeliũ Dei virtus nõ hominum eſſe agnoſceretur, ut fides noſtra non eſſe in ſapientia hominum. Sed in virtute Dei, ac deniq; ut non euacuaretur crux Chriſti, & ut reſciant homines quod Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia & iſta agnoſcentes faterentur quod & ſallus fuit

*Iudi. 7.*

*1. Cor. 1.*

*Triumphus euãgelicus.*

Paulus,

Paulus. Et inueſtigabiles uiæ eius, ideo igitur ex eo quod non erat ſal ſalē ille fecit candidiſſimū, efficaciſſimū condiendis hominibus aptiſſimum, ex eo qđ non erat lux lucem Solis lucem ſplendore, præſtātia, & vtilitate ſuperantem. Sed cur hiſce nominibus appellati ſunt Apoſtoli quæ poſtea pro illis uice fungentibus, ut fuere Eccleſiæ doctores fuere digniſſime aptata, aut cur hiſce rebus comparati illi? Si enim illorum præſtantiam ſignificare uellet Chriſtus, rebus poſſet illos comparare non ita cōibus, & cūctis expoſitis, res enim communiſſima & utiliſſima ſal eſt ex qua utilitatem capiunt non diuites tantum principes aut reges, etſi capiant illā omnes omniumq; cibi condiantur illo, & in illorum menſis primum ac principem obtineat ille locū, ſed inopes, mechanici, artifices, vulguſq; omne Lux item vbiq; diffuſa eſt, oīum oculos, omnium ædes, omnia omnium illa loca illuminat diuitum, pauperum dominorum, & ſeruorū. Poſſet igitur dicere ad illos, Vos eſtis argentū mundi, eſtis aurum, eſtis illius margaritæ pretioſæ, iſtis ſi illos appellaſſet nominibus maiori fortaſſe haberētur illi in pretio, & auidius audirentur uel ſolo noīe homines cupiditatē inflamati. Plane illorum doctrina argentum eſt & defæcatiſſimum illud, Eloquia domini, eloquia caſta, argentum igne examinatū, probatum terræ, purgatum ſeptuplum, aurum eſt pretioſiſſimum, & quod in comparatione illius arena fit exigua. Margaritū eſt, & illo fulgidius, & pretioſius ita, ut nolit illud projci Deus ante porcos homines, ſcilicet illos moribus exprimentes, quia illius pretiū non norunt, neque quanti ſit illud habēdum. Sed duo illa & præſtantiora, & utiliora, & magis neceſſaria ſunt etſi cunctis illa uideas eſſe communia, inſulſa eſſent omnia ſine ſale, & expoſita corruptioni, mæſta & cæca omnia ſine luce, & in eo quod communia illa ſunt tota uerſatur comparationis uirtus, & muneris Apoſtolici

*Apoſtoli cur lux & ſal dicti.*

*Apoſtoli cur reb. cōmunibus comparati.*

*Pſ. 11.*

*Prou. 8. & 16. & ſap. 7*

*Auro & Margaritis pretioſiora ſunt ſal & lux.*

ſtolici officium declaratur,debebat illorum doctrina communis eſſe pauperi & diuiti, nobili, & ignobili, ſeruo,& domino,ſubdito & principi, omnes erant illa condiendi, quia omnes diuino palato cibi erant præparandi, & paratu illa futura erat facilis, neque cuiuſquam aut domus, aut menſa ſine ſale ſternenda, ſed in omnibus dicturi ſiue edimus ſiue bibimus, Domini ſumus, omnia in gloriam Dei facite. Eratque inſtar ſalis doctrina illa uim ſuam, uirtutem & efficaciam in omni menſa, in omni loco, in omniũ cibis condiendis habitura,ita ut non hic efficax, illic minus efficax uideretur; ſed omnium una ueritas doctrinæ, condiens omniumpari uirtute cibos, ſiue vulgares, ſiue regios, nulla in menſa ſuam uirtutem amittens,ſiue inopis illa ſit coloni,ſiue regis, gauiſuriq; principes ac reges quod ita fieret, nã ſi ſal aureis ſalinis infunderetur aut non candidus, aut non ſatis comminutus, aut minus debito efficax offenderẽtur illi, ac ita & plus longe deberẽt illi offendi ſi nõ eſſet candida doctrina, & quantum oportet comminuta, ut capiatur illa, & aſpergantur illa cibi, aut non tantæ efficaciæ dante illa aliquid dignitati regiæ q̃ gaudet rebus proprijs & minime uitiatis, ac ita efficaci gaudet ueritate ut ſal. Sal igitur, ideo illi dicti ſunt, & etiam ſalitores,ut ſic dicamus. Vnde,quemadmodum in ſalis aſperſione prudentia eſt opus, ut quod cuique conueniens fuerit ſpargatur, ita in doctrina, Vnde illa cõmendata fuit Apoſtolis, Eſtote,inquiẽs, prudentes ſicut ſerpentes, Prudentiamq; iſtam miro modo commendat innumerabilium hominũ prudentiſſimus Paulus,cum,modum docet quo ſint imperandi diuites, rogandi ſenes, inſtruendi qui in uirtutis uia ſunt infantes.

*1.Co.10.* *Vbique ſal eandẽ uirtutẽ habiturus.* *Prudentia in ſalis aſperſione.* *1.Tim.6* *1.Tim.5* *&.1.Co.3 & Heb.5.*

Sal etiam ſunt appellati, quia quo comminuitur ille magis, & conteritur hoc ſalit efficacius, ac ita Apoſtoli erant facturi, ut plane feceruntque enim

illi laboribus perſecutionibus, opprobrijs carcerib. magis conterebantur, hoc illi ſaliebant efficatius, ita ut neque in carcere à ſuo deſiſterent condiendi mu-
*Eph.* 3. *et* nere, ſummum enim quod in illis erat deſiderium
4. & 2. condiendi erat homines, id ut præſtarent ſibi non
*Tim.* 1. parcebant, ſeque ipſos illi laboribus, ieiunijs peregri-
*Phil.* 6. nationibus conterebant, ita ſalis illi conditionem ſeruantes quam tantopere commendauit illis diuinus magiſter, ut fecerint plane illi quod ſal ſua natura facit. Qui deſijt eſſe ut ſuum alijs ſaporem cōmunicet ut in multis cibis fit, ſed in qua potiſſimū quæ ut ſalem ipſa ſapiat, ſed eſſe deſinit, ac ita pla-
*Apo.* 17. ne Apoſtoli, ut aquis populis ſcilicet inſtar aquæ labentibus, & tranſeuntibus diuinæ doctrinæ communicarent illi ſalem & ſaporem cum oportuit eſſe defierunt, uitaque in condiendo & diuino ſapore communicando functi ſunt. Et quemadmodum nulla erat natio quæ ſalis ignoraret uirtutem & naturam, quæque illo illiuſque uirtute in ſuos uſus non uteretur, ita nulla futura erat natio hoc ſale non condien
*Mar.* 16. da. Iſta ſonant illa euntes in mūdum uniuerſum præ
*Mat.* 28 dicate euāgelium omni creaturæ, ite & docete omnes gentes, Adumbrauitq; gratiſſime iſtud & hominū ad
4. *Re.* 2. prophetam conqueſtio, dicentium, habitatio huius ciuitatis optima eſt, ſed aquæ peſſimæ, & terra ſterilis, & prophetæ iuſſio, afferte mihi vas nouum & mittite in illud ſal, iuſſione præter quam quod diuina potentia manifeſtata eſt quæ non ſolum operatur res quas humana non attingit ſapientia, & modis ab illa diuerſiſſimis, ſed modis ſapientia contrarijs, ſale.n. aqua perditur, craſſa inſipida, & impotabilis fit, & terra illo conſperſa ſterilis, at ſale dulcorauit ille aquas, & terra ex ſterili facta eſt frugifera. Indicauit
*Effectus* præter hæc quod diuinæ ſapientiæ, diuino ſale in uaſa
& *effica*- iſta infuſo, effuſoq; & diſperſo illo erat humanæ ter-
*cia ſalis.* ræ ſananda ſterilitas, ita ut quæ fructus non ferebat

Deo

Deo dignos ferret, & aquæ popoli ſcilicet diuino pa lato dulcorandi, uas autem nouum fuit quia nihil magis nouum mundo Apoſtolorum electione, prædi catione, uita, miraculis. Quo ſale terra reddita eſt fru gifera, ut diximus, & ſuaues diuino guſtui aquæ. Di cti ſunt & lux, quia quemadmodũ ſine illa nequeunt neq; terrena neque cœleſtia uideri, & in omnes illa ſe longe lateque diffundit nationes, ſine vllius acce- ptione omnes terras luſtrat, omnium oculos illumi- nat, in omnium regionum angulos ingreditur, omnia exhilarat, lætificat, fæcundat, & quo pretioſior illa eſt & magis cœleſtis natura hoc ſe communicat copio ſius, ita & diuina Apoſtolorum doctrina, imprimis *Apoſtoli* erant fugandæ omnes ignorantiæ tenebræ omnes er *lux mun* rores ex huius diuinæ lucis defectu orti, quibus totus *di.* ſcatebat mundus, omnis vitiorum caligo, & ſuffundẽ da omnia diuina luce qua & terrena, & cœleſtia uiderentur, agnoſcerentur, ueraque humanarum *Diuinæ* & diuinarum rerum cognitio haberetur & certa fi- *lucis effe* des, eratque illa in Barbaros, Scythas, Medos, Par- *ctus mi-* thos, Indos nationeſque omnes ſine vlla acceptione *rabilis.* diffundenda, omniumque illarum oculi illuminandi, animi incendendi, & omnium rerum natura manife ſtanda, ita ut agnoſcerentur, vt cognoſcuntur res lu- mine & ſplendore quæ tenebris occultatæ nõ agnoſce bantur, exhilarandæ mentes quę ignorantiæ mæro- re erant afflictæ, & quæ noctu graſſabantur ui- tiorum feræ in fugam conuertendæ ut externo eue- nit lumine.

Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertran *Pſ. 103.* ſibunt omnes beſtiæ ſiluæ, catuli leonum rugientes vt capiant eſcam ſibi, ortus eſt Sol & congregati ſunt & in cubilibus ſuis collocabuntur. Hinc diuino iſto *Eph. 5.* Apoſtolorum doctorumque ſactorum lumine perfuſi *1. Theſ. 1* filij lucis dicuntur, & opera illis luce digna commen *Phil. 2.* dantur. Quæ omnia ita præſtitere Apoſtoli ut ſolet

cerea lucerna incenſa quæ conſumitur ut luceat, ac ita illi vitam inſumpſere omnem lucendo & illuminando, quia tamen per ſæcula laboraturus erat neceſſitate mūdus ſalis, & lucis, Deus ut illi cōſuleret ſalis. Et lucis externæ admirandā creauit copiā, creauit & ſpiritualis, ne ſapiētiæ diuinæ deeſſet ſal, & lucis æternæ quauenturis tēporibus condirētur, & illuminarētur homines harum rerū neceſſitatē habentes, ac ita digniſſime eccleſia omnium indulgentiſſima mater, & nominum & honorum ſapiens diſtributrix, illos miro modo honorificauit nominibus quibus Chriſtus Apoſtolos, illos qui Apoſtolica munera erant in terris in hominum beneficium habituri, & ut illis dicta uerba illa canere in eorum ſolemnitatem præcepit, quæ dicta fuere Apoſtolis, Vos eſtis ſal terræ, Vos eſtis lux mundi, Et congrue id, nimiſq; ſapiēter, quis enim defuncti iudicis in locum ſubrogatum non dicat merito appellari iudicem? Et ducem eum qui defuncti iudicis ſortitur uicem? Et Regem illum qui Regna, & ſceptra capit Regis qui uitā peregit? Subrogabantur ſacri doctores ad diuinam promulgandam legem in Apoſtolorum locum, merito igitur illis appellati ſunt ab Eccleſia glorioſis nominibus quibus appellati fuerant Apoſtoli, neque illos tanta gloria nominum extulit, neq; ſui fecit illos obliuiſci, ſed Apoſtolorum ueſtigijs inſiſtentes, ut nominum fuere illi & munerum heredes fuere & deſideriorum opere exequendi qūæ promittebant nomina, præſtitereque copioſiſſime, quas nationes quodve hominum genus, aut quæ terræ tam elongata pars quæ non fuerit magni Auguſtini, uenerandi Hieronymi, eximij Ambroſij, ſummi Gregorij, cæterorumq; ſacrorum doctorū ſale condita, & perfuſa lumine? Qui non contenti munera iſta ingenti cum gloria, & mundi totius utilitate dum uixerant exercuiſſe, ſacris ſuis in ſcriptis ſalem reliquerunt quo totus conditor mundus, &

*Expende ſacrorū doctorū munera.*

Deum

Deum diuinaque ſapit, quo à uitiorum corruptione ſeruatur, quo quædam perpetuitatis cupiditas communicatur illi, lucem, radios per orbem diffundentē, illuminantem illum, ita ut illorum, ut ſic dicamus communicatione, lectione, & doctrina non tm̄ ſapiant multi & luce gaudeant, ſed & illi ſal terræ & lux mundi fiant. Sed in Greg. noſtro innumera ſunt q̄ ſatis illius & lucis in auditam præſtātiam prædicant, fuit enim ab ipſo uitæ initio ita diuino conditus ſale. ita diuino ſplendore illuminatus, ut nihil ille aut diceret, aut faceret, quod diuinam ſapientiā non ſaperet, & in quo diuina lux non ſplenderet, erat ſæculo ſuo miraculo, cum uideret canos illos iuuenili & florido corpore quos optat ita loquens ſapientia, cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita immaculata. *Gregorij præſtantia.*

Sementis illud, in illo tempore uberrimas pollicebatur ſegetes, & pueritiæ illius nitens ac ſerena aura uitæ dum nitidum gratum, & amœnum, iacta ab illo uirtutis prima illa ætate fundamenta excelſam, & diuinam quandam cœleſtis ædificij molem permittebant, quæ omnia nequibant ſine ingenti luce præſtari, quæ ſummo illi uitæ diluculo orta eſt, neque ſine diuini illa ſalis condimento tam poterant eſſe illa grata hominum guſtui & diuino cui gratus ille in omnibus laborabat, nobilis enim ille cum eſſet hominū opinione, ita uirtutibus decorauit ille nobilitatem, ut apud Deum fuerit ille nobiliſſimus, & cum in magno eſſet apud homines honore & pretio in uirtutibus floruit, & pretioſos & honoratos apud Deum, nouit facere, ut fuerit apud illum honoratiſſimum, omnia tandem cum haberet ille, multa & magnopere pretioſa, & honorifica reliquit ut Chriſtum ſequeretur, omnium Apoſtolico pectore detrimentum fecit, ut Chriſtū ſequeretur, & lucrifaceret, uiuendiq; inſtitutū illud ſæculo poſt habito ele- *Sap. 4.* *Expende ſimilia.* *Nobilitas uirtute perficitur.* *Phil 3.*

git quod Deo intellexit eſſe gratius, & in quo ille liberius vacaret illi, & literis quibus ſal ipſe effectus cõdiret, lux redditus illuminaret, hæc optima doctorum principia, his gradibus ad culmen illud aſcenditur. Hinc digniſſime de illo, Et qui mane vigilauerint ad me inuenient me.

*Prou. 8.* Præoccupat qui ſe concupiſcunt cor ſuum tradi-

*cap. 6.* dit ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum. Res enim quæ futura ſal eſt a principio ſalem ſapit, neq; momento illa fit, & quæ lux etiam cũ ſcintilla eſt ſplendet, & cũ prima profert folia arbor, floreſque primos, & fructus qualis in poſterũ ſit futura

*Expẽde* cũ ꝓcerior fuerit facta & maturior oſtẽdit, & in pri-

*qua pro-* mis illis rudibuſque pictorum linea mentis quæ ſit fu-

*bent ſimi* tura imago manifeſtatur, rerumq; omnium princi-

*lia.* pia, & ſi principia illa ſint. & non dum abſoluta, neq; formata ſpeciem tamen habent aliquam eorum quæ futura ſunt. Vnde mino quorundam tn re grauiſſima ignauiam qui cum nihil per vitam habeant quod ſacerdotem] ſapiat illo ipſo tempore quo ſacerdotes creantur morum integritate, maturitate iudicij, & cordis neceſſaria mundicie futuros ſe ſacerdotes ſperant, & inueteratam conſuetudinem breui illo tempore mutandam, ac ſi (vt diximus.) res quæ futura ſal eſt ſalem illa non ſapiat a principio, & quæ futura lux radiolos ſuos non emittat, neque diſſimili modo doctores, cum nomine mores illi doctorum ſe accepturos ſperant, res cum ſit difficillima & doctrina partu difficilior quam fuit literarum quã tot laboribus illi & uigilijs paratunt, ac ita euenit ut in plurimum, ut doctores illi dicantur non tñ ſint, cum neq; vitæ illi exẽplo, neq; doctrina doceant ſalis illi nomẽ habentes, & nequaquã condientes, lucis & neq; ſibi neq; alijs lucentes, doctores quidem, ſed non ſancti doctores, ut fuere illa diuina lumina Sole, & ſale eccleſiæ magis utilia, Auguſt. Gregor, quorum literæ,

quia

quia ſanctitatis illis radices deſunt areſcent aliquan do, quia cæmenta pietatis iſta non habent, ruent in quos congruunt illa maxime quæ doctor hic maximus noſter dixit. *Lib. mor. 23. c. 16 & 18.*

Obſtaculum namq. veritatis tumor mentis, quia dum inflat obnubilat, qui & ſi quando ſcientiam uidetur adipiſci quaſi de quodam rerum cortice, & nō de ſecretæ dulcedinis medulla paſcūtur, micātibuſq; ingenijs ſæpe exteriora tūmodo attingunt, ſed interim guſtus ſaporis ignorāt, uidelicet foris acuti, intus cæci. Neq. id de Deo ſentiunt quod dulce interius ſapiat, ſed quod excuſſum exterius ſonet. Qui ſi quādo conciones habent ad populum eo modo habēt quo, dixit & ipſe, Si linguis hominum loquar, & Angelorum, Charitatem aūt non habeā factus ſum uelut æs ſonans, aut cymbalum timens bona quippe loquens, ſed per amorem bona non ſequens uelut æs, aut cymbalum ſonitum reddit, quia ipſe non ſequitur uerba quæ ipſe facit. *Vide eũdem rogo hom. in Ezech. 9 & 11. & 12. & 21.* *Li. mor. 32. c. 16.*

Magnus noſter Gregorius, cuius in omnib. magnitudinem tota mirata ſemper eſt Eccleſia, factus cum iam eſſet quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo, Adamāte ut pote fidei firmitudine, ſmaragdinæ ſpei uirore, Charitatis topacion incenſo, vnionis pretioſiſſimi candore? factus ēt ſicut lilium in tranſitu aquæ florens, candens, odorem ſpargens, & ſicut thus redolēs in diebus æſtatis, in quibus illud maxime odorem ſpirat, ut ſpirauit ille boni, ſacri ſapientiſq; nominis ubiq; odorem, & lucens ſicut ſtella in medio errorū nebulæ, qua magna pars laborabat orbis, à ſacris patribus tot in illo mirabilibus corporis & animi dotibus conſpectis, tot, tantis, tamque ſupremis quas ſuprema dignitatum omnium dignitas poſtulabat quæritur, ut præficiatur omnium conſenſu illi, expēderūt partes illi ſanctiſſimi, & clariſſimi quāta eſſet, & quam ingens neceſſaria prudentia & ſapiē *Eccl. 50.*

tia non humana tãtum,ſed diuina illi qui uaſtiſſimæ Eccleſiæ nauis natura eſſet creandus ſæuienti illo tẽpore tantopere mari. Expenderunt quantum oporteret eſſe cerebrum quamq; diuinum illud capitis corporis Eccleſiæ, ita ingentis futuri. Expenderunt quãtã oculorum illius acies, qua non proxima tantũ, ſed remotiſſima erat ille diſcreturus non præſentia tantum, ſed futura. Expenderunt quanta prudentia & diuini cognitio iuris, quantus diuini honoris zelus illius qui orbis erat futurus aĩarũ moderator, & iudex.

*Quæ expederint patres ſanctiſſimi in electione Gregor.*

Expenderunt quantus eſſet neceſſarius diuinæ amor modeſtiæ illi qui cũ ſeruus ſeruorũ Dei eſſet futurus, erant illi principum regum, & imperatorũ diademata & ſceptra ſummittenda, ac illud uelut unum quodã numen ab illis ſuſpiciendũ, illius dictis auſcultandũ, legibus parendum. Expenderunt quanta eſſet ſalis copia neceſſaria illi per quem non una altera uenatio, ſed innumeræ remotiſſimæque nationes erant condiendæ quam ingens eſſet neceſſaria lux, quæ per orbem omnem radios ſuos erat difuſura, Iſtiſque omnibus maturo nimis concilio conſideratis, deſideratus eſt hic, & deſignatus ſummus ſacerdos, in quo omnia iſta ueluti in quodam literarum & uirtutum non microcoſmo, ſed mundo inuenta ſunt, fugit iſta Greg. abſcõditus latet, & animi modeſtia Moyſi ſimilis ait, Mitte dñe quẽ miſſurus eſt, quis ſum ego, ut uadam ad regem Pharaonẽ, mitte dñe præficeq. ſupremę huic tuæ ſedi uirũ illa dignũ, Sanſonis qui habeat uires Dauidis, qui habeat animos, æquitatem qui habeat Samuelis prudentiã qui habeat Moyſis, zelum qui habeat Heliæ firmitudinẽ qui habeat Petri, audaciã in enuncianda ueritate regibus quam habuit Micheas, quis ſum ego, hoc ſanctorum eſt ingenium qui præ modeſtia quo pluribus illi abundant, tanto ſibi plura deeſſe aĩo agnoſcunt, ita ipſe lib. 5. in capit. 21. 22. & 25. & lib. 18. cap. 22. & lib.

*Gregorij admiranda modeſtia.*

&li.22.c.22.& hiſ.octa.in Ezechielẽ & in pſ. ſeptimo. Ideo igitur fugit ille & quia oĩa quę a ſanctis illi patribus expẽdi diximus, & in homine ille ſupremæ dignitati pręficiẽdo ab illis & optari & requiri, de ſãtate, de prudentia, de ſapiẽtia, de literis oĩa illa expõdebat ille horrebat tantũ dignitatis pondus & adnatas illi curas, horrebat innumerabilis gregis ſed prætioſiſſimi paſtor fieri, animo illa Iacobi uoluens, qui præ ouicularũ cura recedere a ſuis oculis ſommũ aiebat, cũ uiles illæ eſſent corporeæ, pauciſſimęq; & domi nũ haberent Laban. Horrebat tot populorũ miryades illi ſubĩjci, qui ſeipſum ſibi non ſatis ſubiectum arbitrabatur. Horrebat totius fieri ſal mundi qui ſibi ipſi præ modeſtia ſapere quod ſalis erat non cenſebat fieri illius lux & in candelabro oĩum maximo & pretioſiſſimo & celſiſſimo collocari, in quo toti debebat fulgere orbi qui vt ſibi ipſi ſplenderet non ualere pręanimi ſacra demiſſione timebat, obſeruabat ille qđ ſcripſit, habebatq; fixũ in pectore quod literis mãdauit & ideo fugit & latet. Vide quid fugias o Gregori fugis ſummos in Eccleſia honores quos innumeri ambiunt, ſummas opes quas innumeri cupiunt dignitatis faſtigiũ celſiſſimum toti orbi mirabile & ſuſpiciendũ, fugis glorioſos illos & benemeritos titulos ſanctitatis & beatitudinis oĩum Cæſarũ titulos gloria ſuperãtes, fugis tandẽ in terris Chriſti uicarius eſſe & illius & in terra & in cęlo poteſtate gaudere, poſſeq. te de ſtercore egrigere pauperẽ, ut ſedeat cũ principibus, & ſoliũ gloriæ teneat, & innumerabiliũ theſaurorũ externorum & ſpiritaliũ diſpenſatorẽ. Non excęcat Gregoriũ ingens dignitatis ſplendor, nõ fulgor magnus honoris terret onus, terret cura, terrent uices Chriſti quas eſt habiturus & oĩum poſtremo reddẽda ratio, ſed hoc habet modeſtia quæ quemadmodũ fugit cũ opus ſibi uidetur, & latet, ſpectat, obſequit, & cũ gratũ id deo ſperat nitet, Patitur iã ſummus fieri

*Fugit Gregorius quod multi nũ fugiunt.*

*Quid fuit quod fugã capere fecit Gregorium.*

ſacerdos qui ſummis prædìtus erat uirtutibus vt dĩgnitas poſtulabat lucet iu candelabro omnibus qui in Eccleſię domo ſunt, & quotquot in illa ingrediebatur uidentes lumen mirabantur.& illuminabantur illo, condit in cœleſti illo ſalino in totius Eccleſiæ mẽſa poſito prouincias omnes, regna, imperia, nihil illius cauſa aut inſulſum ſit aut corruptum, fugat luce errorum ubiq; tenebras, uitat ſalis ſui efficacia corruptionem omnem, & quęcunq; de alijs, inq. aliorũ utilitatem illę aut dixit aut ſcripſit in illo latiſſime fulgent ut illa Ezechielis Cui dictum, comede uolumen iſtud &c. Fuit imagine illa expreſſus, manus hominis ſub pęnnis eorum, fuit tadem filio hominis ſimilis, neque contentus ſal eſſe dum uixit, lucere dum uitam egit, tanta fuit illi animarum condiendarum ſitis, tantus ardor lucendi ut mortuo illo uiua & quæ uiuent in æternum illius opera ita condiant vt putreſcere animos non ſinant neq; vermes illos uitiorum gignere, ita luceant ut in errorum tenebris non patiãtur illos uerſari ita ut quod uni corpori contingit attactu defuncti corporis Prophetæ quod reuixit, innumeris contingat animis attactu, & lectione litterarum illius, quod per gratiam diuinam contingat omnibus precamur deum, ut illo aliquando potiamur.

*Lege iſta h. 10. in Ezechiel lib. 1. in Ezech. h 3. li. 1. in Ezec. 2.*

*4. Re. 20*

## *SALVTATIO.*

*Qui ad tanta hodie diuina cum ſit & ſuperna maieſtas ſe demittit pro mundicie hominum ut miſſa in peluim aqua, illorum pedes, & læuet, & tergat, dabit nobis pro illo legatione fungentibus gratiam, vt miſſa in*

*memoria*

*memoriæ peluim aqua puriſſima diuinarum ſcripturarum, de affectuum lotione qui animi ſunt pedes, & modeſte, & ſubmiſſe, & cum utilitate agamus, interceſſione puriſſimæ uirginis quam gratiſſima illius oratione vt interueniat præcabimur. Aue Maria.*

## T H E M A.

### Ante diem feſtum Paſchæ.

MIRVS in omnibus fuit in Chriſtianum populum amor, qui utinam tam magnis, tam immenſis, tam frequentibus beneficijs gratus eſſet illi contulerat quidē antiquo populo beneficia minime exigua illa, eduxit ex Ægypto multis mirabilibus editi, proſequentes illum hoſtes nō domuit tantum ſed in mare ſubmerſit deficiente illis aqua fecit in deſerto torrentes inundare, deficientibus Ægyptijs alimonijs, pane cęli in abundātia cōſuluit, & in terra inuia & inaquoſa dux illius fuit, iſta fere omnia grato carmine cōprehendēs Moſes dixit, Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos ſuos expandit alas ſuas Dominus ſolus dux eius fuit & non erat cum eo Deus alienus, inuenit eū in terra deſerta, in loco horroris, & uaſtæ ſolitudinis. Circū duxit eū & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillā oculi ſui, fuit illis in uelamēto diei, & in lucē ſtellarū nocte. Vnde tantū beneficiū magni habens Propheta dixit, elegit nobis hereditatē ſuam ſpeciē Iacob quē dilexit, & iterū, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Vnde ſi quādo. ( Non enim id contingebat

*Exod.* 6 *Deut.* 6. & 8. & *iud.* 6 *Pſal* 67. *Exo.* 19. *Deut.* 32 *Pſal.* 64.

rato) tot, tanta, tam præclara beneficia ingratiſſimi dorſum eijciebant, mirum quantum excandeſcebant in illos Prophetæ & quanta & quam horrenda in illos intonabant. Audite cæli quæ loquor audiat terra uerba oris mei &c. Dei perfecta ſunt opera, & omnes uiæ eius iudicia. Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate iuſtus, & rectus, peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus, generatio praua atque peruerſa hæccine reddis domino? Popule ſtulte, & inſipiens, nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit fecit & creauit te. Quod ſi tanta fuit antiqui populi felicitas, & Deus tam priuato amore proſequutus illos eſt, ut tantæ ingratitudinis nota a Prophetis uiriſque ſanctiſſimis merito notarentur cum in illum delinquebant. Quæſo quãto erit maior Chriſtiani felicitas populi, Cui non imagines rerum vt illis non vmbrę, non figuræ; ſed res ipſæ pretioſiſſimæ quæ illis præſignabãtur ſunt conceſſæ, quem non eduxit ex Ægypto Moſes, ſed Chriſtus Moſis dominus ex captiuitate peccati, & ignorantiæ tenebris ducitque ille illum per ſemitas iuſtitiæ docens, erudiens, cuſtodiens, non pane cęleſti paſcens ſed diuino, non aqua ex petra, ſed aqua quæ in bibentibus fit fons ſaliens in uitam æternam, quorum beneficiorũ multa, in ſacra iſta lectione cõtinentur, Datus enim pro agno qui umbra erat, uerus, innocens & mũdus, mundique mundificator agnus, pro manna, Euchariſtia diuini oĩs ſaporis ſuauitatem habens quæ beneficia quanto ſublimiora ſunt, & celſiora tanto a nobis magis habenda, & tanto nos in illorum aurorem futuri gratiores quando certiſſima illa Chriſti ſunt, multi reges noluerunt uidere quæ uos uidetis & non viderunt. erit igitur & in iſta, delinquentium ingratitudo maior, deteſtabilior, maiori digna ſupplicio, & maiora in illos intonabunt Prophetæ, ſi enim graui ſupplicio dignus haberetur qui imaginem regiam offenderet, qui offenderet regem

*Felicitas Chriſtiani populi.*

*Beneficia Chriſtiano cõceſſa populo.*

*Exo. 10. & leuit & Ioan. 1. Apoc. 5.*

cuius erat imago, quanto magis dignus haberetur, ſi quis debiti argueretur quod ænea numiſmata recipiens neq; perſoluiſſet illa neq; gratus in illũ qui illa commendauerat extitiſſet, quid de eo diceretur qui recipiſſet aurea? Vt autem quæ receperitis intelligatis & ſi non omnia attendite. Sciens quia uenit hora eius, O bone multi horam ſuam ſuam ſcientes triſtantur, mærore afficiuntur. Non ſolum ex his qui ita laxe vixerant, & ſine ratione ut digniſſime metuere poſſint rationem, quando reddendam illam intelligunt illi, de quo digniſſime dicta ſunt illa, Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum iuſtus dominus & iuſtitiã dilexit, æquitatẽ uidit vultus eius, ſed & qui dicere ualuerunt, cuſtodiui uias domini neque impie geſſi a Deo, quoniam oĩa iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me iſta diſcentes iſta etiam dicunt. Si iniquitates obſeruaueris dñe domine, quis ſuſtinebit, quia apud te propitiatio eſt, & propter lege tuã ſuſtinui te domine, Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis uiuens. Quia perſequutus eſt inimicus animam meam humiliauit in terra uitam meã. Tu uero o bone horã ſciens & ſi doloris illa ſit & acerbitatis plena animo es ita læto, & in tuos beneficia cumulas & (vt ſæpe ſol in occaſu) magis amore in tuos & beneficentia nites, rationem homines ſi deſiderent, hæc eſt ex innumeris una aut altera, imprimis quia mortis dominus es, & mortis amaritudinẽ dulcorans morte tua, pluſquã iactum lignũ Marach dulcorauit aquas, rurſum quia mors hora eſt in qua aperta manu effuſſurus eras beneficia oĩa, non ſolũ quibus humanũ indigebat genus, ſed quæ immenſã tuã maieſtatem decebãt, eras redẽpturus illud pretio magno, de quo poſtea Paulus tanti beneficij gratus æſtimator, empti eſtis prætio magno, excedit enim illius magnitudo omne pretium argenti, auri, & gemmarum

*Aſſerit qua diximus ſimilia.*

*Rom. 14.*

*Pſal. 17*

*Chriſtus mortis dominus*

*Exo. 15*

*Cur dicta hora eius.*

marum quod unquam habuit mundus, liberaturus eras a peccato mundaturus pluſquam aquæ diluuij omnem carnis immundiciam, affixurus cruci chirographum quod contra nos erat, & ideo & ſi amara eſſe difficilia & laborioſa iſta eſſent, tanta erat in te perficiendi illa uoluntas vt ſciens quia venit hora animo minime ſis demiſſo, & ad beneſaciendum inepto.

*Rom.8. & Gala. 4.d.tit 2.d. Col.2.ca*

Sciens q̄a uenit hora eius Id inter alia ideo cēſeo dictum, ꝙ in illius ſitum eſſet poteſtate horæ electi ò, tanquam illius domino, quę enim noſtra ſunt nos de illis cum uolumus & ut uolumus diſponimus. Hoc autem sēſu non, poterit mortis hora hora noſtra dici. Nam non in noſtras ſed in Dei poteſtate ſita eſt, quā nullus vnquam mortalium vitare poteſt, alioqui ò qđ aut immortales eſsēt, aut Neſtori & Mathuſalem ęta te ſimiles, tanta eſt huius exilij dilectio, huius ꝓcelloſi maris grata nauigatio, huius militiæ ancipitis, certamen iucundum, agimus in hac Babilone ſine fle tu, etſi dolēdi innumeras habęat ocaſiones, ī hac Ægypto ſine laboris & ſeruitutis ſenſu etſi grauiſſimi ſint illi, & hæc ratio eſt propter qua Marach aquæ nobis ſint dulces & Ægyptiaca alimēta nobis ſapiunt Coggnouit figmentum noſtrum qui nos fingit, & qui fixit noſtra ſigilatim corda, intelexit noſtra opera, & ideo conſtituit terminos qui pręteriri non poterunt, etiā ſi flens ad parietem conuertas id enim vni contigit Ezechiæ uita qđē tibi diſſimili quando ante diuinos oculos auſus fuit iſta loquendo illi proponere, memē to, quomodo ambulauerim coram te corde perfecto, non eſt igitur hora tua, ſed Chriſtus, cuius hora, hora ſua eſt, ita horæ tuæ temperabit dolorem, amaritudinem, metū vt ob hoc gratias acturus ſis illi ꝙ horā tibi præfinierit. Nō enim tibi tollit quæ grata ſunt, ſed in meliora commutat, vitam temporalem in ęternā, Audi rogo Socratis & Platonis aliqua quę nō poterunt

*Geneſ.5. Pſa.118 & 119.*

*Plato in phædo,*

ternnt te non ingenti admiratione afficere,& quæ dicas,aut ex noſtris mutuata, aut in noſtram ſocordiã dicta. Quo circa inquit Socrates,In terra dum in uita ſumus ita nos ipſi parare debemus, ut quam minimum fieri poterit cum corpore ſit nobis commercij, ita fiet ut quadam tenus ad ſcientiam accedamus, cauebimuſque ab eius contagio quo uſque nos Deus ſoluat,ut puri,& à corporis uitijs liberati, cum ſimilibus ut par eſt uerſemur. Cognoſcamuſq; per nos ipſos.ea quæ integra & ſincera ſunt quod eſt uerum ipſum; quæ ſi adhunc ſe modum habent magna ſpes eſt proficiſcentem quo nunc ego ſi alibi vſquã & ibi futurum cõpotem rei quã ut conſequeremur tot perpeſſi ſumus in uita labores,& alibi ecce itaq; ibi præmia & mercedes quæ uiro iuſto præter ea bona quæ iuſtitia ſecum afferta Dijs & hominibus tribuũtur præclara ſane,& ſtabilia,atqui ea omnia,nihil, neq; numero ſunt neq; magnitudine cenſenda, ſi cum, ijs cõferam quæ mortuum manent. Quòd ſi ita odorati ſunt gẽtiles,quid de morte,deq; iuſtorũ poſt mortem præmio dicemus Chriſtiani,probis.n. Chriſtianis,& his qui fidei firmitudini charitatis adiunxere ignes, tempus coronæ mors eſt, nauigationis potus optatus, peregrinationis in optatã patriam deſideratus finis, mercedis recipieudę tempus.

*Lib. de republ.*

*Mors qd ſit pÿs.*

*2.Tim.4 et.1.Pet.5.et Apoc.2.pſ. 118.*

Vt trauſeat ex hoc mundo ad patrem à quo nunquã iuxta diuinam naturam diſceſit ille. Sed oportuit maxime vt homo fieret,& inter homines verſaretur non tantum ut nobis aperiret tranſitum ad patrem, ſed ut exemplo, & doctrina doceret quã eſſet ad patrem eundum.

Chriſtiani enim hominis non mortem tantũ oportet tranſitum eſſe ad patrem ſed etiam uitam, nam ex hac potiſſimum pendet mors,iuxta illud Auguſtini,qui bene uixit bene mortuus eſt, vnde cuius uita tranſitus eſt ad patrem expectandum eſt eſſe & mortem.

*Vita Chriſtiani.*

tem. Peregrinatio autem quæ eſt in urbem Hieruſa-
*Similis.* lem ex primo inito itinere illuc dirigitur, ſemperque hoc animo pergit qui peregrinatur, & illuc omnes paſſus dirigit. nauigatio qua tenditur in Indos, a primo ex portu digreſſu, dirigitur in illos, eſt autẽ Chri-
*Ecc.7.* ſtiani vita peregrinatio, Vide id ipsũ teſtãtia teſtimo-
*2.Cor.5.* nia. Numero dierũ peregrinationis meæ peregrina-
*1.Petr.2* mur à Domino obſecro vos tãquã aduenas & peregri-
*Heb.11.* nos, Confitentes q̃a peregrini & hoſpites ſumus ſuper terrã. Chriſtiani igitur hominis vita quæ tẽdit ad patrem, oportet illam ſciat, ꝙ tranſitus illius & peregrinationis gradus, aut greſſus ſunt cogitationes, ſermones & opera, illuc igitur tendere debet ſemper cogitatu, opere, & ſermone, ꝙ ſi quando deuiat, fletu lamento, dolore, confeſſione, & penitentia laboret in viam reddire, ita apud ſe loquens cogitaui uias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua, ita precãs, erraui, ſicut ouis quę perijt quære ſeruum tuum Domine. Ac rurſum, vide ſi via iniquitatis in me eſt, &
*Expende quid doceat ſimile.* deduc me in uia æterna. Et queãdmodũ, qui inter nauigandũ intelligunt elongari ſe, & acus aſpectus, & ſtellarũ ſitu, & regimine ad nauigandũ ab ea prouincia in quã tendebant, toti in hoc ſunt, ut in uiã ſe ſe reducãt, quæ illos reducat in optata, ita & qui inſido iſto terrarũ mari uiuunt, ac nauigant cum ſapiũt faciunt, qđ ſi ut tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ intelligi uelis, ſolummodo de morte ẽt in hoc ſenſu Chriſtiani hominis ut te cõuenit. nam uerisſima & cõper-
*Vita hominis mors.* tisſima ſunt illa, Quid uita niſi lenta mors? Et Seneca, Quotidie enim proprius ab ultimo ſtamus, & illo vnde nobis cadendum eſt hora omnis nos impelli, &
*Seneca epiſt.24.* idem, Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars uitæ, & tunc quoque cum creſcimus uita decreſcit, &c. Quidquid tranſijt temporis perijt, hunc ipſum quem agimus diem cum morte diuidimus. Si igitur tranſitus ad patrẽ de morte intelligatur tantum,

ita & ſic de hominis uita intelligetur, quæ quo probauimus modo mors eſt.

Cum dilexiſſet ſuos, &c. ueriſſima ſunt etſi decantatisſima illa, quod de Deo propter illius immenſitatem facilius dicimus quid non ſit, quam quid ille ſit. Facilius dictu eſt, inquit Diuus Auguſtinus, quid nõ ſit Deus quam quid ſit. Terram cogitas (inquit) non eſt hoc Deus, mare cogitas? Non eſt hoc Deus, omnia quæ ſunt in terra, homines, animalia? Non eſt hoc Deus. Omnia quæ ſunt in mari quæ uolant per aerem? Nõ eſt hoc Deus. Quidquid lucet in cęlo Sol & ſtellæ? Non eſt hoc Deus, ipſum cęlum? Nõ eſt hoc Deus. Angelos cogitas, uirtutes, poteſtates, Archangelos, thronos, dominationes? Nõ eſt hoc Deus, & quid eſt? Hoc ſolũ potui dicere quod non ſit. Quæris quid ſit? Quod oculus non uidit, neque auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit, quid quæris, ut aſcendat in linguam, qui in cor non aſcendit?

*Expende*

*Aug lib. de Trin.*

Sed quamuis certa iſta ſint audeamus tamen ex re iſto quod incolimus quæ meliora, quę maiora, quę celſiora & precioſiora ſunt tribuere illi & ſi diuerſiſſimo modo illa ſint in illo quàm in nobis, vnde quia magni habuimus ſapientiam, & ſapientes miramur, appellamus illum ſapientisſimum, quia potentiam, potentisſimum, quia ſpeciem ſpecioſisſimum, quia fortitudinem fortisſimum, quia æquitatem æquisſimum, quia diuitias ditisſimum.

*Vide Chryſ. de amore Dei to. 2 Pſ. 117.*

Sed inter pretioſisſima quæ habet mũdus res quidem pretioſisſima eſt dilectio; & amicitia unde quidam, non inſulſe dixit, Solem, & ſalem tollit è uita qui tollit amicitiam. Hanc igitur habere Deũ oportuit, ne re careret ille celſisſima, & habet quidem illã, & tanti hẽt ut cũ reliquę oẽs uirtutes, maximi ſint momẽti ſitque ille ſua natura unaquæq; illarũ, ut æquitas, fortitudo, pietas, nõ ducat illæ tãtę glorię dici Deus, ęquitas & iuſtitia, fortitudo, pietas, ut ducit dici cha-

ci charitas ac ita appellať à Ioāne, Deus charitas eſt. Dicitur etiam Deus dilectionis & pacis, tantique ha bet dilectionem, ut quod de illo maxime ſonant diuinæ literæ id ſit, Sic Deus dilexit mundum.

Vt diligatis inuicem ſicut dilexi uos. Et de probe indolis ſpectato adoleſcente illa ſunt, Ieſus autem intuitus eum dilexit. De Magdalena, Martha, & Lazaro, diligebat Ieſus Mariam, Martham & Lazarum. De Ioanne, Vidit diſcipulum ſtantem quem diligebat Ieſus. Et hodie dicitur cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos, quin & ſancitæ ab illo legis compendium dilectio eſt, qui diligit inquit Apoſtolus legem impleuit, conſumatio enim legis eſt dilectio, ſed hæc in illo perfectiſſima eſt, conſummatiſſima ut pote, quæ & illius erat, & noſtræ dilectionis regula futura, id ſonant, in finem dilexit eos. Neque in illos tantum quos illo tempore habebat ſuos dilectio terminata eſt, ſed in omnes deriuatur illa quos felici hoc nomine fecit ille dignos, feliciſſimum namque eſt tanti domini ſuos dici, nam dilexit illos in finem.

*Pro immenſo dilectionis beneficio quid exigat Chriſtus.* Sed rogo pro tam immenſo tantæ dilectionis beneficio quid requirit ille? Plane quod non minoris gloriæ homini eſt, diligi, & uſque in finem diligi, ut dilexit ille. Res ſuauiſſima dulciſſima, & glorioſiſſima homini, & quam ſi non concederetur illi, ut poſſet parari pretio, uitæ illam diſpendio parare ingens erat lucrum, quæ cum ueriſſima ſint ſi tanti honoris & gloriæ ceſſaſſent tituli, & uera illa ſint ab Ethnicis dicta, Magnes amoris amor, Marce ſi uis amari ama. *Amor. amoris magnes.* Amaturi eramus illum quando prior ille dilexit nos, vnde ſi quando contra fit, digniſſime quæritur ille, & deiectiſſimos abſurdisſimoſq; nomines iſta facientes acriter punit. *Hier. 2.* De ingratis Iſraelitis queritur quod dereliquerint fontem aquæ uiuæ, pro ciſternis diſcipatis, ac ſi diceret rem pretioſisſimam

pro uili

pro uili uerisſimam pro mendaci,utilisſimam pro inutili. Nam ſi fieri poſſet ut fons aquæ uiuæ pro fonte aquæ uiuæ relinqueretur, non tanta execratione dignum erat facinus, ſed pro ciſternis diſſipatis grauiſſima uindicta facinus dignum. Ac ſi diceret iterum, Si amor diuinus, pius, certus, conſtans, ſanctus, utilis, honorificus, glorioſus poſſet pro ſimili amore dimitti non tanta erat ingratitudo,ſed pro ciſternis diſſipatis,pro amore rerum labilium,fragiliũ, caducarum & incertarum, ob ſtupeſcite cęli, ſuper hoc, & portæ eius deſolamini uehementur, Amor igitur in finem, amore vſque in finem compenſabitur,diuinus humano,æternus temporaneo, quia reliqua dimittens hoc Deus contentus eſt quod ſolum ab homine poteſt præſtari. Nunquam enim ille qui dulcis eſt & rectus à quoquam exigit, niſi quod ille præſtare poteſt, quod non poteſt, nunquam diuina æquitas poſtulauit quæ cum ęquiſſima ſit eſt & ſapiẽtiſſima, Neque poſtulauit unquam, poma gemmea à palma, aurea à malo citreo, argentea ab Amygdalo,ſed à quaque arbore fructum quem poteſt producere, ac ita amorem pro amore, ſed amorem quem tu illius ope & beneficio præſtare potes.

*Expẽde.*

*Amor quo amore compẽſetur.*

*De amicitia, uide to. 4. lib. de amicitia. Chryſ. tomo. 2. fo. 192.*

Poſt quam Diabolus, Vt atrocitas facinoris ſignificaretur, ac ſi quis ut rei alicuius atrocitatem ſignificaret inſtigatam illam diceret à Dionyſio Syracuſano, à Piſiſtrato Athenienſi, à Periandro Corinthio, à Traſibulo Mileſio à Caligula, à Nerone, ſimul & ſignificans, nullum eſſe ſtatum, nullius conſortium, in quo non oporteat à tanto hoſte caueri, quando Iudas culpa ſuâ captus eſt in ſtatu, & conſortio Apoſtolico.

*Tyranni immaniſſimi.*

Surgit à cena, &c. Plane hic ſemper mos fuit obſeruatus, ut tantus honos deberi crederetur menſæ, ut uix communis homo ab illa ſurgeret, Sed ut oſtẽdat quæ negotia quibus ſint præferenda, & quanto

*Quæ res quibus praferenda.*

ſint illa maiora quæ ad refectionem animarum ſpectant, quam quæ corporum,& ut det prælatis,paſtoribus, parrochis & omnibus quibus cura commendata eſt animarum exemplum ipſe, omnipotens, ſummus, immenſus cęlituum gloria ſurgit a cena,ut ſurgant qui illius eſſe imitatores cupiunt, neque quid excelſum feciſſe exiſtimant, nam ſurrexit ante illos qui plus excelſior illis eſt quam cœlum Abyſſis. Sed rogo quando non ſine ſummo conſilio ſcripta ſunt, tu cùm maturo conſilio iſta uerba expendas ſurgit, Surgit,ponit,præcingit,mittit,cœpit lauare & admirare iſta omnia facta à Ieſu ſine alicuius miniſterio perſonæ,ſurgit ille à cęna,ponit ille ueſtimenta,præcingit ille ſe lintheo, mittit ille aquam in peluim,cœpitque ille ipſe lauare pedes diſcipulorum,ut interim illorum hominum ignauiam admirere qui ex illis ipſis quæ ad ſeipſos ſpectant,nihil illi per ſe faciunt,ſed idolis ſimiles, cum ad mala ſint illi robuſtiſſimi ueſtiuntur,cinguntur,exuuntur & alio aquam mittenti lauantur, tantus habet illos faſtus. Sed exigua ſunt iſta,quæ plane uoluit Chriſtus, optimus, Maximus ſignificare epiſcopis, & Eccleſiæ prælatis etiam & inferioribus animarum paſtoribus illud fuit omnino, ut in his quæ ad animarum mundiciem quomodocũque ſpectant,ſurgant ipſi, ueſtimenta ponant, & operi ſe accingant. Et ne honoribus cum gaudeant onera illis adnata in alienos humeros illi reijciant ut paſſim,proch dolor,hodie fit, in humeris ſummi ſacerdotis proprijſque humeris erunt filiorum Iſrael nomina.

*Exeplum Chriſti.*

*Verba ingenti digna conſideratione.*

*Hominũ idola.*

*Expende*

*Exo. 28.* Præter ſollicitudinem omnium Eccleſiarum (ait *2.Co.11* Apoſtolus) ſeque habere illam dicit, id etiam ſignificat uox illa, Qui pręeſt in ſollicitudine.

Aut alioqui ipſis pace gaudentibus non tollant militantium ſtipendium, illis oues non paſcentibus nõ manducent de lacte, illis non tritutantibus non ſol-

uatur os. Et quando fortaſſe & patiẽdi oneris gra-
uitatem iſta fiunt. Fiant conſilio Iethri quod ample-
xatus eſt Moſes vir illis præſtantiores: Prouide tibi
viros de omni plebe ſapientes timentes Deum & qui *Exo. 18.*
oderint auaritiam.

Et petentibus illis à Deo vt ſuum illis digne-
tur impertiri ſpiritum ſine quo recte adminiſtrare
huiuſmodi ſpiritualia munera nullatenus poſſunt.
Nequaquam in multis ita fit ſed aut quem Ma-
gnatum literæ commendarunt, aut qui viliori pre-
tio conducitur, dictis rariſſime ſpectatis quod neque
in paſtoribus ouium, neque armentorum contingit
vnquam Chriſtus non iubet ſurgere Petrum etſi tam *Chriſtus*
ſpectatæ ſanctitatis erat ille, aut ponat veſtimenta *animarũ*
ſua ſeque præcingat, neque vt miniſtret illi, ſimul *mũdator.*
& docens quod ad mundiciem animarum ſolus ipſe
ſufficiat neque alterius ope egeat.

Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir *Eſai. 63.*
mecum, de illo enim tantum illa dicuntur, qui lauit *Apoc. 1.*
nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, qui tradi- *Tit. 2.*
dit ſemetipſum pro nobis vt nos mundaret ab om- *1. Ioan. 1*
ni iniquitate, aut vt mundaret populum ſibi acce- *Hebr. 1.*
ptabilem ſectatorem bonorum operum, purgatio-
nem peccatorum faciens. In aſſumpto autem ab il-
lo apparatu ad lauandum neceſſario quam ſit illi gra
tum vt quiſquis ad opus aliquod perficiendum, &
tenetur & diſponit ſe, neceſſaria ſumat vt retia pi-
ſcator, arma miles, gladium iudex, baculum pa- *Expẽde.*
ſtor, dummodo neceſſarijs ſumptis pergat ad opus vt
fecit ille, alioqui nihil profuiſſet ornatus, & fruſtra
cœpiſſet arma miles nunquam iturus in bellum, gla-
dium iudex nullius ſcelera puniturus, baculum pa-
ſtor in gregem nunquam iturus, quibus vtinam
multi non ſint hodie ſimiles alij ne ſe deſtinent ope-
ri, nullis ſunt neque acquiſitis neque aſſumptis ex ne-
ceſſarijs ad opus, vt ſiquis lauare intẽderet ſine pelui,

ſine aqua, ſine lintheo, Fateor ò bone, duo eſſe in hoc miniſterio quorum alterum mirum eſt a tanta maieſtate exerceri, quia ex ſe infimum, quid enim magis mirabile quam Deum hominum lauare pedes, mirabilius hoc eſt quam Solem ſtare ad uoces hominis in ſti aquas pallio diuidi, Ferrum enatare.

*Mundare, res digna deo.* Alterum eſt dignum ex ſe Deo, lauare ſcilicet & mundare quid enim mundicie ipſa magis dignū quā mundare, neq; enim ita illius celſitudine digna ſunt, & ſi digniſſima ſint, dominus pauperē facit & ditat,
*1. Re. 1.* humiliat & ſubleuat, nouit qui dixit, amplius laua
*Pſal. 50.* me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me, & alloquebatur ille Deum, quin & ipſe de ſe, Laui te
*Zach. 1.* aqua munda, magis enim hoc proprium eſt illi quā
*Malach.* fuit ouium herbę, quam ſplendere luci. Cępit igitur lauare pedes diſcipulorum a Petro, ut multis placet, principio ſumpto ut diſcerent reliqui deferre illi honorem quem tanti habuerat Ieſus; ut cunctis illum in lotione prępoſuerit, ſimul & docens prius lauanda capita mundanda quam reliqua membra, quia ſępe capitis mundicia deriuatur in membra, quemadmodum & immunditia illius ſolet illa inquinare, prę-
*Expende iſta.* terea ut ex reluctatione illius, & modo quo illa à Chriſto uicta fuit diſcerent non reluctari, ſed acquieſcere ſummittereque ſe ſapientię, facientis hoc enim gratum eſt nimis Deo, qui non vult ſua humana quis ſapientia metiatur, ſed ut ſe ſummittant illi etiam ſi quæ facit rationi uideantur diſſona, rationi plane diſſonum uidebatur cuius typum quodammodo geſſit Petrus ut munera ſerui dominus exerceret cum ſeruis, ſi enim id ita cum alijs feciſſet non eſſet ita mirum, ſed vult humanam rationem diuinæ, humanam ſapientiam, cœleſti ſubijci inopiam ſuam agnoſcere, & quam ſit illa infantilis diuinæ ſapientiæ comparata, iuſſit ille ſalem mitti in aquam, ut ſanaretur aqua, diſſonum id videbatur humanæ rationi, quia
illo

illo aqua corrumpitur & impotabilis fit, attamen ſubiecit ſe illi & ſanata eſt aqua, ſale fit terra ſterilis, vnde non ſolum in perpetuum monimentum, quia ſapit illa quodammodo immortalitatem ſpargitur in hominum facinoroſorum terram, ſed ut neque herba naſcatur in loco in quo tantum facinus eſt patratum, ſed hic iuſſit Deus ſpargi, ut terra ſterilis fructifera fiat, ſilet ad hæc humana cũ ſapit ratio & ſubmiſſa iniuncta facit, circundari iubet Hierico non bombardis, non arietibus ut muri corruerent, quibus ratio circuiſſet humana, & humana ſapiẽtia, ſed clangentibus tubis quibus non ruere, ſed firmari quodammodo uidentur muri, ſilet humana ſapientia & iuſſa ſummiſſa peragit, uorat ubique ſerpens Moſis Magorum Aegypti ſerpentes, id eſt diuina prudentia & ſapientia humanam, & quæ Magorum mundi eſt. Petrus præ modeſtia non permittit ſe lauari, ut quondam Centurio, quia ſupra omnia illius merita uidebat eſſe, ut iret in domum ſuam, & in illam ingrederetur Chriſtus dixit, domine non ſum dignus ut intres in tectum meum, Chriſtus manſuetiſſimus, benignſſima illum emollire uolens oratione, dixit quod ego facio tu ne ſcis modo. Expende quæ dicta ſint Petro Apoſtolorum principi & maximo, quem ignorare dixit quæ & quorſum a Chriſto fierent, ut intelligas quod ſi Petrus ignorabat, rationem rei à Chriſto faciendæ nõ eſt, q̃d hodie multi qui neq; ſunt capita ſenatus Apoſtolici, neq; apoſtoli glorientur ſe noſſe oĩum q̃ facta ſunt q̃cunq; fiunt a Chriſto rõnem, ſed ſibi dictum putent, quod ego facio tu neſcis modo, ſimul ut nos totos credamus Chriſto in his quæ erga nos, aut in nobis facere uoluerit, nouit ille rationem quam & ſi nos ignoremus non poterit non eſſe ęqua, iuſta, & nobis commoda, ſed in illis potisſimum reb. promptisſime nos ſubijciamus illi quæ ad noſtrã per illum & illius ſacramenta purificationem expectant,

*Humana ſapiẽtia diuinæ ſubijciatur.*

*Ioſ. 6.*

*Mat. 8.*

*Credendum in omnibus Chriſto.*

*Text.* non lauabis mihi pedes, hoc enim labore hodie libe-
rant ſuos vt in plurimum prælati Eccleſiæ paſtores,
non enim reddunt illos confuſos & anxios humilia
præ illorum emendatione officia exereẽtes cum mul-
*Doctrina virtutis.* ti quæ magna ſunt omittant, vt ſunt diuini promul-
gatio verbi, Epiſcopalium munerum exercitatio, viſi
tatio gregis quos etiam cẽtiores cupio quod tanto
imperfectiores illi ſũt & a debitis muneri officijs de-
*Dilectionis vis quando maior.* ficiunt quãto minus ſunt Chriſti imitatores. Sed hæc
dilectionis de qua principio diximus virtus eſt, quæ
quanto ad minus digna demittit amantem tanto ma
ior eſt illa, nihil æque teſtatur dilectionem Iacob in
Rachelem quam quod vir alioqui nobilis & Patriar-
*Gen. 27. & 31.* chæ Iſaach filius ſeruire voluerit Labã vt coniugio
iungeretur cũ illa. Et interim digna quæ de Salomo
ne referuntur quæ impuri amoris in illum maiorem
*3. Re. 11* vim teſtantur illa ſunt, quod vir tantus, tam ſapiens
tam diues tam magnus, qui exteras nationes in ſuã
admirationem rapiebat alienigenarum amore mulie
rum ad tanta ſe demiſerit: His itaq; copulatus eſt Sa
lomon ardentiſſimo amore ait ſcriptura; quod igitur
genua flectat & pedes lauet ſeruorum verus & omnis
eius Salomon vim manifeſtat amoris in homines ef-
fuſi. Quam ſit hodie paſtorum in ſuos amor, aut nul-
lus aut tepidus ille teſtantur exigua quæ præ illorum
amore faciũt, vini fortitudinẽ teſtatur & vini ebrie-
tas potantium illud ſi bono ſint alioqui cerebro, te-
ſtareturq; prælatorum & paſtorum in ſuos amor, aut
difficultas, aut labor, aut humilitas, aut ſumptus ope-
rum quæ illorum ob amorem ineunt, vt teſtatus fuit
*1. Co. 12* Pauli, tot modis ſe transformãtis pro ſuorum ſalute,
tot pericula obeuntis, ſibi ipſi nõ parcentis, nihil ex
*2. Cor. 5* ſibi vtilibus quærentis, ſed quæ illorum vtilitatem ſa
*Rom. 12* piebant, nam cum liber eſſem ex omnibus omniũ me
ſeruum feci, vt pluris lucri facerẽ, factus ſum Iudæis
tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, his qui ſine le-

ge erant, tãquam ſine lege eſſem, cum ſine lege Chri- *1. Cor.*
ſti non eſſem vt eos qui ſine lege erant lucrifacerem
omnibus omnia factus, vt oẽs facerem ſaluos, ac tan-
dem optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro
fratribus meis, qui ſi debita iſta præſtitiſſent obſeque
rentur eiuſdem Apoſtoli illis, attẽde tibi & doctrinæ
hoc enim faciens & teipſum ſaluum facies & eos qui
te audiunt, quod vt nobis cõtingat, precamur Deum.

## PROSECVTIO.

Scitis quid fecerim vobis? Tantum malum ſuperbia eſt, aut tantum bonum humilitas vt ad dedocendam illam & ad docẽdam iſtam ad tantã ſeſe demittat humilitatẽ qui ſummus eſt? omnino ingens malum ſuperbia eſt quemadmodum, & magnum bonum humilitas, nam præterquam quod inimiciſſima Deo eſt facit in bona omnia opera quod diuino metu facere noluerunt obſtetrices in Aegypto, omne ſemẽ maſculum interfecit, quidquid muliebre eſt ſeruat interfecit quidquid ſapit ſpiritum, fouet quidquid ſapit carnẽ, fera eſt vaſtans omne cœleſte germen, quod in hortis animi oritur & merito euacuans quidquid laudabile cũ illa fit, vnde egregia illa ſunt cætera vitia ſolas illas virtutes impetunt quibus ipſa deſtruuntur, vt luxuria pudiciciam, ira patientiam, ſola vero ſuperbia cõtra cunctas animi virtutes ſe erigit. Ex hoc cognoſces quanta ſit vnius pernities & alterius quanta ſit vtilitas, quando non hoc exemplo tantum & hac ex illo collecta doctrina deducta eſt illa & docta iſta. Sed ex toto vitę Chriſti diſcurſu, totaq; doctrina illius & ſi hoc opus in maioris dilectionis indicium & vt firmius hæreat memoriæ in hoc ille tempus reſeruauit. Vnde cum ille dixit: Diſcite a me miratus Auguſtinus magna eſt loquutus.

*Cõmendatio humilitatis & deteſtatio ſuperbiæ.*

*Hugo V. 2. de ani.*

*Mat. 11.*

*Vide Aug. ſer. 22. de verbis apoſt. ſermo. 10.*

Sed cur iſta docuit diſcipulos imprimis vt illi

eadem docerentur qui orbis futuri erant magiſtri, nam humilitas futura erat uelut uas quodam aut receptaculum prædicandæ doctrinæ, & ueluti foſſa quædam in qua iaciendi erant diuinæ ſtructuræ lapides, et qui aut utilis & cōmoda ſit doctrina quod maxime neceſſarium magiſtro eſt odiū eſt ſuperbiæ & humilitatis amor, tunc quærunt illi nō quod ſibi utile eſt, ſed quod multis ut ſalui fiant, tunc cum Paulo non ſunt in ſermone adulationis, neq; in occaſione auaritiæ Deus teſtis eſt, neq; quærentes ab hominibus gloriā, tunc poſt omnia diligenter peracta dicunt ſerui inutiles ſumus quod debuimus facere fecimus, tunc neq; opes appetunt quæ in ſolentiæ ſunt inſtrumēta, neq; honores, quia & illos inanes eſſe norunt, & adhuc ſe illis indignos præ humilitate cenſent. Tunc cū humiles illos uideat populus, & magna facientes, & magna prædicātes magis miratur illos & maiorē habet apud illos doctrina autoritatem, & ēt quia hac erat opus illis ſummiſſione ſi reuelanda erat illis myſteria cęleſtia quæ poſtea populum erant docturi, quæ non niſi paruulis reuelantur.

*Cur docuit humilitatē diſcipulos.*

*Humilitatis ſimilia.*

Præterea ut hæc poſtremo docta a ſupremo magiſtro doctrina, altius illorum animis infigeretur quæ pacis, dilectionis & unitatis inter illos erat cauſa futura. Quemadmodum. n. illa certa ſunt quod ſunt ſemper inter ſuperbos iurgia, quia de multis contendūt illi quorum uterque potiſſimam partem uellet, quia præ animi elatione alium illa indignum, ſe dignū iudicat, id certum eſt, quod non ſunt iurgia inter humiles, quia alter alteri cedit & ad quanq; rē, aut magis dignum aut magis aptum reputat alterum.

Præterea ut oſtenderet quod hæc doctrina a magiſtro tanti habita, commendata, & docta, erat potiſſimum docenda ab illis, & diſcipulis quos ad fidē cōuerterent cōmendanda ueluti quodā pietatis Chriſtianæ fundamentū, & communis pacis & tranquillitatis

*Iurgia non ſunt inter humiles.*

tatis

tatis ratio futura. Nam quemadmodū nihil ſufficit ſuperbis,& ideo quo magis diuites ſunt ditiores eſſe laborant,& hinc illi audent auaritia, quo magis honorati magis honoratiores, & ſic feruent ſemper ambitione,humilibus pauca ſufficiunt, & ita mores habent ſine auaritia,& alios in humilitate ſuperiores arbitrātur, & ut mare ſine uātis quiete viuunt.Ego uos. Vtranq; uocem perpende & perſonarū diſcrimē mirare,illa item:feci & faciatis. Ego,non ſolum dn̄s & magiſter quibus nominibus uos me appellatis laui pedes ueſtros qui diſcipuli & ſerui eſtis, ſed dicere potuit.Ego quem adorant Angeli, cuius ſunt cœli, cui ſeruiunt cuncta,ego laui non manus non capita, ſed pedes ueſtros,qui piſcatores eſtis, & uos humilitatis officijs vnus quiſq; in alterū contendere debetis,hoc enim ſignificat,& uos qui qui ſitis agnoſcitis debetis alter alterius lauare pedes, exemplum enim dedi uobis ut quemadmodū ego feci,ita,& uos faciatis,dicere facile vnde tantos reperimus paſſim dicentes,facere difficile vnde tam rari inueniuntur facientes, ita Lactantius (quem ut legas rogo) homines enim malunt exempla quam uerba, quia loqui facile eſt præſtare difficile.Prius diſce qui doces & antequā mores aliorum corrigas tuos corrige,in quos multa illa nō ſanctorum tantum, ſed Senecæ & aliorum dicta credas, comparauit iſtos ſcriptura, æri ſonanti aut Cymbalo tinnienti qui ſine ſenſu ſonos edunt, & ita illi, ſine ſenſu, ſine guſtu,tinniunt quę loquuntur, qui iō in ſe ipſos peroraſſe dicuntur à multis,non amant illi quę dicunt neq; odio habent quę dicendo deteſtantur, Vnde egregia eſt illa Origenis doctrina ſicut pontifices cum offerebāt neceſſario erat eis prouidendū, neque macula ineſſet hoſtię,ita & qui Euangeliū ſanctificat,& uerbū Dei annunciat,ſed ut ita dixerim ſi fieri pōt ſemetipſum primo immolet, ſe primū uitijs iugulet,& in ſe prius peccati membra mortificet, &

*Heb.13.* *Phil.2.* *Text.* *Text.* *Lactant li. 4 de uer. ſap. c. 23 & 24.* *1.Co.13* *Orig.lib. 10.in ep. ad Rom. cap. 16.*

*Seneca epiſt.9.* Seneca de humana ſua ſapientia loquens & de humano magiſterio.

Eum elige doctorem quem magis admireris cum uideris quam cum audieris omnia facta & dicta noſtra inter ſe congruant ac reſpondeant ſibi; non eſt hic animus in recto, cuius dicta & facta diſcordant, quod ſentimus loquamur, quod loquimur ſentiamus, concordet ſermo uita, ille permiſſum ſuum impleuit qui cum uideas illum & cum audias idem eſt, id abſolutiſſimus magiſter Chriſtus fecit, & ideo digniſſime dixit, ut quemadmodum ego feci ita & uos faciatis, quod qui præſtiterint magiſtri ſuo optime fungentur munere, & ſperandum eſt euenturum illis quod Timotheo dixit Paulus hęc enim faciens, & te ipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt.

*Vide lactan. lib. 4. de uera ſap. c. 24.*

## SALVTATIO.

*NVNQVAM neque maiora, neque præſtãtiora, neque magis neceſſaria conceſſere cœli ſolo, neque cœlorum autor, homini quã illa ſunt quæ conceduntur hodie, oportet ſperemus gratiam, ut enunciemus & miremur illa & ex illis oblatam utilitatem & gloriã capiamus, eritq; impetratrix Maria in quã cumulata illa fuit. Aue Maria.*

## De incarnatione.

*Maieſtas myſterij.* EST tanta ſacroſancti huius myſterij celſitudo, tanta maieſtas, debeturque tanta reuerentia illi, ut digniſſime Moſi ipſi uiro alioqui tot modis grato, & commendato Deo, dici poſſet ſi ad agẽ-

dum

dum de illo acceſſiſſet apud ſe dicens, uadam, & uide bo viſionem hanc magnam, ſolue calceamentum de pedibus tuis locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt. *Exod. 3.* Nihil hic humile, nihil deiectum, & quod calceamẽta ſapiat Moſes hic eſt, cuncta excelſa, cuncta ſublimia, cuncta diuina, cuncta omnia quæ à ſeculo fuere myſteria ſupra modum ſuperantia, non valent hũc ſplendorem ſpectare aquilæ oculi, non illius altitudinem pernices illius pennæ euolare, non datur ſummo ſacerdoti in hæc ſancta ſanctorum ingreſſus, fidei, & humilitati permittitur ingreſſus, ut adoret, ut ſubdita ſit, ut iſta demirans ſpiritus deſit illi, deerit cum maiori cauſa quam Sabeorum reginæ defuit, defuiſſetque Salomonis ſapientiæ quæ ratio defectionis fuit in regina. Nulli enim magis opus hoc mirabilium omnium magis mirabile mirantur quam ſapientes, ſtultus enim non intelligit hæc mirantur maxime & ingenti cum ratione quod tam fuerit in hominem diuina effuſa benignitas, quod proprijs illum manibus condiderit, cum iuſſu ille, & imperio ut reliqua omnia fieri potuiſſet, quod ad ipſius imaginem ita ut ſe ipſum effinxiſſe & expresſiſſe quodammodo uideatur in illo, mirantur quod tot dotib. illum inſigniuerit, ditauerit, nobilitauerit, ut magnũ fuerit miraculum, etiam ab humanis ſapientibus appellatus ille, mirantur quod in illius gratiam cœlos ut pellem extenderit, terram ſuper ſtabilitatem fundauerit, luminaria illa magna condiderit, & admiratione correpti ut paucis tanta complectantur ita dicunt, domine dominus noſter, quã admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum, minuiſti eum paulo minus ab Angelis gloria, & honore coronaſti eum, & cõſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarũ, oĩa ſubiecisti ſub pedib. eius, ſed quẽadmodũ orto Sole, manent quidem ſtellæ, ſed non apparret ſplen-

*Vide, d. Greg. li. mo. 9. ca. 36.*

*Abdalã ſarracenus.*

ſplendor illarum ita orto iſto ſupremo beneficio in hominum amorem & gloriam ingenti cum clementia factum manent quidem reliqua beneficia, ſed tanti beneficij ſplendore non apparet illorum nitor, reliqua enim opera quæ omnia hominum beneficia fuere, in numero, pondere, & menſura ſunt facta ſiue cęlorum illa ſint ſiue ſtellarum, ſiue aquarum dicentem Dauidem audis, Verbo domini cęli firmati ſunt, audis, Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat, audis, Legem ponebat aquis ne tranſirent ſinus ſuos. Audis, Quando appendebat fundamenta terræ cū eo eram cuncta componens, quando librabat fontes aquarum. Quæ omnia & ſi maxima ſunt, in numero pondere & menſura fuiſſe facta ſonant teſtimonia dicta. At hoc opus ſine numero, ſine pōdere, ſine menſura eſt omni numero maius, omni pondere grauius, omni menſura excelſius, de huius myſterij celſitudine ita Auguſtinus, Si ratio quæritur non erit mirabile, ſi exemplum poſcitur nō erit ſingulare, demus demum aliquid poſſe quod nos fateamur inueſtigare non poſſe. ni talibus rebus, tota ratio facti eſt potentia facientis fuerunt quidem mirabilia illa quod ſine patre fuerit Adā, quod ſine matre Eua, ſed fuere mirabilia in creaturis hoc aūt mirabile eſt in creatore, & creaturis. Fuit quidē mirabiliſſimū quod ſuo alloquio dignaretur Deus Moſem, & dignaretur data ab illo lege populū, & fulgura illa & tonitrua ideo edebantur vt deſcendentis maieſtas nota fieret, & magnitudinem beneficij illa ſonarent, ſed dabatur lex quidem a Deo, legis autem magiſter creabatur homo, in hoc autem adorando beneficio deſcendit Deus ſicut pluuia in uellus, ſine fulgure, ſine fumo, ſine tronitruo, deſcenditq; ipſe datur us legem homini & ad docendum illam illum. Quantum honoris gloriæ & commodi ſupremo iſto beneficio fuerit præſtitum homini. Et ſi nullus ingenio aſſequi poſſit

*Pſal.* 11.

*Prou.* 8. *d.*

*Exo.* 19.

*Pſal* 71

*Beneficū magnitudinem teſtatur dāni reparatio.*

poſſit,teſtãtur hominis damna,calamitates, miſeriæ quorũ omnium fuit magnificentiſſima reparatio,teſtantur & plena honoris & gloriæ commoda innumera alia,ægrotabat homo,& morbo ſoli Deo ſanabili, hoc beneficio factus fuit homini Deus medicus, iſta magni habẽs Gregorius ait,Iuſtus igit atq; inuiſibilis Deus apparuit,ſimilis nobis homo vt dũ uideret ex ſimili curaret ex iuſto,.& dũ ueritate generis cõcordat ex cõditiõe,uirtute artis obuiaret ęgritudini. *Vide Gregor. li. m. 24. c. 1.*

Captiuus erat homo,uenit ille liberator,uenditus erat homo,venit ille redemptor, ſpoliatus erat homo ſanauit,ditauit induit,in luto fęcis erat homo eduxit ex illo & ſtatuit ſuper petram pedes illius, & direxit in gloriam greſſus,in ſtercore iacebat homo erexit illum,& collocauit cum principibus,cũ principibus populi ſui, præmebatur inopia homo; propria illum ditauit inopia,in tenebris erat homo, illuminauit illum oriens ex alto,laborabat ignorantia homo, docuit,inſtruxit,diuina ſapiẽtem reddidit, errabat ſicut ouis homo quęritur homo, Bernardus,uenit medicus ad ægrotos,redemptor ad venditos, ad errantes uia, ad mortuos uita,& quod omnia mala iſta ſuperabat inimicus erat Deo homo,factus fuit illi reconciliatio. Fuit hoc beneficio ſupra oẽm nobilitatẽ nobilitatus homo,& ſupra oẽm honorẽ exaltatus,magna quidem illa quæ fuere uiris præſtãtiſſimis & maioribus dignis præſtita. Danieli cum purpura indutus ad ingentes honores eſt eleuatus, Mardocheo cum regio decoratus eſt honore,Ioſeph cum ſubiecta illius imperio eſt tota Ægyptus, ſed nequeunt magna dari à paruo,cuiuſmodi rex omnis eſt,cuius ſubſtantia tanquam nihilum ante Deum, quæ autem paruo data fuere à ſummo Deo illa ſumma ſunt,ſummæ honorifica,ſummæ glorioſa, ut ſunt in illa quod filius Dei eſt homo,& homo hęres Dei, coheres autem Chriſti,quod hominis natura copulata fuerit Deo,non ut *Vide la. lib. 4. de ver. ſap. c. 24. & 25. D. Bern. ſerm. ad milit. tẽpli. Epheſ. 2. Exaltatio hominis. Heſt. 6. Gen. 41. Ioan. 3.*

Heſter

*Heſt. 2.* Heſter Aſſuero ex cuius connubio tanta fuere deri-
natal populo ſuo commoda, liberatus enim ille fuit ab
affictione, à metu, à morte, ſed diuino iuncta illa ſup
*Heſt. 6.* poſito unione unionum omnium mirabiliſſima ſine
utriuſq; commixtione.

Sed beneficium quo iſta ſunt prædita, cum grata
animi ſummiſſione, nudis pedum affectibus oī huma
*Dilatū cur beneficium incarnationis.* na ſapientia reuerenter expendamus. Sed etſi magni
tudo beneficij huius ita magna eſt ut nequeat illius
celſitudo animo concipi, uidetur quod maiores eſſet
illa liberalis dilectionis indiciū, ſi non fuiſſet tantope
re dilata, nam illa beneficia tanto gratiora ſunt quan
to celerius neceſſitatem patienti ſuccurrunt, illius pre
cibus minime ſpectatis. Hoc datur gloriæ regibus
aquorū aiunt cōſpectu nullus diſcedere debet triſtis,
ut in rege Aſſuero erga Heſter, in rege Dauide erga
Abigail, quin & de amicitia illa ſunt, Ne dicas ami-
co tuo uade reuertere cum ſtatim poſſis dare.

*Expende* Vnde ſi nomine beneficij huiuſmodi diuinum munus
velis appellare hoc fuit omnium maximum & maxi
me neceſſarium, ſi elęemoſynę nomine nulla magis
neceſſaria, neq; unquam pauper fuit tantopere elęe-
moſyne indigus ut hac in diguit elęemoſyna huma-
num genus. Non erant igitur iſta differenda & præ-
ſertim à Deo qui ſummæ miſericors cum ſit eſt etiā
ſummæ liberalis, & qui minime neceſſariam ſuam
opem ſuis difert ſed eſt prope omnibus inuocātibus
eum, eſt iuxta omnem qui tribulato ſunt corde, eſt
*Pſ. 134.* cum ipſis in tribulatione, & deſiderum pauperum exa
dit. Rationem huius dilationis explicat magnus
*D. Leo. ſerm. 3 de nati.* Leo, quæ omnino fuit ut cumulatius fieret, pars enim
beneficij eſt debito cum fit illud tempore quemadmo
dum & obſequium facit gratius, & ſplendidius ut no
tauit Dauid in obſequio Berzelai.

*2. Re. 17* Hanc opportunitatem appellauit Apoſtolus pleni
tudinem temporis. Vbi uenit plenitudo temporis
miſſit

miſſit Deus filiuum ſuum,

Optato igitur adueniente tempore,tātopere à Prophetis,Patriarchis,regibus & uniuerſis hominibus deſideratum & ex petitū,non erat priuatus populus ex Ægypto educendus,aut eſt Babylone liberandus,ſed totus Orbis,totius enim vna erat ſeruitus,totius vna captiuitas. Miſſus eſt Angelus Gabriel, ſed quæris cur Angelus miſſus quem mittere debet ad magna negotia rex terrenus, niſi è nobiliſſimis quos habet ſeruis,ſeruū terrenū? Quē rex cęleſtis niſi ſeruū præſtātiſſimū quē habet ex cęleſtibus? Aut quomodo cęleſte ac diuinū hoc eſſe myſteriū magis manifeſtaretur,quā legato miſſo cęlēſti & diuino,cū legatus mittitur terreſtris à Deo ad terreſtre negotiū oportet in ſigne aliquod diuinū ferat illū ut fides illi habeatur, & adeo miſſus credatur ut tu Moſes uirgam. Quid ſi humanus ad id munus legatus mitteretur quod totū erat excelſum cęleſte,glioſum diuinū? Decuit igitur maxime Angelū mitti ut cęleſte agnoſceretur, è que cęleſti domino,& ut pura oĩa cœleſtia Deò,& Angeli legatione digna & eſſent & crederētur,miſſo Angelo a quo nihil poterat ſpectari non Angelicū,& miſſo à Deo,à quo nihil poterat ſpectari niſi diuinum, rogat virgo, Quomodo fiet iſtud? quid fieret ſi Angelus non fuiſſet miſſus. Miſſus igitur à Deo eſt, illius enim erat ut ſic dicamus negotium,qui miſericordia motus modo mirabili & mirabiliter homini glorioſo,homini perdito decreuerat ſubuenire. Neq; quid quā eſt quod huius beneficij momētū magis manifeſtet ſummū eſſe quā huiuſmodi legatio Angeli miniſterio à Deo uirgini in cōparabili miſſa. Miſſus aūt eſt nō ut Gedeon alloquatur, non ut cū Iacob colluctetur,non ut comitē ſe uiæ prebeat Thobiæ,non ut flāmas diſcutiat in camino ignis Danieli, erāt iſta beneficia magna quidē & priuatæ dilectionis, & curæ q̃ De⁹ habet ſuorū manifeſta iudicia ut ſperare diſcerent

*Exod. 1.*

*Cur Angelus miſſus.*

*Exod. 4.*

*Exod. 14*

*Iud 13.*

*Gen. 32.*

rent in illo omnes illum quærentes, hoc autem bene ficium eſt ingens, in uniuerſum mundum diffundendum, quia omne illud ita eſt opus ut nequeat ſine illo non perdi, & rerum omnium miſeram iacturam facere. Miſſus igitur eſt Angelus Gabriel. Digniſſime Angele tuum nomen eſt expreſſum, digniſſime nobis commendatum, nā quæ tibi dari maior ſplendidior, aut excelſior gloria potuit, Quam quod ex tot miryadibus Angelorum ad omnium legationum quæ è cęlis in terras factæ ſunt legationem præſtantiſſimā à Deo eligeris, explicetur igitur tuum nomen, & æternæ detur memoriæ, mandetur diuinis literis, fiat cū ctis ſæculis noctum, honoris enim gratia legati, miſſi ab Hebreorum populo ad Romanum, proprijs nominibus appellantur, elegit Iudas, Eupolemium, filium Ioannis filij Iacob, Iaſonem filium Eleazari, & miſit eos Romam conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatem, & ut ſciat humanum genus quantopere tibi ò Gabriel teneatur, ſitq; illi nomen tuum dulce, ſuaue, amabile, honorificum teque omni quo poterit modo colat, illud. Quando feliciſſimi illi optatiſſimi, glorioſiſſimi, nuntij legatus & interpres extitiſti, ſemper enim grati fuere etiam in humanis negotijs felicium euentuum aut inſignium beneficiorum nuntia qui feruntur, ut qui retulere Iacob uiuum eſſe Ioſeph, & regno apud Ægyptios potientem, qui obſeſſæ ab hoſtibus Bethuliæ uictos nuntiauit hoſtes glorioſa Iudith manu amputato Holoferni capite. In ciuitatem Nazareth. Cū ponderantur argentū & aurum, quia metalla pretioſa ſunt etiam ſcrupulorum habetur ratio, ac ita cum graue & magni momenti eſt negotiū & nominum, & locorum, temporum, etiam & perſonarum ratio habetur, neque rei eſt ſcrupulus de quo ratio non habeatur, poſſet id multis probari exemplis, huius nobis autoritas ſufficiat omnem omnium auctoritatem ſuperantis, in quo dicta omnia conſide

*Angeli nomen.*

*1. Ma. 8*

*Gen. 45.*

*Iudi. 13.*

*Certa ſimiliū ue ritas.*

rare licet, & maxime & meretiſſime id fit in rebus & lætis & glorioſis, nam in his quæ ignominiam ſapiũt & loca multi & nomina ſupprimunt, aut ſuppreſſa cupiunt.

In ciuitatem Nazareth, ſi patriæ ſemper gloria fuit inſignes genuiſſe uiros, genuiſſe & fœminas, ut genuiſſe Dauidem, genuiſſe Salomonem, Sanſonem, genuiſſe Ioſiam, genuiſſe Rachelem, Abigailem, Heſter, Iudith, de qua canunt ciues, Tu gloria Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, & ut ex noſtris adducamus aliqua, ſi ingenti gloriæ eſt Toleto genuiſſe Illephonſum, habuiſſe Eugenium, & Leocadiæ uirginis purpureo fuiſſe ſanguine decoratam. Si Hiſpali habuiſſe Iſidorum, Leandrum Iuſtum & Ruffinam, maiorique iſta ducit gloriæ quam quod Hiſpaniæ nomen dederit, ſi Complutum ſummo ducit honori floridos genuiſſe adoleſcentes, Machabeis adoleſcentibus præſtantiores, Iuſtum & Paſtorem, quantæ dabitur Nazareth Mariam Virginem ſanctitate, puritate, & præſtãtia plus illos ſuperantem, quam Sol accenſæ lampadis lumen, genuiſſe Ieſum æterno unigenitum Patri, ſoli & cœli, decus, Cæleſtium gloriam, terreſtrium Redemptorem; excellit igitur uera gloria Nazareth omnes orbis urbes & ſi uenas habeant illæ argenteas, & aureas, etſi Adamãtes ſmaragdos, & omne pretioſi lapidis genus gignant illæ, genuerint etiã omnes Alexãdros, Cæſares, phaneones. Arthaxerxes, & Auguſtos omnes, Octauias, Iulias, Arthemiſias genuerint. Digniſſimę igitur ab Euangeliſta nomen illius ſacris mandatum eſt literis, ſciant igitur iã quod poſtquam à Chriſto optimo maximo tãti habita eſt puritas, uirginitas, honeſtas & uirtus omnis, quod non apud illum pretioſæ ſunt magis urbes plures ditiores & nobiliores uiros aut fœminas habentes, ſed quæ puriores & modeſtiores habent, etiam ſi numero & diuitijs ſint inferiores, amantiſſimum erat ciuitatum

*Text.* *Patria gloria.* *Toletum* *Hiſpalis* *Cõplutẽ.* *Gloria Nazareth.* *Vrbes quæ pretioſiores Deo.*

*Gene.13* tatum ignominioſi nominis ſolum, ita vt paradiſus præ illius vbertate & amœnitate diceretur, erantque illæ dites & numeroſæ & pluſquam ſoli vbertas & ci-*Gen.18. & 19.* uium multitudo innumerabilis, viri decem probi haberentur quorum etſi ratus eſſet numerus, tanta apud Deum eſſet autoritas vt illorum gratia toti nefariæ ignoſceretur multitudini. Ad huiuſmodi vrbem orbis illo tempore decus, Angelus miſſus eſt, ad virginem, omnino hunc virginitatis cãdorem niue magis albam oportebat habere fęminã quæ Dei mater eſſet futura? Si Salomoni regi lectulus erat florid⁹, ſi thronus eburneus, ſi cõcluſus hortus, ſi fons ſignatus, cur non eſſet vterus qui Deum erat intra ſe habiturus roſeus, floridus, eburneus, clauſus, ſignatus? Aut cur qui tot noua faciebat ſuper terram, hoc quod tantopere fieri oportebat fiebatq; ſibi non feciſſet nouum? Mirabilius quidem erat Deum hominẽ fieri, quã ſine homine ex virgine naſci, cuius partus decus adderet & candorem matri, cur oĩpotens qui primum iſtud hominũ amore faciebat, hoc ſecundũ proprio ſuo amore nõ faceret, ex lignis Sethim odoriferis & incorruptibilibus fieri iubebat arcã manna habiturã, quorſum ex corruptibilibus arca fieret habitura Deũ? Ex terra virgine primus Adam peccato obnoxius immo, qui totam humanæ naturę maſſam peccato infecit, formatus eſt. Et non formaretur ex virgine, cœleſtis Adã, qui non tm̃ peccato erat cariturus veruntamen puritate ſua peccata ablururus? Ex auro puriſſimo, multa fieri præcipiebantur in antiqua lege, vt candelabrum, oraculum, tintinabula, qui igiť ad inferiora iſta tanto puritatis & munditiæ capiebatur amore, cur ad ſummũ iſtud non caperetur, omniq; auro pretioſiorem, & mundiorem vterum eligeret virginis?

*Virginitatis decus.*

*Exo.25.*

*Gene.2. & 3.*

*Exo.25. & 37. et 39.*

Huius quidem myſterij omnino figura fuit præcæptio ꝓphetæ illa, quãdo quærente populo quod terra eſſet ſterilis, & aquæ peſſimæ dixit propheta afferte

mihi

mihi uas nouum, fuitenim uirginis uterus uirgineus, uas nouum, in quod æterni uerbi ſal eſt immiſſus, qui poſtea omnium populorum ſanauit aquas, & omnem terram ſterilē quod in ſe fuit reddidit fructiferā, tandem cum diuino fuit conſilio decretum Verbū homo fieret, nulli dubium quin è fœminis illa electa eſt, quæ omnes fęminas puritate uinceret, & illa prædita feminarū conditione, quæ ſanctior, quæ purior, quæ cādidior, quæ Deo ſimilior, cū illa ad id ab æterno fuerit electa, unde cum dicitur quod ſapiētia ædificauit ſibi domū, hac dicendi phraſi explicatur quid quid decoris, pulchritudinis, cādoris, maieſtatis, gloriæ nō humana ſed Angelica concipi pōt mente. nā ſi potentia ſine ſapientia illā ædificaſſet errare forſan potuiſſet etſi ſine potentia ſapientia deficere quidpiā, ſed eſt ſapiētia omnipotens, & omnipotētia ſapiens, omnibus igitur numeris abſoluta illa eſt, neq; id explicat quā fuerit omni re pretioſiſſima ornata, quod maxime explicat illud eſt, quod ædificauit illam, nō Dauid, nō Salomoni, non fęderis Arcæ ſed ſibi cuius ſapientiæ non eſt numerus, ſibi cuius magnitudinis non eſt finis, ſibi cui nomen omnipotens, qui oīa quęcunque uoluit fecit in cęlo, in terra, in mari & in omnibus abyſſis, ſibi denique qui Deus eſt, primo homini condidit paradiſum Deus, ſibi quid in uirgine condidiſſet? De uiris pijs ut de Simone Oniæ filio dicitur.

*4. Reg. 2.* *Puritas virginis* *Expende* *Pſ. 146.* *Gene. 2.* *Eccl. 50*

Quaſi ſtella in medio nebulæ quaſi thus redolens in diebus æſtatis quaſi lilium in tranſitu aquæ, quaſi uas auri ſolidum ornatū omni lapide preſioſo quid de ſanctorū domina dicetur? Illa in medio effulſit nubulæ plus omnibus ſtellis illa, ſuauiſſimum cęli odorem per omnem ſparſit Orbem, illius puritas ita omnium omnem puritatem excelluit, ut merito dicatur illa lilium in tranſitu aquæ, illa uas non fictile, non ferreum, ſed aureum, neque innane illud ſed

*Virginis encom.*

ſolidum omni uirtutum lapide pretioſo ornatum, cũ cum omnes in ornatum concederentur; cur uirginitatis Adamas erat defecturus, purior fuit Aurora, mũdior aqua chryſtallina, nitidior Sole, uitis illa fuit cõmodiſſima mundo quæ Chriſtum botrum nobis protulit, cuius fructus honoris & honeſtatis, qui enim honor maior quam mater Dei fieri, aut quæ honeſtas quam quod uirgo & conceperit, & pepererit diuino opifice ſpiritu, Chriſtus omnia ſuo aduentu ſanctificat, omnia nobilitat, omnia honorificat, uirginitaté protulit matrimonio, ſed deſponſatam uoluit matré, & ut honorificaret illud & omnia ſua, & à ſe inſtituta doceret, placereq́; maxime uirgines illi, & qui Angelos imitantur in terris carnem non ſapientes, cum in carne ſint placere item, & qui matrimonio ſunt copulati & uxores diligunt ſuas, ut & illæ Eccleſiam, deſponſata uiro &c. Quia ſingulis momentis miraculis eſſet opus, ut Maria uirgo eſſe crederetur, & diuino opifici ſpiritu concepiſſe illam, eſſetq́; opus illis, ut Ieſus qui eſſet agnoſceretur. Suauiſſime igitur & ſapientiſſime (ut à Deo definitum) factum fuit ut deſponſata eſſet, & ut unius tantum Ioſeph opus eſſet ut miraculo inſtrueretur, & admoneretur, reliqua ſilẽtio in tempus ſuum ſeruarentur, ut magiſtri munus faciens & omnes cœleſti doctrina ſuo tempore inſtruens, cœleſtibus præditus moribus miraculis illam confirmaret, & qui eſſet oſtenderet. His igitur tantũ, & quod deſpõſata uirgo fuit, & certior Ioſeph factus quod proles eſſet diuina conſultum fuit diuino iſti; ſummoque myſterio & illius tota manifeſtatio in opportuniſſimum (ut ſic dicamus tempus reſeruata. Sed qui ſit, quantæque perfectionis Ioſeph innumera ſunt quæ teſtentur, quę non una aut altera concione explicari poſſent, ſed neque uno aut altero uolumine, ſed ut quæcunque de illo dici poſſent, & plura capiamus animo hoc rogo expẽdamus, ſi ex factis ſi-

*Benemerita de uirgine laudes.* *Eccl. 24.*

*Chriſti incarnatio omni uiuendi inſtituto honorifica.*

*Expẽdetur fuerit uirgo deſponſata.*

*Ioſeph laudes.*

gulinis, argenteis ve uaſis eligatur aliquod, eligetur quod omnium uideatur pretioſiſſimũ, & fortaſſe defectus erit in illo aliquis, ſed cũ ex factis fieri debeat electio præſtantius electum eſt, quod ſi a figulo, ut ſic dicamus, aut argentario fieret, fieretque ſibi, illis illud ornatum partibus feciſſet quæ ſibi maxime placuiſſent & omnino nihil ex his quæ optaret deeciſſet. Diuinus figulus aut ſimauis argentarius, non elegit tãtum, ſed fecit uas illud mirabile, Ioſeph. Inquã, ut ſpõſus eſſet matri, cui ipſe, cui omnia ſubiecta ſunt ſubderetur, & cui nomen concederetur patris, patris nomen ſolum, ſed ſumme honorificum quibus igitur illi placuit animi & corporis dotibus abſoluit illud, uirginitatis, pudoris, honeſtatis. & qui caro cum eſſet omnino carnem non ſaperet, ſed ſpiritum, terra cum eſſet, cœlum ſaperet, homo cum eſſet uitæ candore. Et puritate eſſet Angelus, qui agnos reddit leones cũ ſint, qui ignem in uentũ roris flantem cõuertit, ignis cum ſit, & propria abnegata natura, nam hoc contẽtus in contrariam conuertit ut Leo fiat Agnus mãſuetudine, ignis refrigerio ros flans, id eſt aeris ſibilus refrigerans, potuit primo leonem agnina creare conditione, & mãſuetudine, ignem aerea, potuit igitur qui Ioſeph adoleſcentem propriam fecit negare iuuenis propenſionem, creare alterum Ioſeph, talibus corporis & animi dotibus præditum, ut homo cum eſſet, humani nihil ſaperet, ſed animi & corporis puritate Angelis eſſet ſimilis. *Ioſeph præſtantia.* *Gen. 39.*

Ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen erat Ioſeph, præſtantiam docuere Ioſeph dicta omnia, ſed plane quod illam ſæculis omnibus manifeſtat illud eſt, quòd fuerit ſponſus Mariæ, quemadmodũ uerba illa quæ ſit quanta, quam excellens & quam numeris omnibus abſoluta Maria explicant, de qua natus eſt Ieſus ita celſitudinem & ſanctitatem Ioſeph explicãt iſta, Ad uirginem deſponſatam uiro, &c. Nam ſi hu- *Mat. 1.*

manis & diuinis literis ſimilitudo & parilitas deſiderata ſemper fuit in matrimonijs, ac ita uiros præſtantiſſimos Patriarchas uidemus,& ætate & moribus ſimiles ſibi ſemper adoleſcentulas quæſiuiſſe, ac ita Iſaach Rebeccam duxit, Iacob Rachelem, Dauid Abigailem, eſtque id ut diximus, æquiſſimum, nam cum ſal quo condiuntur matrimonia omnia, & illis adnatæ curæ & ſollicitudines purus ſit amor, huius coagulum ſemper fuit ſimilitudo, quæ quo maior eſt, maioris amoris cauſa eſſe ſolet, ut cum ætas conditio & uirtutis ſtudiũ concordant, mirũ eſt quam ſit ille nexus ſuauis, qui durus ſit & grauis & ferreo ſimilis iugo cũ diſſident illi, ut cũ uirtutis alter ſtudioſus, uitijs alter deditus, ſi igitur ad huiuſmodi connubia humana, & ex quibus proles naſcitura humano naſcitura eſt curſu, & illa reliquis futura eſt ſimilis, ad connubiũ Mariæ qualis ac quantus eligendus erat ſponſus? Similis illi omnino eſſe nõ poterat, ſed qui illo tẽpore magis ad illius perfectionem acceſſit puritate animi, uitæ candore, morum integritate, quod ſatis manifeſtat idem utriuſque ſeruandæ uirginitatis ardens uotũ & deſiderium. Quod ſi ex deſponſatione uiri præſtantia agnoſcitur & præſertim cum illa ſit ea qua debet animi maturitate & ſynceritate, quantã huius uiri perfectionẽ eſſe credemus qui ſponſus fuit Mariæ, & nõ humana maturitate, ſed diuina electus? ſi agnoſcitur ẽt ex præſtantia muneris, nullũ fuit munere qđ habuit Ioſeph præſtantius, & ad quod fuit ille diuino cõſilio deſtinatus, ſiue Samuelis iudiciũ, ſiue Moſis populũ, ſiue Aaron ſummum ſacerdotium, & id genus munera expendas, nam huic cura demandata Mariæ eſt, reginæ cœli, obſequium Ieſu, cui inuidere poſſent Angeli creditaq. illi ſunt quæ habet cœlum pretioſiora cum quis in regis aula præclaris animi dotibus eſt inſignitus, ita ut unus ad magna, & eximia munera ſufficiat, creatur præfectus ille domus, militũ magiſter, regis

*In coniugio ſimilitudo deſideratur.*

*Præſtantia uiri ex uxore Viri grauitas ex præſtantia commiſſi agnoſcitur muneris.*

regis uices habens, quæ munera multis eſſent & grauiſſimis diſtribuenda, quantam credendũ eſt, & quã admirandam Ioſeph perfectionem fuiſſe cui non ab homine, ſed a Deo, tot ſunt tamq; glorioſa & Angelorum dignitate ſublimiora conceſſa? ille domus Mariæ diuinis rebus ampliſſime & opulẽtiſſime fuit præfectus, ille Chriſti Dei filij, Deuſq; ipſe fuit pędagogus, ille ſupremi theſauri, ſupremus theſaurarius, & de quo mirabilia illa dicuntur, quod ſubditus fuit illi, cui ſubdita ſunt omnia quæ in cœlis, & quę in terris ſunt, & quod æternus pater nomine patris quo ille natura ſua gaudet, ab æterno nobilitauerit illum, & glorificauerit, ita ut ob habitã curam, & dulcia Chriſto exhibita obſequia, pater illius ſit appellatus, cuius ſerui & eſſe & dici ſummæ ducunt gloriæ Monarchæ, quia ergo ſeruus tuus, (ego) ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ, quod ſi ſolo aſpectu tanta ſunt collata Ioani iu materno vtero deliteſcenti, magna quidem credemus fuiſſe exhibita Ioſeph quem toties aſpexere Ieſu diuina lumina, ſi ex eo quod ſemel accepit illum Simeon in ulnas ſuas tanta ſunt & tam precioſa Simeoni deriuata quanta credemus deriuata fuiſſe Ioſeph qui toties accepit illum, ſi poſtea omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat & ſanabat omnes cum idem ſemper fuerit fons nõ corporeę ſanitatis tantum, ſed ſpiritalis ex tam frequenti illius attactu quanta deriuata Ioſeph cenſebimus? ſi lignum ſecus decurſus aquarum plantatum amœniſſimos fert fructus, ſi lilia in tranſitu aquæ ſunt pręſtantiora, qui iuxta diuinas aquas ſemper extitit Ioſeph quantę credendum eſt eſſe illum perfectionis? ſed qui uirginem quę cęli erat futura decus connubio uoluit Ioſeph iungi, cur non fecit utrumque regẽ eadẽ animi puritate, eodem animi candore, aut cur qui humilem & captiuam Heſter connubio decorauit Regio, & humilem Abigailem regia decorauit corona,

*Probatio præſtantiam Ioſeph ſimilia.*

*Luc. 2.*

*Pſ. 115.*

*Luc. 1.*

*Luc. 2.*

*Pſal. 1.*

*Heſt. 2.*

*Expẽdo*

V 3. Mariam

Mariam humilem uiro non fecit, iungi regio eiſdem corporis & animi dotibus prædito quibus fuit Ioſeph quando in ſua ſitum erat poteſtate præſtare iſtud? omnino quia iſtud illius ſapientia dignum erat, imprimis nihil iſta illi magis addebant decoris, quã incenſa lucernula Solis ſplendori, aut roris gutta, maris vaſtitati, aut ſcintilla elementaris ignis immo in infinitum minus, rurſum quia ſi iſta magni feciſſet ille, quæ contempta ab illo tanto ſunt in pretio, ut quodãmodo a vulgo videantur odorari, quid contigiſſet ſi uiſus fuiſſet ille exiſtimaſſe illa, rurſum ut quæ digna pretio ſunt haberet in pretio ille, quę autem indigna, ab illo contemnerentur, ſunt autem pretio digna etiã apud gentiles, iſta & apud eoſdem interim digna con numerãtur illa ita ut omnibus cum eſſet priuatus bonis externis.

*Quæ fuerunt apud Deum pretio digna.*

*Bias.*

Bias prieneus dixit omnia bona ſua ſecum portare, cum nihil præter vulgares veſtes ſecum ferret ferebat autem iudicio ſuo uirtutem & ſapientiam magni habuit igitur in uirgine & Ioſeph dominus uirtutes quæ diuino ſunt digna amore, fumeas autem has aut plumeas dignitates quibus ſuo ſæculo gauiſi sũt Ioram, Ochozias, Saul, Achab nefarij reges nihili duxit his enim cum bene placuit illi honorificauit paſtores & priuauit illis Reges & belluis ad paſcendum relegauit aut canibus, ut dilaniarentur tradidit, abſciſus igitur lapis iſte ſine manibus, quia omnem iſtã mundi ſtatuam vanitatis & adumbrati honoris erat contriturus ſupremo iſta fecit conſilio, ſed iam quod viro erat ſacroſancta virgo iungenda. Cur uiro iuncta fuit fabro lignario? ut otium & ignauiam deteſtari ſe manifeſtaret eſt enim otioſitas nouerca uirtutũ, vitiorum mater, gignit ut immotę paludes noxia multa. & corrumpuntur illæ, euenit otioſis quod & ferro quod rubigine obducitur non exercitatum, quod & campo ſi non renouetur aratro, quòd ſpinas proferę

*Otij & ignauiæ deteſtatio.*

*Otij dãna.*

fuitque

ſuitque huiuſmodi occupatio, ita grata Deo, ut de ſe ipſo gentium magiſter Paulus dixerit, laborauerunt manus iſtæ & piſcatores cum retia reficerent in gloriam Apoſtolorum elegerit huiuſmodi otij peſtē perſequens neſciuit otium piorum antiquitas, ut Moſes, Iacob, Dauid, neſcire etiam qui ſine religione fuere, ut Lentuli, Fabij, Cicerones, quos ab ipſo exercitio ſortitos fuiſſe nomina ferunt multi, eſt otium uiui hominis ſepultura, vnde Chryſoſtomus ſi torpeamus remiſſio nos perdet, & idem nihil boni facere, hoc ipſum eſt malum facere, & hodie Reges multi, cum & ſi uelint illi otioſi eſſe non poſſint, quemadmodū neque eſſe poſſunt ſæuiente tempeſtate nautæ, neque ingruente bello militum magiſtri, quia illorum uita occupatio eſt curant tamen artem aliquam noſſe, ut ſi quod illis ſupereſt momētum otio non torpeāt. Vnde illa ſunt ſapientis, Per agrum hominis pigri tranſiui & operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ. Dixit Heſiodus non eſt autem de decori laborare, ſed otiari, Demetrius uitam otioſam mare mortuum appellauit, & aiebat idem, malo ut me fortuna in caſtris ſuis quam in delicijs habeat, nihil mihi magis quā ſit utilis labor docuitq; quam pernicioſum otium etiamq; ſtudium, quòd diabolus appoſuit ad laboris deteſtationem, loco illum ignominiæ ſtatuēs quam homines magis oderunt, otium uero honoris & gloriæ loco, quod homines magis amant. Hic ueluti in exterminium miſſa uidemus quæcunque laborem, & occupationem ſapiunt, & cuncta non torpere tantum otio, ſed uarijs miſerandiſq; uitijs corrūpi, delicijs, ludis, latrocinijs, adulterijs quorum omniū radix otiū eſt, huic igitur tanto malo cupiens ſubuenire dominus hominum amantiſſimus, ut haberent illi in pretio q̄ habebat ille, & amarēt quod amabat, & eligerent q̄d eligebat & ſcirent quod a ſapientia eligebatur, illud eſſe & magis utile & magis honorificum, cum datu-

*Otium quid. D. Chry. hi. 5. ad Anthio. & h. 6. ad eph. & ſerm. de uirt. & uit. Prou. 24 Heſiod. Demetr. Diabolus otij fautor.*

rus eſſet matri ſponſum non otio deditum, ſed miniſterio addictum dedit illum, ſed illis prædictum animi dotibus, ut præſtantiorem illum dicas Abraham fide, obedientia Iſaach ſtrenuitate Iacob, puritate Ioſeph, & qui omnes antiqui teſtamenti patres ſuperauerit, & noui omnium virtutibus floruerit Apoſtolorum præſtantia, qui non lingua tantum, ut Apoſtoli, ſed ullius Chriſtum in alienationes induxerit, animi & laborum perpeſſione martyr, patientiſſimæ uitæ confeſſor, puritate corporis uirgo, & nomen uirginis Maria nomen manna ſimile omnis in ſe ſaporis ſuauitatem babens, ſapit illud lætitiam mæſtis, leuamē feſſis, opem indigis, auxilium cunctis, nomen ſæculis omnibus glorioſum humano generi magis honorificum quam fuere piarum omnium fęminarum glorioſa nomina, nam neque tanta commoda vnquam ſuæ nationi peperere illa, neque tanto honoris ſplendore illuſtrauerunt, neque ad tantum gloriæ faſtigiū eduxerunt, neque cœlos & terras tam ſtricto fœderis modo copularunt, ſed exigua omnia ſunt & ſi ex ſe magna & eximia illa quæ præſtita fuere ab illis, Abigail ſuæ conſuluit familiæ uittæ, niſi enim illa apud Dauidem interceſſiſſet actum erat de illa, Iudith ciuitati ſuæ & genti vnde bene meritis ab illis laudibus celebrata fuit, Heſter toti nationi liberans illam ab imminenti ſtrage. Maria glorioſiſſima non vnius domus familiæ. Non vni ciuitati, non nationi uni, ſed toti orbi, & omnibus illius nationibus in extremo uitæ animæ periculo cōſtitutus glorioſiſſimę ſubuenit, vnde illius nomen a Solis ortu vſque ad occaſum eſt laudabile. Neque tanto illa honoris ſplendore ſæcula ſua illuſtrarūt, nam quod ſummum in illis ſapiebat honorem non erat quidem Regia dignitas, ſed quod illa ſubdita eſſet Deo, qui filius fuit Mariæ, ita quod illorum diuitiæ ſiue hoc eſſent inopes, potentia impotens, vires ſine robore, dignitas ſine dignitate regia maieſtas

*Text.*

*Mariæ nomen ſuauiſſimum.*

*Maria innumerabilia bona humano cōtulit generi.*

*Dignitas rerū humanarum in obſequēdo Deo.*

maieſtas ſeruitus, ni omnia illa Dei eſſent dicata obſequio, a quo ceu ſtellæ lumen à ſole accipiebant illa ſplēdorem, quid enim humanæ magis illuſtre aut magis glorioſum naturæ, quam quod habuerit Mariam filiam quæ æterni fuit mater Domini, aut quæ potuit neque deſiderari, neque concipi gloria maior, & excelſius honoris faſtigium ad quod euecta fuit humana conditio quam quod ita ſit humana natura ineffabili vnione diuino iūcta ſuppoſito, ut filius Dei filius ſit & Mariæ, & nobis tanta cognatione coniunctus, vt homo ille ſit & noſtri primogenitus generis, qui maiora cum patientia ſcelera feret noſtra, & liberalius nobis pęnitentibus ignoſcet quam ullus Ioſeph fratribus qui noſtris omnibus neceſſitatibus noſtræ ingratitudinis oblitus abunde conſulet, cœli, quia eſt dominus & quodāmodo, quia frater noſter eſt, viſcera eius ad noſtrarum calamitatum cōſpectū cōmouebuntur. Summus igitur honor eſt quod Deus ſit homo, & nos Pauperes de puluere, ita ingenti iſto beneficio exaltati, ut non tantum ſedeamus cum principibus, ſed principes ſimus, & quią ipſe humanæ naturæ factus cōſors, nos facti diuinę, qua glorioſa cognatione ita animis eſſe deberemus excelſis, ut nihil iā uile, nihil terrenū ſaperemus, ſed cœleſtia & diuina q̄n cœleſtes facti ſumus & diuini, animo quo Dauid Rex conſtitutus paſtoris omnia (ut illius ſtudio iam indigna) reliquit, ita & nos ad pluſquam Regiam dignitatem Mariæ beneficio exaltati, neque quid cœlum & terram res tantopere diſtantes fœdere ita nobili, & ita indiſſolubili copulauit, miraculo datum fuit qđ ſcala oſtenſa Iacob eſt per quam Angeli aſcendebāt & deſcendebant, ut agnoſceretur aliquod eſſe inter humanos & diuinos commercium, noſtraque omnia curæ eſſe Deo, miraculo quod Angeli alloqnuti fuerint Loth, miraculo ingenti quod Moſem alloquio ſuo dignatus fuerit Deus.

*Dignitas humana naturæ.* *Summus honor.* *1. Re. 15* *Gen. 28.* *Gen. 19.* *Exod. 3. & 33.*

Sed

Sed Maria maiora conſequuta eſt quæ fecit iam nobis cœlos & cœlites familiares. Scala illa fuit per quam (quod in auditum fuerat) Deus deſcēdit, & cū eo miryades Angelorū, deſcendit autem, vt nos aſcēderemus ꝙ nunquam fuerat homini cōceſſum, deſcēdit & nō ſemel aut iterū nos eſt alloquutus vt cū Moſe luce ſua illum inacceſſibili inhabitante, ſed homo factus, omnes alloquens, omnes docens, omnes inſtruens, omnes honorans, omnes ad ſublimia ſecum
*Galat.* 3. euehere cupiens, non vno, aut altero miraculo quis
*Matt.* 6. eſſe oſtentans ſed innumeris, & innumeris modis no-
*et Luc* 9. bis benefaciens, & in ſe ima ſumis reconcilians, & ita
*Terra ca-* facta ſunt vnum regna iſta inter ſe tantopere diſtan-
*li magnū* tia, & diuiſa, Mariæ beneficio vt vnius præcepti ob-
*poſt in-* ſeruatione in quo tota lex impletur veluti volatu vno
*carnatio* liceat in cœlos euolare, ita facta ſunt vnum vt & ter-
*nem com* renum regnum cœlorum regnum eſſe dicatur & cœ-
*merciū.* lorum dicatur eſſe terrenum quia terrenis, pijſque hominibus iam illud incolitur, dicatur & hoc Eccleſia, & illud militans, iſta quia militiæ incumbūt, qui in illa ſunt milites, conſtans & ex eiſdem militibus inuictis vita functis dicatur illa triumphās, Mira iſta ſunt & mirabiliora eſſent, ſi aut recenſere valeret homo illa aut quæ recenſentur debite recenſerentur, fœdus autem dictum fuit indiſſolubile, & quia nun-
*Gen.* 41. quam amplius Deus deſinet eſſe homo, neque homo
*Gen.* 47. Deus vnde non poterit vnquam de nobis dici quod
*Exod.* 2. de Iſraele fuit dictum qui cum honore & bonorum abundantia gauderet dum uixit Pharao qui nouerat Ioſeph, illo defuncto & alijs ſuccedentibus qui illum non nouerant libertas in captiuitatē verſa eſt, in ino-
*Mariæ* piam copia, beneuolentia in oppreſſionem noſter au-
*nomē ve-* tem Deus in æternum viuit, & ſeipſum neſcire cum
*neratio-* non poſſit, neq; nos neſciet, quorum amore factum
*ne digniſ-* ſe hominem cōſiderat, ac ita libertate honore, gloria
*ſimum.* ſemper gaudebimus, ni noſtra nos culpa tātis benefi-

cijs

cijs reddiderit indignos. Quis iam igitur nomē Mariæ non ſuſpiciat, non adoret, non in corde ſculpat, aut a cuius ore illius laus vnquā recedet, quæ vere populi noſtri gloria eſt, decus, & magnificentia, ſi ratio ne præditū eſſet nomen Mariæ illud ipſum Mariæ gloriā prædicaret, depreſſum illud erat in Maria Sorore Aaron & ſi nobili alioqui fœmina & optimi fratris Sorore, exaltatū autem eſt in ſummā gloriam in Maria virgine Dei optimi maximi matre nā illa ob id quod detraxit Moſi lepra fuit infecta. Hæc quia diuinis viſis libens & ſubdita obtēperauit, cū antea nulla illā lepræ cōtagione fuiſſet infecta, Ieſum peperit qui non Naamani aut aliquæ Mariæ lepram mundauit, ſed vniuerſum hominū genus quod lepra erat coinquinatum, euenitque id ſæpe adhuc in nominibus & ſi longe diuerſa ratione, vt nomen quod vnus vitæ integritate & animi fortitudine extulit, deprimat vitæ corruptione & defectione animi alius. Iudas nomen iſtud ſupra modum honeſtauit, qui glorioſe vixit, & glorioſa nimis, & grata Deo fecit, & vtiliſſima ac ſanctiſſima ſcripſit, Iudas Machabeus vir fuit inuictiſſimus Deo gratus, ſæculo ſuo glorioſus miris laudibus etiā a ſacris ipſis literis celebratus effulſitq; nomen iſtud in viris iſtis clariſſimis vt in cælo luna, at Iudas vitæ perditor, mundi abhominatio, obſcurauit illud, & quod in ſe fuit reddidit ignominioſum, de Iuda qui fuit dux eorū qui cōprehēderunt Ieſum, quod & in multis hodie nominibus contingit vt quodāmodo id contingat nominibus quod & rebus, quæ varietati ſubditæ cū ſint, natio q̄ nuper domina fuit hodie ſeruit, quæ lōge lateq; ſui nōis radios effundebat, hodie iacet obſcura & q̄ nuper ſeruiebat, imperat, & eger quæ diuitijs abundabat, tm̄ cōſtans in humanis rebus incōſtātia eſt, q; & vtinam ſanctiſſimo nomini Mariæ non eueniat hodie, vt iterum e gloriæ vertice quo in ſanctiſſima Maria exultat, in Mariam

*Exo.* 15.

*Nominis depreſſio & exaltatio.*

*Iudi.* 1. 1. *Mac.* 2.

*Act.* 1.

*Rerum humanarum inconſtantia.*

lepra

*Text.* lepra infectam deuoluatur, cum vita parum integra, multæ obſcurent illud quæ matrimonio ſacro iſto no-
*1.Re.* 24 mine appellantur. Et ingreſſus angelus ad eam, &c. videntur verba ſonare in abſcondito domus ſuæ illam eſſe alioqui non diceretur angelus ingredi cum alibi multoties non fuiſſe ingreſſum ſed appa-ruiſſe dicatur. Erat autem angelus Domini iuxta
*Num.*13 aream Iebuſæi. Angelus Domini apparuit Manue, quin & cum deſcendit in auxilium Angelus deſcen-
*Dan.* 3. diſſe dicitur: Angelus Domini deſcendit cum Azaria. erat igitur in abſcondito domus Maria, cui eſſet occupationi intenta illud mihi explicare videtur, quod quæ die ac nocte præſtantius Dauide in lege Domini meditabatur, & quæ vere dicere,
*Pſal.*1. & ex animo potuit, Quoniam lex tua meditatio
*Pſa.*118 mea eſt, quod in meditatione diuinę legis myſteriorumque illius eſt inuenta, ipſaque negotij maie-ſtas id ipſum manifeſtare videtur, mulier enim cui aſſidua & continua exercitatio eſt aureo filo acu pingere, requiſita ferè ſemper in illo occupata exercitio erit nouerat enim diuina virgo diuinæ legis æquitatem, veritatem, & certitudinem, & quomodo cibus ſit illa animi, lętitia cordis, & quanta illius ſtudioſis ex illius lectione deriuetur utilitas, quando aut lilijs in tranſitu aquæ illi comparantur,
*Medita-* aut ligno quòd fructum ſuum dat in tempore ſuo,
*tio ad ui* nouerat voluntatem Dei, quam in omnibus adim-
*na legis,* plere ipſa ſupra modum cupiebat in illa eſſe manifeſtatam nouerat in illa promiſſum Meſſiam cuius fęliciſſimum mundo aduentum optabat ardentiſſime, nouerat in oratione hominem abloqui Deum. Deum autem hominem alloqui in ſacra lectione, vnde ab iſtis non ceſſabat columba noſtra lactæ lota, & reſidens iuxta fluenta pleniſſima, ſæpiſſime dicens, audiam quid loquatur in me Dominus Deus aut verba mea auribus percipe dominę, in vna igi-

tur

tur harum occupationum inuenta virgo eſt, oportet autem intelligamus multa a virgine fieri in humanæ conditionis exemplum, profitebatur enim illa quodammodo fœminarum magiſterium, vt profeſſurus filius erat magiſterium hominum, & ſi cunctis illius doctrina, & uita ſemper exemplo fuerit, vt ergo doceret illa docere maxime honeſtatis, & deuotionis ſtudioſas fœminas, & quibus gloriæ eſt pudicitiam, domeſticam manſionem, & raros ex habitatione egreſſus, harum fuit illa rerum omni tempore amiciſſima, & ſi tutius Iudith egredi potuiſſet & in medias prodire (ſi opportuiſſet acies) non vno aut altero cuſtodiente illam angelo vt Iudith de ſe dixit, ſed innumeris, quibus virginis dignitas ſanctitas & præſtantia nota erat, & illius cuſtodia commendata, ſi enim immittit Deus angelos in circuitu timentium eū, quantos caſtrametari ſemper in circuitu virginis credendum erat, res quo pretioſiores tanto in locis reconditioribus & maiori cura ſeruantur, vt argētea vaſa, aureę armillę, Adamantes, Iacinthi & pretioſi omnes lapides, & potiſſimum ſi in ciuitate illa ſint, quæ multos habet inſidiatores, honeſtas tāto iſtis rebus pretioſior eſt vt ſine illis pretioſiſſima illa ſit & ſine honeſtate res omnes iſtæ viliſſimæ, eſt igitur illa maiori ſollicitudine & metu ſeruanda, & potiſſimū vbi multi ſunt illius inſidiatores, veſtes quo pretioſiores ſunt & elegantiores vt candidæ, purpureę, ne inficiantur cauetur maxime, neque iſta cura adhiberet ſi uiles illæ eſſent & ſi mundities in omnibus deſideretur, vaſa vitrea Venetijs in Hiſpanias allata, quia gratiſſima ſunt magno in pretio habentur, & quia vitrea nimia cura ſeruantur, quia leui attactu franguntur, & eſt inquinatu, & fractu facilior, candor fœmineus & nitens illud vitrum, ſeruetur igitur, Roſa tanto gratior, amęnior & odoratior, Quanto contrectat minus, tanto pulchrior honeſtas, quanto

*Virginis exēplū.*

*Iudit.9. & 10.*

*Pſal.33.*

*Aſſeritur veritas iſta ſimilib.*

*Honeſtas commendatur.*

*Expende quā ſint iſta ſeruanda.*

*Expende ſimilia.*

quanto minus contrectata, chryſtallina ſpecula halitu uidemus infici, & inficitur halitu ſæpe Chryſtallina pudititia. Quemadmodum pretioſi lapidis domicilium eſt concha, ita honeſtatis domus eſt domicilium.

*Modeſtæ fœminæ Virginis imitatrices.*

Sed non paucæ fœminæ ſunt, quæ ex illius ſacro grege eſſe ſummæ ut par erat ducant gloriæ, quæ domum, ſilentium, & orationem ament, quibus candor honeſtatis & tinctura coloris ita ſint res gratæ, ut ae citiam omnem uitent pulchritudinem, quæ Chryſtallina gaudeant aqua, & non cœno ut anguillæ, quæ columbæ eſſe uolunt, lacte puritatis lotæ quibus nihil charius honeſtatis nomine, quæ mores dotem eſſe cẽſeant locupletem, nequaquã enim dotata eſt bene, ſi morata eſt male, dixit quidã. Sed plures uideas quas non uirginis Mariæ dicas eſſe diſcipulas neq; agnouiſſe illam, aut ſacros illius more approbaſſe, ſed impudentiſſimæ Iezabet de cuius parũ pudica pulchritudine illa dicũtur, ſpectaſſeq; dicas illas illarumq; mores, & uiuendi licentiam cum ita loquitur, Vaga & garrula. Iſtis internæ pulchritudinis, quæ diuinos allicit oculos nulla eſt cura & ita animæ ſunt oblitæ, ac ſi eſſent exanimes, ita abrenũtiationis in batiſmate factæ, ac ſi ab illis facta nõ fuiſſet aut ludicræ fuiſſet facta, iſtis corpus Deus eſt, illud adorãt illæ & colunt & quod omni appoſita cura intendunt illud eſt omnino ut ab inſanis horum idolorum cultoribus adoretur illud, canantur illi cantiones, & in illius gratiam edantur, antiqui filiæ ſerpentis, pulchri baſiliſci aſpectu necantes, uerbis, fœminæ incantantes, tactu adurentes, dęmonis non tantum pedica, ſed uenatrices, mille modis animas illi uenari laborãtes, aquarũ aſpectu auertendi oculi, inquarum uerba ſapiendæ aures ſpinis, iſtæ non domum amant, ſed plateas, & compita, non raros amant egreſſus è domo, ſed raros ingreſſus in domum, euenit quæ illis quod nulli unquam

*In fœminas quibus non eſt cura pudicitiæ Internæ pulchritudinis contemptus. Corpus multis fœminis idolum.*

quam animantium horrent omnia animalia q̄ magiſtra natura illis inſidiari norunt, ut agniculus uulpē, ouis lupum, lepus canem, accipitrem miluus, halicetū columba, iſtæ inſidiatores ſuos amant, inimicos ſuos querunt, in latrones incidere gaudēt, nihil magis miſere optant quam optari cum hæc & corporis & animi perditio ſit, quas hiſce præditas ingenijs nouerimus quemadmodum Antichriſtos illos appellamus qui contra Chriſtū ſunt, & qui Chriſti moribus ſunt cōtrarii, appellare licebit iſtas Antimarias quia modeſtia, pudore, honeſtate, ſilentio & clauſura domus contrariæ ſunt Mariæ, quæ pudoris & honeſtatis futura cum eſſet ſæculis omnibus exemplum in penetralibus domus, diuinis intenta exercitiis reperta eſt. Sed uerba audiamus Angeli, nō enim Angeli illa ſunt & ſi dicatur ab illo, ſed Dei, a quo Angelus miſſus eſt & ita excelſiora illa sūt, & ſublimiora, & attētioribus audiēda quia Dei ſunt, q̄a dicta ab Angelo, q̄a dicta Mariæ, pretioſiſſima oīa ſunt, & quorū unumquodq; ſuffeciſſet ut glorioſa, illa & diuina eſſe crederemus.

*Expende certitudinem ſimilium.*

*In honeſta femina antimaria.*

*Text.*

*Expende*

Aue gratia plena, omnino & talis futura erat quæ à Deo in matrem filii eligebatur, & talis nominibus & tam glorioſis compellanda. Si enim gratia gauiſę ſunt præditæ que fuere diuina, matris Iacob, Ioſeph, Sanſonis, Baptiſtæ. Cur plena, gratiæ non eſſet quæ gratię plenitudinem erat paritura. Plena es ò Maria gratia & hæc mihi ſententia gratiſſima, hic iucundiſſimus ſenſus, quidquid delicatiores alij dicant, ſi domicilij præparatio ſemper ita fit, ut hoſpitis illa dignitati ſit conformis, ac ita aliomodo pręparatur priuato homini, alio principi, alio Regi, cum hoſpitē eſſes habitura Deum, eq; ſacris tuis uiſceribus, ut è byſſina tela illum diuino opifice ſpiritu inductura, plane plena gratiæ es & plenam eſſe tanto hoſpiti oportebat. Hæc eſt arcæ deauratio auro mundiſſimo intus & foris, hæ ſunt opes Salomonici templi & hac pleni

*Text.*

*Expende*

*Exo. 25.*

tudine

*3. Re.6.* tudine te præditam decebat, non diuitiarum non gẽmarum, non rerum aliarum quas magni habet mundus, & nihili habet Deus, vnde in hac tua commendatione nulla de hiſce rebus factam. Dominus tecum, modo Maria priuatiſſimo & ſupra modum glorioſo.

*Text.* Eſt enim ille tibi maxime propitius & in tuum fauorem propenſus, eſt tecum eo modo quo nunquam fuit cum alio neque cum Gedeone. Neque cum Sanſone, Eſaia, Hieremia, Dauide, neque cum Rebecca, neque cum Heſter, neque Iudith neque cum Iahele, nam cum illis fuit dominus vt dominus eſſe ſolet cũ ſeruis, & ſi ingenti cum clementia, tecum ut cũ filia, tecum ut cum æterni filijs futura matre, tecum ut cũ horum omnium domina, & regina, eſt que nunc tecum & ſemper fuit, & tu uirgo cũ illo cui adhærere ſemper duxiſti optimum, in quo ſperare ſemper duxiſti ſpecioſiſſimum, de quo meditari ſemper duxiſti ſuauiſſimum, ille igitur tecum eſt ut te exaltet, te honorificet, te glorificet, te beet, tu cum illo ut illi ſeruias, illi obſequaris, illi te ſubdas, ſed ſupremum modum quo ille futurus eſt tecum ô uirgo reſcies breuiſſime.

*Quomodo cum Maria fuerit Deus.*

*Gregor.* Explicant modum ſacri doctores, ſuauitate qua ſolent Deus pater unicum, filium in utero uirginis humanæ coniungens, Deum ante ſæcula ſibi coæternũ fieri uoluit hominem in fine ſæculorum, & quem ſine tempore genuit ſaluandis hominibus cum tempore, oſtendit omnes enim nos inimico illa perſuaſio in culpæ contagio ab ipſa radice pollnerat, nulluſque erat qui apud Deum pro peccatoribus loquens à peccato liber appareret, quia ex eadem maſſa æque cunctos par reatus inuoluerat, proinde uenit ad nos unigenitus patris, aſſumpſit ex nobis naturam non perpetrãs culpam, ſine peccato quippe eſſe debuit qui pro peccatoribus interuenire potuiſſet, quia nimirum alienæ pollutionis contagia non tergeret ſi propria ſuſtineret, ſi

*Gre. lib. m. 23. c. 9.*

tet,ſi huius tamen ratio quæritur non erit mirabile. ſi exemplum poſcitur non erit ſingulare,demus Deũ aliquid poſſe quod nos foteamur inueſtigare non poſſe in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia faciẽtis,tria enim opera mirabiliter ſingularia & ſingulariter mirabilia ut talia neq; facta ſint neq; facienda, amplius ſuper terra coniuncta quidẽ ſunt ad inuicẽ Deus & homo, mater & uirgo fides & cor humanũ nequeũt quæ ſuper sũt Euangelij niſi ſumma breuitate literis mandari alioqui , ununquodq; ex myſterijs (cum innumera illa ſint)quæ ſonãt uerba uolumina caperet. Benedicta tu,non ob priuatũ aliquod tãtum Mundo beneficiũ exhibitum,cuiuſmodi fuere , quæ collata ſunt ab Abigaile,à Iahele,à Iudith, quæ & ſi magna fuere illa,& optatiſſima aut priuatæ familię, aut priuato populo collata ſunt,ſuntque ad corporeã uitam attinentia illa,ſed tu benedicta ò uirgo quia tui. fructu puriſſimo puriſſimi uentris, gladio tranſfigis,non Siſaram ſed ceberabrum principem,non liberas obſeſſam Bethuliã ſed obſeſſum à Sathana mũdum. Non priuato obſtas Regi,ne priuatam domũ , ac familiam demoliatur , ſed amplisſimã mundi domũ & uniuerſam hominũ familiã, dignisſime igitur inter mulieres benedicta,illarumque & totius humanæ naturæ gloria & decus,& benedictus fructus uentris tui,tui inquã ſolius,illę enim diuino tantũ opifice ſpiritu uiuificum illum protulit fructum benedictum,& per quem non ſolum auferenda eſſet omnis maledictio,ſed omnis inferenda benedictio,ita enim de illo prænuntiatum eſt & benedicentur in illo omnes gentes,benedictus igitur fructus qui omni mortifero fructu ablato, fructus Deo gratisſimos feraces reddet uiua fide præditos Chriſtianos oẽs His uerbis purisſimis & ſanctisſimis ab Angelico ore prolatis , Turbata eſt , & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio , Turbari uirginæi pudoris,cogitare maturę prudẽtię

*Aug epiſtola ſecũda ad uoluſ.*

*Bernar. ſerm. 10.*

*Text.*

*1. Re. 25*

*Gene. 22 & Gal. 3*

*Text.*

aufert omnem turbationem in fæminis huiuſmodi turbatio, uerius enim illud eſt de virgine quã de puero, erubuit, ſalua res eſt, purpureus enim iſte color omni accititio gratius virginis faciem pingit, & decorat hoc enim honeſtas purpureo induitur pallio.

*Purpureus color gratiſſimus.*

Cogitabat, &c. Non enim quæ plane impura ſunt, aut pernicioſa cogitatione egent notiſſima illa ſunt, vt vlulatu lupus, latratu canis, rugitu Leo, grunnitu porcus, ſed quæ pietatis ſpeciẽ habent, & à viro dicũtur Angelicã quodammodo hominum iudicio uitam meditante, donec aurum eſſe conſtet quod aurũ eſſe aparebát, argentum quod argentum, hæc enim duo ſi Euæ contigiſſent, non fuiſſet illa in tãtam miſeriam lapſa, ſi turbata fuiſſet ad deceptoris uoces, ſi cogitaret qualis eſſet ſalutatio illa. Ait, autem Angelus ei, ne timeas Maria. Non ſunt iſta metum incutientia, ſed auferẽtia metũ, pallebat ad oĩa antea humanum genus, ſimile illud Balthaſari erat, immutabatur facis illius, genua ad inuicem colligebantur, nec mirum talia enim erant in illum ſcripta, non humana manu ſed diuina, non in pariete ſed in diuinamente, nunc tu omnem huiuſmodi metum tolles, ne timeas igitur uirgo glorioſiſſima, inueniſti enim gratiã apud Deũ, huiuſmodi, autem rei incomparabilis inuentio, non metmu incutit ſed tolli, inueniſti gratiam non apud hominẽ ut plerique, de qua non immerito illa, principum ira plũbea, gratia plumea, ſed apud Deũ qui omnipotens cum ſit mutari neſcit, & apud quem nullus niſi iuſtus quam inuenitu omnium iuſtiſſima, plus omnibus inueniſti, nec tibi inueniſti tantum ſed mũdo perdito & qui illam perdiderat. Vis ò uirgo noſſe quanta illa ſit & quam indicibilis illa, dicenda expẽde, ecce concipies in utero & paries filium.

*Expende*

*Euę audatias.*

*Text.*

*Gratia principũ plumea.*

*Text..*

Quemadmodũ iſta nulli unquã niſi Mariæ dici potuerunt ita neque ulla unquam gratiam inuenit quã inuenit Maria. Et paries filium, cui omnes hominum

filij,

Filij,ſiue Abraham illi ſiiit,ſiue Iſaach, ſiue Iacob ſiue regum potentiſſimorum ut Dauidis, Salomonis, Ioſiæ,Ioſaphat,Exechiæ ſeruire gloriæ ducāt.Et uocabis nomen eius Ieſum, ut quemadmodum æterni patris eſt filius,ab illo etiam impoſitū habeat nomen, ut omnia diuinitatem ſonent, & ingentem in homines charitatem,& nomen ipſum illa polliceatur beneficia quibus humanum egebat genus, degebat enim illud miſerere ſub peccato,miſerius,quā ullū populus Iſraeliticus in Babylone aut ſub Pharaone. Et uocabis nomen eius Ieſus, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, neque enim ſalus iſta & libertas (tanta erat peccati tyrannis) per alium populo euenire poterat niſi per Ieſum,hic ſolus ad iſta potens,& arte iſta diuina, & diuinitus mirabili ad iſta utitur,fieriq; uult qui ab æterno Deus erat homo,unde egregie Gregorius,iuſtus igit atq; inuiſibilis Deus apparuit ſimilis nobis homo uiſibilis ut dum uideretur ex ſimili curaret ex iuſto, & dum ueritati generis cōcordat ex conditione uirtute artis obuiaret ægritudini. Et dabit illi ſedem Dauid patris eius. *Nomen Ieſus.* *4.Re. 5.* *Gregor.*

Non corpoream iſtam & externam quæ anguſtiſſima illa eſt tanto regi. Eſt.n.illius regnum omnium ſæculorum de cuius immenſitate illa ſunt Nabuchodonoſoris iam in ſe reuerſi.

Sed regnabit ille in domo ueri Iacob per fidem & dilectionem, regnum omni regno ſuauius, potentius, mirabilius,alio enim regno potiti ſunt tyranni innumerari, ut Dionyſius, & ſcelerati reges ut Saul, Ochozias, Achab, Ioram, Manaſſes, hoc potiri non poſſunt, neque qui æquiſſimi fuere, & potentiſſimi. Hoc ſolum Deus gaudere poteſt. Hoc modo ſolus ille regnare, qui & corporum & animorum & conditor eſt, & aſſertor, & omnium dominus. Verumque eſt hoc regnum, & hoc nomine dignum habentque alia regna, quemadmodum, & *Regnum Chriſti.* *Verum regnum.*

illorum reges finem unde tantum, tamq; ſubitam in illis uidemus mutationem, ut poſt habitam de illis longam orationẽ Philo ita loquutus fuerit. Floruit quondã Græcia,ſed Illacodones abſtulerunt ei potẽtiam, poſtea Macedonia uiguit opibus ſed diuiſa in plures portiones debilitata eſt donec omnino interijt, Ante res Macedonum inclyta fuit perſarũ felicitas,ſed una dies tã ingenti regno finẽ attulit,& nunc Perſæ pœnes quos paulo ante fuerat imperium ſunt Parthorum prouincia. Totus Orbis habitabilis,non ne more nauis ſuſque deque iactatæ nunc ſecundis uentis nunc aduerſis utitur?

*Phil lib. quod Deus ſit immutabilis.*

*Pſal.102* Huius autem regni non erit finis, ſed regnũ illius *Pſal.144* omnibus dominabitur & regnum omnium ſæculorum dicetur.

Ad has plenas immortalis honoris & gloriæ uoces turbatione ablata, & ſatis ſalutationis maieſtate diſcuſſa. Audite cœli,audiat & terra uoces Mariæ,ſunt enim lætiſſimæ illæ & quæ cœlos & terram optatiſſimo iubilo exhilarãt omni mæroris nube fugata,ſunt modeſtiſſimæ,nouit humilitatis gradibus ad glorioſiſſimam dignitatem euectam, ſeruat illam & nunc maxime miratur illam & ſuſpicit.Et ita Angelorum, & hominũ domina effecta & cui totus ſeruiebat Orbis,Ancillæ nomẽ cũctis illa titulis prefert,hoc enim *Expende* reliquorum omnium diuino beneficio cauſa fuit, niſi enim eſſet illa domini ancilla, non eſſet mundi domina,ni in hoc cunctos mortales exceſiſſet non eſſet omnibus prælata mortalibus,mater domini effecta, Ecce igitur ancilla domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum,non columbæ unquam, non aquilæ ſuis pennis tam altius uolarunt ut modeſtis hiſce uocibus Maria.quæ ſuper Cherubin & Seraphim uolauit, quæ hiſce obedientiæ & modeſtiæ uocibus ſibi honoris, gloriæ, decoris, maieſtatis parauerit Maria quæ, hominum generi,ineffabilia ſunt,nequeunt in ſolo

humana

humana mente cõpræhendi, faxit Deus deſiderata ex illis capta in hac uita utilitate, magnis illis, quæ nobis in cœlis parta ſunt potiamur Amen.

## *SALVTATIO.*

*Sal, eſt admirandæ uirtutis diuinæ doctrina, & qui non tantum a corruptione ſeruat & gratum ſaporem communicat, ſed immortalitatem quandam facit in moribus ſapere, cum terrena & peritura doceat contennere, ſperare cœleſtia & æterna, illaque uitæ ſanctitate curare, cum illa animos docendo, condiunt concionatores, iſta intendunt minime tamen ſine diuina gratia aſſequi poſſunt illa, precemur uirginem, nobis illam aſſequatur Aue Maria.*

## THEMA.

Vos eſtis ſal terræ, uos eſtis lux mundi, &c. Matt. 5.

HOC enim & prouidentis eſt animi, & diligentis illis, qui que ſuæ rei publicæ prouidere rebus quibus maxime indiget, & quæ magis neceſſariæ
ſunt, quando huiuſmodi prouiſio in *Gene.* 14
illius ſita eſt poteſtate, ut cum aquæ *Gene.* 8.
penuria laborat aut puteos effodere, aut ex longin 26.
quo per canales ſuos aquam ducere, cum fame fru- *Gen.* 42.
menta etiam ex Ægypto, ut fecit olim Iacob, pre- & 44.
tio parare ut fami ſuccurratur, cum uexatur mor-

bis, modos, medicamina & medicos inquirere, ne
in plures graſſetur malum, hoc quod humana quidẽ
poteſt præſtare prudentia præſtare tenentur erga re-
ſpu.ſuas, alioqui ingrati erunt & parum fideles in il-
las, Chriſtus optimus maximus hæc omnia in ſuos
etiam non rogatus tribuit, & cum placet rogatus, nõ
effodiens ille puteos cum opus eſt aqua, neq. è lõgin-
*Pſ. 106.* quo ducens, ſed conuertens terrã ſine aqua in exitus
aquarũ, non parans pretio frumenta ſed faciens ual-
les abundare frumẽto nõ in morbos medicos aut me
dicamina quærens ſed uerbo ſuo ſanans morbos uer
bo pellens, ſalutẽ uerbo reuocans. Sed huiuſmodi ne-
*Mat. 21* ceſſitates quia externę ſunt & corporeæ exiguæ ſunt
alijs laborabat mundi totius reſpub. neceſſitatibus
grauiſſimis, & ſummi momẽti, & in quibus res nomẽ
uita animarũ uerſabatur, & quibus cõſulere neq. ho
minũ labor induſtria, neq; ſumptus poterant, inſipi-
*Grauiſſi* dus erat mũdus, in ſulſus, corruptioni noxius, tetri a-
*mæ mun* pud Deũ odoris, uerſabatur in caligine mundus, erra
*di neceſ-* bat in tenebris impingebat ſępiſſime in rerum ęſti-
*ſitates.* matione cęcus erat & manu tentans, hiſcè, & alijs ne
ceſſitatibus uexabatur, actum erat de illo ni illius mi
ſertus Deus extremis iſtis conſuluiſſet neceſſitatibus.
Cõſuluit autem primæ neceſſitati ſale illiuſq; effica-
ciſſima aſperſione, ſecundę luce, diffuſoq; lõge lateq;
*Diuinæ* illius ſplendore, harum grauiſſimarum neceſſitatem
*in conſu* hæc eſt prouiſio, Vos eſtis ſal terræ, uos eſtis lux mũ
*lẽdo mũ* di. Expende quanta ſit cum abundantia conſultũ ut
*do libera* diuinę largitatis diuitias mireris quæ nõ afficit ſuos
*litates.* menſuratis beneficijs (ut etiam largiſſimi faciunt ho
mines ſed ſine menſura copioſiſſima illius dona ſunt,
terra & mundus idem ſignificant, laborat totas corru
ptione inſipientia & caligine toti conſulens ait, Vos
eſtis ſal terre, uos eſtis lux mundi, non unius alteriuſ-
ue prouincię cum ſe aperit diuina manus oĩa implet
benedictione, orbem terratum & plenitudinem eius
fundauit

fundauit ille, Domini eſt terra & plenitudo eius orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. Eſt igitur *Pſa.* 103
totus illi orbis reſpublica & tota hæc reſpublica præ dictis neceſſitatibus laborabat, toti prouidens ait vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi, ſed expendamus in primis oportet neceſſitates illas quibus laborare dixi mus mundum, vt ſtatim de modo quo conſuluit illis Deus agamus erant omnes corruptioni obnoxij vt ex *Pſal.* 37.
illis conſtat, corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie in- *Tob.* 3.
ſipientiæ meæ, & ſi in corruptione fuerit ad miſericordiam venire licebit. Hominũ mente corruptorũ, ho- 3. *Tim.* 2
mines mente corrupti. Fugientes eius quæ in mundo *Pſal.* 15.
eſt concupiſcentiæ corruptionem erat autem ita late ſparſa huiuſmodi miſeranda corruptio vt cõqueſtus propheta dixerit, dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Corrupti ſunt & abhominabiles facti ſunt, non *Col.* 3.
eſt qui faciat bonũ nõ eſt vſq; ad vnũ. Huic igiť tã diffuſæ corruptioni ſale erat medẽdum, erat inſulſus mundus nõ ſapiebat quæ ſurſum ſunt, ſed quæ ſuper terram. Erat diuino inſipidus palato & ingratus illi, animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei ſtultitia enim fuit illi. Erat tetri odoris quomodo e- *Gal.* 5.
nim quod inſulſum & corruptũ erat bonum odorem ſpirare poterat, erant deniq; omnia concluſa ſub peccato cuius fętore nihil tetrius, verſabatur in caligine, notiſſima ſunt illa. Eratis aliquando tenebræ: Tenebræ tranſierunt, tenebris obſcuratum habentes in- *Eph.* 4.
tellectum, errabant ab utero, loquebãtur falſa, impingebant in certitudine rerum altiſſimarum & grauiſſimarum qui mundana ſapientia erant turgidi, vt de immortalitate animi, de pręmio bonorũ & malorũ, 1 *Ioan.* 1.
de Deo, etiã ſi varia de his volumina ſcripſerint mil- *Mundi*
le illa illorũ tenebris offuſcata, his malis Chriſti opti *caligo.*
mi maximi optatiſſimo aduentu ex Apoſtolorũ creatione eſt prouiſum, in quos ſermones dirigens dixit. *Iacob.* 1.
Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi, veſtra vos ſa- & 3.

pientia quæ de ſurſum eſt deſcendens a pr̃e luminum mundũ cõdietis,ut quę ſurſum ſunt ſapiat, ut carnis corruptionẽ fugiat, ut Chriſti bonus odor ſit in oĩ lo co,ueſtro ſplẽdore fulgabitis illorũ tenebras & obſcu ratos illorũ intellectus diuinarũ rerũ notitia & fulgo re illuminabitis & abijcere facietis illos opa tenebrarũ fient filij lucis,ambulabũt non iã ut cęci, & manu tẽtantes,nõ impingent in rerũ certitudine,ſed nitidiſſimã & certisſimã de reb.omnib. habebũt certitudinẽ Et ſi cœleſtes ſint illę & diuinę,ut de Deo, de mundi creatione,de ęterni incarnatione filij,uidebit hoc modo lucem magnam,populus qui ambulat in tenebris, implebitur egregium illud & lętum Zacharię uaticinium, per miſericordię Marię Dei noſtri in quibus uiſitauit nos oriens exalto,illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ſed quibus hęc totius mundi ſalis conſperſio, & tenebrarum illius fugatio,& illuminatio illorum credatur expende, ſunt.n. innumera illa ſublimia excelſa, & quę nullus unquã Socrates nullus Plato,nullus Ariſtoteles neq; rethorum & philoſophorum omnium ſchola.

*Expẽde quibus credatur minus ita neceſſarium & glorioſum.*

Potuiſſet uel in mundi portiuncula aliqua abſoluere,creditur illa piſcatoribus & ignaris hominib. quid igitur piſcatoribus cum ſapientię ſale? Quid cum luce illis?quomodo iſti ſal eſſe poterunt, quomodo lumen qui & ſi ſapientiſſimi eſſent & celſiſſimi cum tamen tam ſit illorum numerus rarus ſal quidẽ eſſe poſſet unius alteriuſue prouincię, ſed ſal terrę & lux mũdi quomodo eſſe poterunt?utraque mirabilia ſunt,& innumeris rebus mirabilibus mirabiliora & pro quibus digniſſime dicatur,mirabilis Deus in ſanctis ſuis Deus Iſrael ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus hæ ſunt Dei profundæ cognitiones,hæc confortata ſapientia quam hoĩes non poſſunt attingere,hæc mirabilia quæ ſolus Deus facere poteſt.Hæc ſapientia quę ſtultam facit ſapientiã

*Expẽde mirabilia iſta.*

huius mundi,hoc totus demiratus ubique eſt mũdus, ſi enim, diuitibus diuites ſuperaſſet Deus,nobiles no bilibus, fortibus fortes,ſapientibus ſapientes etiam ſi numero fuiſſent inferiores, eiſdem cum pugnaſſet il le armis, non eſſet mirabilis uictoria, neque diuina agnoſceretur illa. Si illis qui arte,labore,ſtudio,& aſ ſidua voluminũ lectione ſal eſſent effecti mundũ ſali tet,ſi illis qui ignorantiæ tenebris,aſſiduis vigil:js & variarum cognitione rerum fugatis lux fuiſſent effe-cti illuminaſſet,quæ hęc nouitas? aut rerum inuſita-tio quę miraculo dari debere videretur? at uiciſſe pau peribus diuites, debilibus fortes, ignobilibus nobi-les, ignaris ſapientes, inſulſis natura ſua ſaliſſe; & obſcuris illuminaſſe, & rariſſimo illorum numero, neque eo vnito ut fortior eſſet illorum uirtus, ſed per orbem diſperſo, innumerabiles prouincias condiuiſ ſe,& illuminaſſe hoc dexteræ Dei eſſe opus manife-ſtauit & candor ipſe ſalis, & uirtus & efficacia cœle ſtem eſſe ſalem planiſſime manifeſtabat in pſalmis il lis diuina infuſum manu, uorabat enim ſapientia il-la omnem mundi ſapientiam, neque ualebat illi re-ſiſtere, ut quondam Moſi ſerpens, magorum Aegy-pti ſerpentes, totaque Philoſophiæ flumina,ut quon dam Iordanis conuertebantur retrorſum, luxque il-la & ſplendor apertius quam radij ſolis ob illorum ingentem ſplendorem Solis eſſe radios teſtantur, te-ſtabatur illa diuini ſupremique ſolis lumen eſſe, cu-ius comparatione omnis mundi ſapientia aut obſcu-ra erat aut tenuis quædam ſcintilla, hinc diuinam adeſſe in his manum correptus admiratione agnoſce bat mundus,& gloriæ ducebant gymnaſiorum magi ſtri quæ in defeſſo labore & longo didicerant tem-pore & docentis piſcatoris alioqui deſpecti & inco-gniti diſcipuli fieri, in quo pluſquam in facie Moſis diuinius emicabat fulgor & mirabilium virtutũ can-didus diuinæ ſapientiæ ſal elucebat, neque enim

*1.Cor.1.*

*Virtus dextera Dei.*

*Exo.c.7.*

*Pſ.13.*

*Sapiẽtes ſtabant piſcatorum diſcipuli.*

his

his qui ſapiunt difficile eſt cognitu diuinæ ſapientiæ voces, & humanæ, aut intentis lucernæ ſplendor & Solis lumen, ſonaret enim longe diuerſius, quam ſuauiſſimi cantus cygni, ab anſerum raucitate, & ſplendent differentius quam nubes & ſplendor, his igitur ad ſuprema iſta munera creatis & dicatis illis, tam ardens fuit obeundi abſoluendiq; iniuncti muneris deſiderium, vt totum orbem peragrauerint, totiq; illius potentiæ & ſapiẽtiæ ſe oppoſuerint, innumeros perpeſſi labores, difficultates, pericula, quæ compendio breui, complectens Apoſtolus ait, Sancti ludibria & verbera experti, ac ita quod ſui fuit muneris abſoluerunt, vt neq; imagine mortis, neque morte ipſa a ſuo vnquam munere deſiſterent, & ita ſale cõdiuere mundum & luce ſuffundere, teſtetur terra ipſa, teſtetur mundus vix enim Angelus in illo eſt qui hunc non ſapiat ſalem, qui hac luce non fulgeat. O quam ſunt viris iſtis probatiſſimis, & ſanctiſſimis nobilitate ingenij ſimiles qui munera quibus dicantur omnia poſito ſtudio abſoluere laborant, & eſſe quod dicuntur, & præſtare quæ nomina permittunt, vt fecere Heroes iſti Apoſtolico muneri dicati & ſal terræ & lux mundi dicti, præſtant id optimi paſtores in greges, iudices æqui in iudicia, moderatores probi in rẽpublicã, boni parentes in filios & laudabiles qui nunc ſal ſunt terræ & lux mundi ſal hic pluribus ita cõmunicatus fuit ut & ipſi ſal ſint & dicantur, ita cõmunicata lux, vt & lux illi appellentur, ſuntq; multi inter hos primas tenentes ex quorum feliciſſimo numero & ordine noſter fuit beatiſſimus Thomas, mira, cũ poſſint de ſanctis omnibus prædicari, qui vitæ cãdore & admirabili laborum perpeſſione magis gloriã Dei enarrarunt quam cęli, magis opera manuũ eius quã firmamentum & in quibus miſericordias ſuas Deus mirificauit, & de quibus magna illa Pauli encomia. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt ignes, effugauerũt

*Apoſtolorũ inuictus animus.*

*Sal terra doctores.*

*D. Tho. encomiũ*

*Pſal.* 18.

*Hebr.* 12

aciem

aciem gladij, fortes facti ſunt in bello, de Thoma noſtro non ſunt illis inferiora quæ dici poſſunt, vtinam talem ille hodie haberet oratorem qualem illius uirę ſanctitas. variarum literarum inaudita cognitio miraculorum admirabilis ſplendor poſtulabant, ſed feret opem ipſe, & materia, quæ præ illius præſtantia, vt ſolet aurum rudi artificis manu impolite laboratum, ſuo habebitur in pretio & ſi rudi tractetur illa ſtylo, & rudiori diſcutiatur ingenio, nam & indolatæ gemmæ ſua non carent extimatione, fateor in cryſtallino vaſe nitidiorem videri aquam quam in teſtaceo, & inſertum auro adamantem ſplendidiorē videri, & quæ natura ſua Pulchra ſunt pulchriora pretioſis ornamentis fieri, ſed affectus in virū hunc ſanctiſſimum, orbis totius illuſtratorem, harum omnium rerum ſupplebit vt ſpero defectus. Hic imprimis ſibi dictum putauit quod dictum fuerat à Paulo chariſſimo ſibi diſcipulo Thimoteo attēde tibi & doctrinę hoc enim faciens & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt; in prioribus illis idem adhibuit ſtudiū quod in poſterioribus, ac ita in utriſque euaſit ſummus, in eo quod attendit ſibi ſanctus, in eo quod attendit doctrinæ ſapiens. De illius ſanctitate illa habes quæ ſæculo ſuo & futuris fuerūt admirationi, īuenit ille theſaurum religionis abſconditū in agro, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habuit & emit illum, inuenit vnā pretioſam margaritam abijt. Nouit quod in deſerto illo pluit manna omnis in ſe ſaporis ſuauitatē habēs, quod in otio illo locus eſt vt vacetur animi negotio quod ſolum eſt neceſſarium, nouit qđ maris huius religio eſt portus, quod militię huius religio eſt præſidium, ac tandem quod ut ſibi & doctrinę attenderet nullus locus magis aptus, nā abſunt ab illo humanorum negotiorum ſtrepitus, & curæ animos diſtrahentes & ita ibi & ſibi & doctrinæ attēdit vt orbi fuerit toti exēplo admirationi, nā fuit ille ut Samuel

*Probant ſimilia doctrinā*

*Expende*

*2. Ti. 4.*

*Mat. 13*

*Theſaurus religionis.*

*Exod. 9. & Pſal. 77.*

*Religioſi ſtatus bene meritæ laudes.*

1.*Reg*.1. Samuel alter a primis vnguiculis non diſcedens a tē-
*& 3.* plo, ſed illius obſequijs dicatus, fuit Ioſeph alter ca-
ſtitate, Daniel alter deſiderijs optimis, & Ezechieli
ſimilis in myſteriorum illi manifeſtatione, cælitus fa
cto. Nouit Sanctitatem ſine doctrina utilem eſſe Ec-
*Dani*. 9. cleſiæ & gratam Deo literas ſine ſanctitate parū ſo-
lere eſſe vtiles, omne autem tuliſſe punctum qui mi-
ſcuit ſanctitatem doctrinæ doctrinam ſanctitati, ac
*Ezech*.1 ita illas in ſe ipſe conunxit, & tali tamque excelſo
modo vt neutra alteri cedat. Euenere omnino illi quę
prædicta fuerant ab Ezechiele & miro modo com-
pleta fuere in illo.

*Sāctitas doctrina.* Comede volumen iſtud & vadens loquere ad filios
Iſrael, & aperui os meum & cibauit me volumine il-
lo, & dixit ad me filij hominis venter tuus comedet,
*Ezech*.2 & viſcera tua complebuntur volumine iſto quod ego
tibi do, & comedi illud, & factum eſt in ore meo ſi-
cut mel dulce, & ecce manus miſſa ad me, in qua e-
rat inuolutus liber & expandit illum coram me qui
erat ſcriptus intus & foris & ſcriptæ erant in eo la-
mentationes & carmen &c. ac ita factum eſt vnum
ex animantibus plenis oculis & totum corpus oculis
plenum, quibus tot tamque mirabilia vidit, ut dici
*Ezech*.1 quodammodo poſſit de illo quod de fœmina lauda-
bili a ſapientia dictum, multi filij congregauerunt di
*Vide Grego hiſt*.3 *in Ezec.* uitias tu ſupergreſſus es vniuerſos, vidit aquilinis il-
lis oculis quibus totus erat plenus naturæ myſteria
omnia, ac ita de illis diſſeruit, vt poſſit de illo nō in-
congrue dici quod de Salomone, & diſputauit ſuper
lignis à cedro quæ eſt in Libano vſque ad hiſſopum
*Prou*.31 quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, &
volucribus, de reptilibus & piſcibus, mādauit quæ vi-
*Sapiētia Thema.* dit literis ita lucide & perſpicue, vt merito illa non
intellexiſſe tantum ſed vidiſſe dicas, vidit quę ad mo-
rum reformationem attinebant ſiue priuatæ domus,
ſiue reipublicæ, & mādauit quæ vidit literis ita egre-

gie,

gie, vt geſsiſſe illum huiuſmodi munera magna cum admiratione dicas, ita de illis ſcribit appoſite & vti- *3.Reg.4.*
liter, ſed cum rebus iſtis humanis cum tanta præſtan
tia & celſitudine ingenij indignis relictis, & ut infi-
mis dimiſſis, ad rerum diuinarum cõtemplationem,
lectionem & ſcriptionem ſeſe diuina ope Tranſtulit, *Ezech.1*
iam non hunc columbam in volando dicas ſed aqui-
lam, & de qua quodãmodo dici poſſit quod de Ioan *Pſa.118*
ne & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor, reue-
laſſe illi credas dominũ mirabilia de lege ſua, dediſ- *Cant. 2.*
ſe intellectum vt ſciret teſtimonia illius, introduxiſſe
illum in cellam vinariã, eſſeq; beatum illum de quo
Dauid, beatus quem tu erudieris Domine, & de lege *Pſal 93.*
tua docueris eum, & virum beatiſſimũ ex illis quos
idem propheta inter beatos connumerat, beati qui
ſcrutantur teſtimonia eius & in toto corde exquirũt
eum, ſcrutatus enim ille eſt diuina teſtimonia vt in il- *Pſa.118*
lis meditatus, die ac nocte, & præ ſalute & ſpecie di- *Pſal.1.*
lexit diuinã hanc ſapientiam ſuper ſalutem & ſpeciẽ
dilexi illam & propoſui pro luce habere illam quo-
niam inextinguibile eſt lumen illius, venerunt autem *Sap.7.*
mihi omnia bona cum illa & innumerabilis honeſtas
per manus illius, congruuntq; illi magna illa quæ de *Eccl.39.*
fœlicitate illius qui ſapientiam adeptus eſt, dicuntur,
beatus homo qui inuenit ſapientiã, & qui affluit pru-
dentia, melior eſt acquiſitio eius negotiatione argen
ti, primi & puriſſimi fructus eius, pretioſior eſt oĩbus
opibus, & omnia quæ deſiderantur huic non ualent
comparari, obſeruabat ſemper illud dum diuina cum
modeſtia, diuina ſcrutabatur teſtimonia, ut ſugeret
mel quod in fauo illo latebat, & expreſſum ĩ Eccleſię
vtilitatem eliceret, cor ſuum tradidit ad uigilandum
diluculo ad dominũ qui fecit illum & in conſpectu
altiſſimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus vo-
luerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum, iſtaque il-
le præſtans voluit Dominus magnus, ſeruum ſibi

ſubdi-

*Thomã omnia ſonant. Thomas ſal efficacißimus.* ſubditiſſimum & deditiſſimum Thomam ſpiritũ intelligentiæ eo quo ſonant verba modo replere, quo ipſe poſtea totum repleuit orbem, qui quod maxime ſonat Thomas eſt,

In extinguibile eſt lumen illius. Hoc ſale innumeræ condiuntur nationes quo cũſperſæ non putreſiũt, non corrumpuntur, non gignunt hæreſes, vermes, nõ obolent, hac luce maxima mundi pars illuminatur, & illa ſuffuſi uitant anfractus, præcipitia & errores hæreticorum.

Vnde æquiſſime & ſapientiſſime, vt omnia Eccleſia (quæ tanti filij gloria exultat iſta in illius ſolemni *Eccl. 39.* tate canit, collaudabunt multi ſapientiam eius, & uſque in ſæculum non delebitur, non recedet memoria eius & nomen eius requiretur a generatione in generationẽ, ſapientiam eius enarrabunt gentes & laudẽ eius enunciabit Eccleſia & qui tantopete, in priore illa diuini carminis profecit parte, mire excelluit in ſecunda, imo ſecunda iſta, ratio omnino fuit propter quam tantopere exelluit in illa & toto corde exquirunt eum. Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. Qui illum non quærentes teſtimonia illius ſcrutantur abſcondit illa ab illis quorſum enim non ſuis, præ malitia, aut animi elatione teſtimonia manifeſtauit Deus ſua? In quos dici illa poterunt, Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. iſti & ſi uideantur attendere doctrinæ, minime quo debent attendunt modo, vnde damnabuntur, vt inſipientes illi, ſaluabuntur, qui Thomæ ſanctiſſimi noſtri diſcipuli & imitatores ſibi & doctrina attendunt quod ut omnibus contingat, faxit Deus.

## *SALVTATIO.*

*QVI perforari ſacras hodie permittit hominum amore manus, vt in benefaciendo ſit largior, non erit in largienda gratia minus munificus. Precemur uirginem impetret nobis illam.*

# QVIS, QVID A QVIBVS, ad quid, & propter quos patiatur, &c.

## THEMA.

Inclinato capite miſit ſpiritum.

TANTO enim grauiora flagella ſunt', & magis horrenda illa, & quæ magis dura emolliunt uiſcera, quanto præſtātior qui patitur, innocentior, magis benefactor, nobis magis coniunctus. Quod ſi pro nobis pateretur illa, propter noſtra delicta, & ut a ſupplicijs pro illis debitis liberaremur non eſt qui indicibili nō crucietur dolore, & qui ut liberaretur talia patiens, in media ſponte non proſiliret tormenta. *Expēde.*

Verbum patris, æterna illius ſapientia per quem fa- *Maie-*
cta ſunt omnia, & cui ſeruiunt illa, is qui cœlos illis *ſtas pa-*
extēdit luminaria magna fecit, cuius oris ſpiritu om *tientis.*
nes uirtus & ornatus illorum factus eſt, qui terram *Ioan. 1.*
ſuper ſtabilitatem ſuam fundauit, qui dominatur po *Pſal. 77.*

teſtati

ceſtati maris,qui producit uentos de Theſauris ſuis, qui dixit deniq; & facta ſunt mandauit & creata ſunt is ut hominem repararet perditum, quẽ de rigore iuſtitiæ reparari alio modo non poſſe nouerat, niſi quẽ admodum ille in infinitum Deum deliquerat ꝓpter quod æternæ pœnæ res fuerat conſtitutus, infinitus etiam eſſet qui patiendo ſatisfaceret, cum pati illa Deus non poſſet, homo fieri decreuit, ut pateretur. Is igitur.ita ſapiens,ita potens,ita iuſtus is eſt qui patitur,turbatur animus,iſta cogitans, hæret palato lingua,totus dolore & horrore homo concutitur, miratur diuino imperio frenata Maria terram ſubditam, trementes uentos,feras manſuefactas, cœleſtes acies detentas,omnia enim iſta in tanti patratores ſceleris irruerent,ni diuinis catenis compręhenſę detinerentur. Certiſſima ſunt iſta, non uides alligatum canẽ, ſe ipſum dilaniare velle,aera implere eiulatu,cum dominum ſuum, cuius beneficio ſuſtentatur gladio uidet feriri aut ligno? Non uidiſti propter ridicula puerorum conuitia egredientes de ſaltu leones, in pueros Heliſeum dehoneſtantes, non uidiſti uoracem ignẽ de cœlis deſcendentem, in quinquagenarios milites Heliam homo Dei compellantes, non uidiſti apertã terram & deglucientem Dathan & operientem congregationem Abiron,non uidiſti arefactam regis Hieroboan manum quantum tantum extendit in Annani,nõ uidiſti ob percuſſum & in carcerem detruſſum Micheam, occiſum in bello Achab, Et canes illius ſanguinem lambentes, non uidiſti impiam Iezabellem, miſerandi huius Regis uxorem,prophetarũ diram perſequutricem e feneſtra detrubatam,dilaniatã à canibus, quod ſi iſta & iſtis ſimilia multa, feciſſes res uides iſtas in animes, & animæ participes in ſeruorum uindictam,quid illa in domini & autoris uindictam feciſſent,ni ipſe ut ſuas patiens, ac libens omnipotentes cohibebat uires cohiberet & illas? Patitur

*Horret iſta animus.* *Expẽde.* *4.Reg.2.* *Pſ.105. & 121. & num. 16.*

tur igitur Deus homo, puritate purior, iuſtitia æ- *Patitur.*
quior, ſanctitate ſanctior, mirabilium operator, *Deus*
diuinorum munerum largitor, diuinæ, magiſter do *homo.*
ctrinæ. in infinitum ſyncerior Abele, inculpatior *Gen.4.*
Daniele, Iſaach obedientior, in infinitum magis *Dan.6.*
de homine benemeritus, quam de Saule Dauid,
quam idem pater de filio Abſalone, etſi imma- *1.Re.17*
nis huius ingratitudinis fuerint quodammodo il-
la typus, ad cuius enarrationem non eſt qui tem-
peret à lachrymis, enarra quæ ille in Saulem be- *2.Re.19*
neficia, cummulauerit, quæ in Abſalonem, &
vtriuſque exitum miſerandum. Sed ſi placet etſi
inuerſo fortaſſe ordine, procedere videamur, ne
præ mœroris acerbitate deſit ſpiritus, cum igno-
minias verbera, & crucem recenſuerimus, pro qui-
bus Paſſurus ſit illa intelligamus, Nam cum quis
proprijs patitur delictis, ſi homo ſit ille Magnus
condolemus, compatimur, collacrymamur quid
ſi pro noſtris pateretur?

Patitur igitur Chriſtus maximus & innocentiſſi-
mus pro noſtris ô homines delictis, nos illa commi-
ſimus, ille cum nihil mali fecerit, bona fecit innu-
mera. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, *Eſai. 53*
attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis
noſtræ ſuper eum, nos igitur peccaueramus, nos era-
mus puniendi, ne puniatur culpa noſtra, patitur in-
nocentia illius, nos eramus filij iræ vt nos reconciliet
patri. Nos æternæ debitores pœnæ, ille affixit chi- *2.Cor.5.*
rographum cruci quod contra nos erat, delens quod *Col. 2.*
aduerſum nos erat chirographum decreti quod erat
contrarium vobis, & ipſum tulit de medio affigens
illud cruci, nos peccatores, pro nobis qui pecca-
tum non fecit, cum qui non nouerat peccatum pro *2 Cor.5*
nobis peccatum fecit ut nos efficeremur iuſtitia Dei
in ipſo nos maledicti; Chriſtus nos redemit de ma-
ledicto legis factus pro nobis maledictum, quia ſcri-

ptum eſt maledictus omnis qui pependit in ligno, vt
*Gal. 3.* in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ie-
*Deu. 21.* ſu. Nos captiui, ille noſtra per crucis ignominiam
*Eph. 5.* factus eſt redemptio, nos immundi, & diuino ob id
indigniſſimi conſpectu.

*Eph. 4. et Col. 1.* Nos mille modis alienati à gratia Dei. Pro nobis igitur tot patitur mala, non tantum vt liberet à malis, ſummum id erat beneficium cũ quis inculpatus pro culpato patitur ne patiatur ille, ſed vt indicibilibus bonis fortunet, ditet, honoret exaltet, glorificet. Quid nos miſeri hoĩes, & tanti vix digni nomine ꝑ
*Ingratitudo hominum.* iſtis rependimus, qui etſi illius amore ſimilia pateremur, neque.n.ſi fieri poſſet eadẽ eſſent, ſimilia eſſent, nã aut nos digni eſſemus illis, aut non eſſemus innocentes ut ille, aut ſaltem perſonæ dignitate & præſtã
*2. Cor. 5.* tia diſſimillimi. Sed quid requirat pro tantis Paulus audi: Mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt nõ iam ſibi viuant ſed ei, qui pro illis mortuus eſt. Empti.n.eſtis pretio magno, & iã non eſtis veſtri, glorificate & portate Deum in corpore veſtro, quod à te exigit ſi ſapis homo Dei, in te nouum beneficiũ eſt præter magna illa exhibita ſũt quidam ita nefarij vt pro tantis beneficijs, ſpinis ſpinas addant, verberibus verbera in
*Hebr. 6.* quos illa ſunt Pauli. Qui Chriſtũ cõculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt quanto magis putatis deteriora mereri ſuppli-
*Expende paſſionis fructus.* cia, noſtis ò hoĩes quæ ſit dignitas patiẽtis, & qui ſint pro quibus patitur, & ad quid patiatur illa, paſſium.n. fuiſſe diximus ut reconciliet, vt damnet peccatum, vt nos à maledicto liberet, vt redimat, ut mundet, ut reconciliet, vt æterni regni nos hæredes efficiat, à quibus patiatur expende, auget enim vim doloris, vendi-
*Augent iſta dolorem.* tionis Ioſeph quod à fratribus, perſequutionis Dauid quod à Saule in quẽ tam fuerat ille benignus, quod ab Abſalone filio quẽ tot ille decorauerat beneficijs.
*2. Re. 19* Patitur Ieſus & uenditur à fratre, & ipſius diuini

colle-

collegij collega, à Saule, populo ſcilicet Hebræorum 2.*Re.15*
in cuius beneficium, diuinæ illæ doctrinæ toties pulſant lyram. Ab Abſalone filio ſibi chariſſimo, & quē pulcherrima olim ſacrificiorum, & cæremoniarum Cæſarie decorauerat, & vt crudeliora & doloris, & ignominiæ magis plena patiatur, traditur gentibus ad illudendum, traditur diris ſiccarijs, & execrandis hominibus, qui crudelitatem pro pietate colunt, co- *Expendo*
rona ſpinea adorandum caput, cum crudelitate irridentes, & ſubſanantes ornant. O Ieſu perfidi illi, nos autem qui nouimus beneficio tuo quis ſis, nos ipſos noſtraque omnia tibi ſummittimus, & hanc tuā coronam ſpineam, quia capiti tuo impoſita maioris habemus omni aureo diademate gemmis pretioſiſſimis referto, arundineoq; iſtis ſceptro ſceptra ſe Chriſtia- *Gen. 4.*
na omnia ſummittunt. Fortaſſe his ſatiata eſt cruenta inuidia, dirum odium depoſuit? Non hæc ſunt viſcera Caim, non ſatiabitur donec Abeli vitam adimat, impietas iudicis quodammodo reſpectum immanis Iudaici populi impietatis pia, cupiens tot modis afflictum Ieſum abſoluere ait, quem vultis vobis dimit- *Text.*
tam, quæ hæc nefanda comparatio, quid lux cum tenebris, quid culpa cum innocentia, cum pietate impietas, cum patratore bonorum omnium latro? Iniquiſſimum iſtud iniquiora audies homo Barrabam reſpōdent, ò humana iudicia cæca, inuerſa, corrupta execranda. De Ieſu qui dicitur Chriſtus, crucifigat.
Ducitur diuinus Iſaach, faſce humeris impoſito, ſiſti- *Gen. 22.*
tur in caluariæ loco, nudatur, qui amictus eſt lumine *Pſa. 103*
ſicut ueſtimento, qui lilia ueſtit Salomone præſtātius, *Matt. 6.*
nudatur ut nos exuētes veterem hominem illum induamus, extenditur qui extendit cœlos qui extendit manum ſuam in retribuendo, qui ita habet extenſa *Pſa. 131*
brachia, vt in manu illius ſint omnes fines terræ, ita *Pſal. 46.*
potentia vt brachia conterat ferrea, vt nullus brachio illius ualeat reſiſtere, qui facit potentiam in brachio

ſuo, perforantur manus quæ fecerunt nos, & plaſmauerunt nos, de quibus Dauid & opera manuum eius
Pſal. 18. annuntiat firmamentum, manus mirabilium rerum operatrices, largitrices immenſorum bonorum, pedes baſes qui erant argentei celſiſſimi corporis, extollit, à terra, ut nos extollat ad cęlum, hi ſunt ueri paradiſi fontes, hic uerus Iordanis lepram ſanans, hic verus a-
Chriſti vulnera. gni ſanguis, vnctos à vindice Angelo liberans, hoc mundi verum lauacrum, huius colore inſigniendæ ſunt, omnes huius ſupremi paſtoris oues, his perforatis manibus noſtræ ſoluitur redemptionis copioſiſſimum pretium, huius fidei viuæ aſpectu ſanantur omnes à peccati viperis percuſſi. Vide ò pater æterne
Nume. 21. ſit ne hæc tunica filij tui, veri quidē agni, veri Ioſeph ſanguine eſt illa conſperſa, mater clementiſſima, re-
Gen. 37. ſpice ſpecioſam formam præ filijs hoīum, reſpice labia in quibus diffuſa erat gratia, reſpice pendentem, & fac ut nos pēdeamus ſemper ex illo, & theſauri tot
Gal. 6. doloribus & cruciatibus parti, ne fiat in nobis iactura Maria precare fac ut iam abſit nobis gloriari niſi in cruce Domini noſtri filij tui vt eius vulnera, noſtrorum ſint medicamina vulnerum, illius mors nobis uita
Pſal. 83. ſit ſempiterna. Reſpice ò Pater in faciem Chriſti tui, ut auertas faciem tuam à peccatis noſtris, noſque reconciliatos, redemptos, mundatos tecum recipe.

## *SALVTATIO.*

NVLLVM *ad largienda beneficia tempus aptius & ad petenda illa eſt, læto & iubilo tempore. eſt hoc lætiſſimum, petamus & dabuntur illa nobis.*

## DE GAVDIO RESVRrectionis.

## THEMA.

**Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia:**

NVnquam tam læta eſt ſerenitas diei, nũquam illa ita grata & iucunda, vt eſt illa quæ ſequuta eſt poſt denſa nubila, horrenda tonitrua, metuenda fulgura, caliginoſam, & plenam horroris noctem, nunquam ita placida eſt amæna maris quies, pax, & tranquillitas vt poſtquam ſequitur illa poſt horrendam tempeſtatẽ, tumentium fluctuũ, perſonantiũ vẽtorum qualis deſcripta illa eſt à Dauide, omni nauta ꝓprius illã deſcribenti, dixit & ſtetit ſpũs procellarũ. *Probant lætandi rationẽ ſimilia.* *Pſa. 106*

Nunquam honoris ſplendor magis lętus, iucundus & lætificans, quam cum poſt deprehenſionem, ignominiam & ſqualloreẽ ſequitur ille, quem nõ afficeret lætitia ut geſtire feciſſet præ gaudio eductio Danielis de lacu leonum, in quem inculpatiſſime inuidia Satraparum fuerat coniectus, & illius in tantam gloriã exaltatio? Quem non immenſo affeciſſet iubilo, cui nota fuiſſet puritas, innocentia & ſanctitas Ioſeph, libertas è carcere, & quæ calamitatem illam ſequitur gloria, tonſio capitis, nudatio veſtium, annuli poſtea regis traditio, cõſtitutio illius ſuper omnem domum poſſeſſiones, ſenes & principes, & appellantes illum nationes, lingua ſua ſaluatorem. *Dan. 14.* *Gen. 41.*

Quis non geſtiret præ lætitia videns virum pijſſimum Mardocheum, quẽ preſſum viderant impia & inſolenti Aman Tyrannide, rupto ſacco, fugato mærore lachrymis in lętitiã verſis, pretioſiſſimis indutũ, equo inſidentem Regio, contrario vt præcone magna de illo & de Regia beneuolẽtia intonãte, ſed hæ occaſiones lætitiæ & ſi iuſtiſſimæ ſint, huius noſtræ *Heſt. 6.*

lętitiæ ſunt umbra, vidimus ſuperiorem diem męſtiſſimum ita vt præ dolore obſcuratus fuerit ſol, monumenta aperta, petræ ſciſſæ, noctem ob ductā caligine, in qua tanta pro nobis noſter eſt paſſus Ieſus. Sequuta eſt huius diei ſerenitas, quæ omnes dies videtur ſplendore ſuperare, in qua Christus exurgens à mortuis, iam non morit, mors illi ultra non dominabitur, uidimus acerrimam in illum excitatā à Phariſæorum, & Pontificum inuidia tempeſtatem, quā ſedare non præcepit prę amore in hoīes ille, ſequuta eſt tranquillitas huius diei cuncta exhilarantis, in quo placida ſunt cūcta, ſedati fluctus, ita ut proſperis iam nauigare videamur ventis. Vidimus Danielem noſtrū (immo dominum Danielis) cuius afflatus ſpiritu loquebatur, cuius animatus ope minas contēnebat Regias, cuius Imperio flammæ illum refrigerarunt, & ſubdita illi eſt ferocitas leonum, traditum leonibus quorum ferocitatem temperare noluit ille, ac ita in illum ad mortem uſque ſæuierunt, ſed uicta morte reſurgentem non torque aureo, &c.

Rom. 6.

Donatur à patre, ſed nomine illi dato, quod eſt ſuper omne nomen & cui omne genuflectatur cęleſtiū, terreſtrium, & infernorum. vidimus Ioſeph noſtrum immo Ioſeph dominum cuius ille voluntate ſomniauit, cuius beneficio à fratrum ſanguinolenta ſiti liberatus fuit, cuius permiſſione venditus, in carcerē innocens detruſus, cuius clementia liberatus, uidimus inquam illum venditum, cōprehenſum, in noctis carcerem detruſum, ſuſcitantem illum Patrē, ſplendore amictum, tonſa mortalitatis cæſarie, cęli & terræ dominum declaratum, cunctis mundi fratribus pręfectum, proprio nomine ſaluatorē appellatū. Quis non exultet, & præ lętitia geſtiat & tripudiet, & dicat, Cor meū & caro mea exultauerunt in Deū viuū, circumdediſti me lætitia ut cantet tibi gloria mea? quis iā de peccati morte exurgere non optabit cum illo, & extincta

Phil. 2. Rom. 14. Pſal. 83. Pſal. 24. Rom. 4.

extincta in æternum peccata cupiat,quæ & dominũ addixere cruci,& ꝓ quorũ extinctione mortuus eſt, & iuſtificationẽ tãti partã plus uita obſeruare curet, mortuus.n q̃ fuit ꝓpter delicta nr̃a,ſurrexit ꝓpter iuſtificationẽ nr̃ã, īduamus igit hac die p̃tioſiſſimis,ut sũt illa,Induite viſcera miſericordiæ,induimini dñm Ieſũ Chriſtũ,& carnis curã ne feceritis,ĩ deſiderijs incedamus nitidis,ut filij lucis,ambulate fructus n.lucis eſt in oĩ bonitate & iuſtitia,& ueritate ꝓbãtes q̃d ſit placitũ Deo,ſuauiſſimũ odorem ſpirãtes,ita ut odor Chriſti ſimus in oĩ loco,q̃ odor fragãtior eſt,oĩ (vt ſic dicam)ambare paſcamus delicatis & ſuauibus,ut sũt pura doctrina Chriſti corpore miſericordia in pauperes ita ut ſimus, ſicut odor agri pleni,deriuet & hæc magnitudo lætitiæ & gaudii ſuper abũdãtia ẽt in corpus,ſolent.n. non famuli tantum Domini manifeſtare lætitiã,ſed & parietũ mundities,& ornatus,induatur illud pretioſis & mundis,ornetur cũ ſobrietate,niteat munditie,epuletur,puris illud gaudijs uacet,impleãtur in illo Dauidis illa, in tanta lætitiæ occaſione,& mundi totius glorioſo triũpho,cor meũ & caro meo exultauerunt in Deũ uiuũ,iuſti epulentur,& exultẽt in cõſpectu Dei,delectẽtur in lætitia,ſecedat ab hominũ mẽtibus fœda oĩs cogitatio,ſermo vanus, opus turpe, nolint ꝙ in ſe eſt tantã priorũ obnubilare lætitiã, ſi.n. dignus lapidibus uideretur qui in hac publica cœli & terræ letitia,fletu ſeſe indueret, maceraret,fleret,ferro & catenis ornaret q̃bus erit dignus qui hoc modo animum indueret,peccati mærore,ferreis illũ ornauerit catenis & exurgere fecerit illa pro quorũ ut diximus extinctione mortuus eſt Chriſtus.

*Chriſtiana letitia.*
*Col. 3.*
*Ephe. 4.*
*Cõuiuia læta.*
*Gene. 27*
*Leticia corporis probatur ſimilibus.*
*Probantur dicta ſimilia.*

Quando igitur nullus ita erit animi ſui hoſtis, ita inſidiator,ita in ſe Naaſamuanites , ita Pharao , ita Annon in nuntios Dauid iniurius,ſed oẽs vel uitæ ſi oportuerit diſpendio,ſuprema dona tãti parta ſeruabimus,nõ noſtra lætitia cõtenti, qñ omnibus illa cõ-

*Hoſtes qui ſunt in ſemetipſos.*

munis eſt, oẽs ad illam inuitemus, non.n. priuata eſt
*Exod.* 1. iſta lætitia, ut fuit ortus Iſaach, nõ cognatorũ & ui-
cinorũ vt fuit ortus Ioannis, nõ unius familiæ ut fuit
*Gen.* 45. uiuentis & moderãtis, in Ægypto Ioſeph, nuntiũ, de
*Iudit.* 13 cuius gaudio pater ſe reuixiſſe dixit, non vnius ciui-
tatis, ut fuit Betuliæ qñ liberata eſt illa induſtria Iu-
dith, ab obſidione, & mille bonis aucta, non unius na
tionis, ut fuit illa populi ex Ægypto exeuntis, aut ex
Babylone, de qua ſunt illa tũc repletũ eſt os noſtrum
gaudio & lingua exultatione, ſed cęleſtium illa eſt &
terreſtriũ . uident cælites dominũm ſuũ triũphantẽ,
*Pſ.* 125. uident terreſtres Patrẽ, fratrem, Dominũ, ducẽ, magi
ſtrũ aſſertorẽ, ac deniq; caput in omnibus ſuum. Lau
*Cõmnnis* date igitur Dominũ de cęlis, laudate eũ in excelſis,
*omnium* Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum om-
*lætitia.* nes uirtutes eius, Laudate eum Sol & Luna, laudate
eum omnes Stellæ & lumen.

Laudate Dominũ de terra dracones, & oẽs abyſſi
ignis grando &c. Montes & oẽs colles, ligna fructife
ra & oẽs cedri, beſtiæ & uniuerſa peccora ſerpẽtes &
*Pſ.* 105. uolucres pennatæ & horum oĩum lætitiam noſtra ſu
peret, quia nobis potiſſimũ reſurrexit, qui pro nobis
mortuus fuerat & maiora ut æquum eſt lętitiæ ſigna
& à maioribus edantur, præeuntes nos in oĩbus, ſicut
dignitate munere, & muneribus, præeũt, Reges terrę
& oẽs populi, principes & oẽs iudices terræ, iuuenes
& uirgines, ſenes cum iunioribus laudẽt nomẽ domi
ni, quia exaltatum eſt nomen eius, confeſſio eius ſu-
per cęlum & terrã exaltauit.n. cornu populi ſui, nũc
per gratiã, exaltaturus pro clementia ſua in gloriam.

## *SALVTATIO.*

*MVlta in ſcripturis, & grauiſſima illa la-
tere docuerunt nos diſcipuli ita loquuti,
dum aperiret nobis ſcripturas, eodem enim il-*

*larum*

*larũ operatore & manifeſtatore ſumme egemus nos, precemur virginem hanc nobis ab illo gratiam obtineat, Aue Maria.*

THEMA.

O ſtulti, & tardi corde ad credendum.

EST tanta reſurrectionis autoritas, vt oportuerit illam multis uarijſq; modis & apparitionibus confirmari, nõ tam ut illius reſurrectio crederetur, quã ut & illa & noſtra crederetur, de *Ioan 11* ipſius aũt reſurrectione poſt reſurrectionem factam in Lazaro, quæ occaſio dubitãdi relicta eſt quid.n. mirũ quod in propriũ Chriſtus exerceret corpus quod exercuit in alienũ? & qui quatriduanum reſuſcitauit Lazarũ ſeipſum die tertia reſuſcitet? An anguſtioris potẽtiæ in ſe ipsũ ille eſt q̃ in alios, illius uirtute Heliſei Prophetæ mortuũ corpus in illius ſepulchrũ caſu iactatu defunctũ ſolo illius attactu reſuſcitauit, quid igit̃ mirũ q̃d ſeipsũ reſuſcitet uirtutis & potẽtię autor & cõmunicator, fuitq; ęquiſſimũ, & diuina illius potẽtia & ſapiẽtia digniſſimũ ita fieri, nã ſi multorũ corpora ſanctorũ, q̃ uitę incorruptionẽ meditata illa ſunt dũ uiuerẽt, & Chriſti bonus odor vbiq; fuere, *4. Re. 13* ſeruat ille in ſepulchris, fere incorrupta & odorẽ ſuauiſſimũ ſpirãtia, cur corpus illius tãto illis excellentius & quod dũ uixit in terris cęleſtẽ vitã egit, cuius uita ſalus fuit mũdi, in hoc illis nõ præferret, ut poſt tertiã diem reſurgeret, alioqui ab impijs impotentiæ argueretur, & nobis nõ tanta eſſet reſurrectionis ſpes, corruptioni nequaquã poſſet ſubeſſe illud quia diuinitati cõiunctũ, ſed fingamus noluiſſe illud incorru *Expẽda* ptum in ſepulchro manere videretur quodammodo iniuria fieri animæ ut ab illius illa ſeparata eſſet

conſor-

conſortio,& ſi diuinitati unita cuius ope, miniſterio tanta tam ſublimia & glorioſa,fuerant operata, neque equa deriuata eſſet utilitas humano generi,perſequerentur imprimis defunctū corpus Iudæi, & mille illud latere modis curarent,neq; incorruptio illius & diuinus quem ſpiraret illud odor neq; mortuorum ſiqui illud tangerent reſuſcitatio,& miraculoſa multorum ſanatio, ad conuertendos illos ſuffeciſſent, quando uiuum illud eadem,& maiora operans,& celſiſſima docens,ſuis per cōtationibus ſatisfacient, cogitatus ſuos manifeſtans, non ſunt illi emolliti neq; conuerſi fuit igitur digna Deo potentia & ſapientia illius reſuſcitatio & in noſtram illa maiorem gloriā, & corporum noſtrorū reſurrectionis certiſſimā ſpē, ſed cur omnibus ſe non manifeſtauit? plane quia quęcunque ſunt a Deo ſunt ordinata,& ita teſtibus grauibus,ſinceris,fide dignis,& numeroſo numero præordinatis tamen adeo ſeſe manifeſtauit,quæ.n.grauitas,ueritas,autoritas,eſſe pōt maior aut certior, quā teſtiū, nō quos ordinat mundus aut humana ſolicitudo ſed ordinatorū a Deo quibus ſe manifeſtauit, doctrinæ ſuæ pretioſas Margaritas dū ui tā ageret cū diſcipulis,ante porcos proijci uetauit, q̄a illas eſſent conculcaturi, pretium illarum præ malitia neſcientes, quorſum igitur pretioſiores omnibus margaritis ſuæ reſurrectionis manifeſtationē ueluti ante porcos proieciſſet ille,illis ſe manifeſtando,q̄ malitia ſua ex illius reſurrectione mortē erant amplius capturi dicētes Phantaſmata eſſe, aut non eſſe illum aut non uidiſſe,illis igitur apparet qui ſpectabant illam qui illa erant confirmandi & inſtruendi,q̄ illā orbi erant prædicaturi & ubiq; illius potētiā,ueritatē & uirtutē manifeſtaturi & cōſilii ꝓfunditatē qua mori & ſe cruci affigi permiſit, illius enim conſpectus lętiſſimus,non tantum exhilarauit ſuos & mœroris nubila diſcuſſit, ſed cōfirmauit,animos addidit, inuictos reddidit,& ſtatuit

*Cōueniētiſſima Christi reſurrectio.*

*Cur omnibus Chriſtus reſurgēs non apparuit.*

*Act. 10.*

*Matt. 7.*

*Diſcipuli cur apparuit reſurgens.*

ſtatuit ſupra Petrã pedes illorũ & immiſſi in ora illorum canticũ nouum, carmen Deo ſuo. Noſtram autẽ reſurrectionẽ & ſi innumera ſunt quæ reddant illam credibilẽ, vt occaſus iſte Solis quotidianus & ortus, picturata veris facies quæ ſingulis annis veluti a morte reſurgit. Magnarum arborũ ut docet magnus Gregor. minima ſemina quæ omnino ex his quæ profert arbos nihil omnino in ſe habere vĩ corticis fructũ, & magnitudinis, ita magnæ ut cupreſſi. Lege Greg. & audi Damaſcenũ, ſi reſurrectio nõ eſt, neq; Deus eſt, neq; prouidentia eſt, tunc caſu oĩa feruntur & aguntur, videmus enim plurimos iuſtos eſurientes, & iniuriam patiẽtes, peccatores, aũt, & iniuſtos in diuitijs & in omni voluptate abundantes, ſed quis vnquã hoc iuſti iudicij vel ſapientis prouidentiæ opus bene ſentiens ſuſpicabitur? erit ergo reſurrectio, iuſtus enim Deus eſt ijs qui confidunt in eum mercedis retributor, docet & terra argentũ & aurum habens, quæ omnino humanis aſpectibus terra eſt, neque ulla tãta eſt ocnlorũ acies ut in illa aut plumbũ, aut argentũ, aut aurũ, diſcernat, immiſſa aũt in fornacẽ ignis efficax virtus ſegregat omnia & latuiſſe oſtendit in illa ſtannum, argẽtum & aurum, quod ſi iſta põt ignis uirtus diuina poterit quidem potentia conuerſa in terrã carnes, oſſa diſtinguere, ſegregare, & in vnum facere coniungi. De reſurrectione uide Chryſoſt. tom. 5. ſerm. 4. de fato, D. Auguſt. ſerm. 64. de uerbo dom. ſant. Io. D. Hieron. epiſt. ad Euſtochium, D Greg hiſt. in Ezech. 10. & 20. d. Ioan. Damaſc. lib. orthod. fidei 4. c. 1. & 28. Origen. ho. ſecũd. in Cant. D. Tho. 3. p. q. 55. art. 4. Iſtis igitur in caſtellum Emaus abeũtibus, & de Chriſto nimio cum dolore colloquentibus apparet Chriſtus, ea qua illi proficiſcebantur forma, ut daretur locus interrogandi illos, arguendi, reſpondendi, & magna, ex diuinis ſcripturis arcana reſerandi, in quibus veritas latebat myſterij quibus omnibus caruiſſemus, ſi ſta-

*D. Greg. lib. m. 6. cap. 6.*

*Damaſ. lib. 4. fidei orth.*

*D. Chry. l. de reſurrect.*

*Cur peregrini forma apparuit Chriſtus.*

ſi ſta-

ſi ſtatim conſpicua illis & nota forma appareret, reſilijt quidem Chriſtus ab inutilibus & noxijs colloquijs, abeſt omnino ab illis in quibus proximi honos obſcuratur, fœdum quid aut turpe tractatur, odijt ille omnes qui operantur iniquitatem, perdit omnes qui loquuntur mendacium, nouit illa è cænoſo, corrupto aut mortifero emanare fonte, ſi enim purus ille eſſet, ſincerus pura eſſent quæ emanaſſent ex illo, ad colloquentes iſta ſerpens accedit, illa illius eſſe ſibila agnoſcit, vocatur, adijcitur, attrahitur hiſce ille colloquijs, vt coturnices, ac perdices demulcentur illis fugit iſta Chriſtus, vt inimica illi & illius puritati, veritati, bonitati, & ſanctitati omnino aduerſa. Abijcitur candidis, puris, ſynceris, & diuino ſale cōditis ſermonibus, ſuas ille uoces agnoſcit, gaudetq; ſe ſociū ſiue in uia, ſiue in domo, talia colloquentibus præbere videntur illi iſti columbæ lactę lotæ quę reſident iuxta fluenta pleniſſima, illorum ora vena uitæ illorū pectora candida, ſalutiferi fontes minæ argenteæ, balſami ſcaturigines, diuini domiciliū ſpiritus, ac ita illos vt iſtos amans rogat, qui ſunt &c. qui docēdi, inſtruēdi, cōſolandi gaudet exercitio, & illud in proximorum utilitatem exercere curat, cauſam quærit occaſionem intendit qua data lætus ſuo fungitur munere, id ſæpiſſimè uiuens agebat Chriſtus id ipſum a mortuis ſuſcitatus facit, ſimul & docens quod eos qui illius cauſa & amore fuerint triſtes, conſolabitur ille illos, & cum abeſſe putabitur maxime, tunc maxime aderit. Rurſum & optimi paſtoris curam repræſentans qui diſperſas quærit ſedulus oues, & illorum neceſſitatibus conſulit, ac ita nunc hos, nunc illos, clementiſſimus magiſter inuiſit, ſimul & manifeſtans, quod uitæ mutatione idem in illos manſit animus amor idem, & commodi illorum eadem ſollicitudo quam nunquam erat depoſitutus infirmos igitur ſolidans erratos corrigens, mæſtos conſolans, ignaros docens

*A quib. colloquiis reſiliat Chriſtus.*

*Pura pectora qui bus ſimilia.*

*Conſolator ſuorū Chriſtus.*

*Expēde.*

*Munera Chriſti in ſuos.*

cens uarijs in locis pro ut neceſſitas exigebat omniũ ſalutem ſitiens Chriſtus apparebat. Erãt diſcipuli triſtes, vultũ uix è ſolo attollentes recenti magiſtri morte, quæ illos tantopere turbarat, impietatem, duritiẽ, atrocitatem ferinam Iudæorũ illi conſiderantes, ſimul & animo uoluentes magiſtri ſpecioſum aſpectu, gratum, amicum, iucundum, uitæ candorem, doctrinę ueritatem & efficaciam, effuſum in illos amorem, & his ſimilia multa quæ nequaquam mirum uidetur mærore illos affeciſſe. Sed quòd videtur mirum, illud omninò eſt mærore non conſumpſiſſe, ni ſpes illos fulciſſet reſurrectionis aliqua, ſi enim quanto præſtantior is eſt qui uitam finit acerba doloris & ignominiæ plena morte quãto nobis utilior, commodior, & beneficentior & in ſe ipſo purior, uerior, & ſanctior, tanto illius memoria mortis magis angit quo angore Chriſti mors cruciatura erat ſuos? Rogat igitur qui nouit cogitationes de longe ſemitam & funiculum inueſtigat qui cogitationes cordis audit, qui illius abſcondita nouit, cui non eſt occultatum os in occulto factum, rogat qui ſint iſti ſermones. Mirati illi quod ſui mæroris cauſam neſciret quam toti mundo cenſebãt eſſe communem, & quod ignoraret quid mæſtis illis diebus tractari poſſet, reſpondent, tu ſolus peregrinus in Hieruſalẽ &c. referunt illi ſui doloris cauſam, & quæ eſſent quæ męſtiſſimis animis colloquerentur, de Ieſu inquam qui fuit propheta potens in opere & ſermone, non explicant illi quidẽ qui ſit, ſed multa pauciſſimis dicunt uerbis, Prophetam illum dicunt, Deo amicum, diuino ſpiritu afflatum, opere & ſermone potentem, cum eſſet ille Prophetarum Dominus cuius illi iuſſa loquerentur, Prophetarum magiſter qui illos quæ eſſent docturi doceret, & pro quo illi legatione fungerẽtur, & à quo qui nõ docentur falſi ſunt, qui non mittuntur mendaces, impoſtores ſomnia ſua loquentes propter fragmẽ panis,

*Animo qua uoluebant diſcipuli*

*Expẽde.*

*Pſal 43.*

*Text.*

*Ezec. 13.*

Quanta

Quanta fuerit Chriſti potentia & autoritas in loquẽdo potens in opere & ſermone habet vnum quodque munus ſuam potentiam,& ſi a Deo ſit potentia omnis,de cuius potentia loquẽs Dauid ait,quis loquetur potentias Dñi,ut notã faceret filijs hoĩum potentiam ſuam?& de principũ potentia illa ſunt,audiuimus famã potentiæ &c.ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ,atque iactantiã potentiæ. Sed potentiæ Prophetæ aut Euangeliũ enunciantis hæc eſt,in opere, & ſermone, neque exilẽ hmõi potentiã quæſo cenſeas, quæ non vnum aut alterum gigantẽ,vt Dauid,ſubegit, nõ vnũ aut alterũ uicit regem,ut Abrahã, & Ioſue,ſed innumeros gigãtes, principes,reges,monarchas,ita ut qđ nulla potuit domitrix nationum Romana potentia, nulla potuit animoſa Alexandri ambitio, iſta potẽtia potuerit,quæ fecit à Solis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen dñi. Ecce quõ pontifices noſtri & ſi impios illos pontifices eſſe ſignificent magni facinoris Patratores,dicũt tñ noſtri id,n.dicunt cũ poſt aliqua lẽ Chriſti declaratam perfectionẽ morti illũ dãnaſſe illos explicant,nullus enim bono prædirus animo, & æquitatis amico Prophetã potentem in opere,& ſermone morti addixiſſet, quod ſi iſti dignitati deferũt honorẽ, ẽt ſi,in digniſſimi illa iſti eſſent, cur nos noſtris ſacerdotibus,prælatis, Pontificibus detrahemus, aut ſaltẽ dignitati,& ſi indigni illa ſint, docet de hac re magna Greg.in paſt.docuit Chryſoſt. lib.de ſacer. docuit Dauid cõpunctus ob abſciſſam Saul ueſtem. Manifeſtato iã vulnere diuinus medicus de curãdo illo agit,manifeſtata fidei imbecillitate, de reformãda illa,hoc optimi magiſtri munus eſt nõ effundere verba in aera,nõ ſolis ſeruire auribus,ſed agnita diſcipulorũ infirmitate ſedule & amice de curanda illa agere, & non de curanda illa qua non uexatur ut multi, qui cum cordis dolore uexetur infirmus de pedum tantum agũt illi curatione, cum capitis grauedine

*Potẽtia docẽtis.*

*Pontificibus et ſacerdotib. non detrahendum.*

*Greg. li. paſt. cur Chryſ.li. de ſacer.*

*Optimi magiſtri munus.*

uedine affligatur, manus curant, ne non curaſſe, aut reprehendiſſe dicantur, curant aut reprehendunt abſentes, & ſine medicamine præſentes dimittunt, ne ſint illis graues. O ſtulti & tardi corde ad credendũ. Expende quos notat defectus in illis laborant oĩno illis, vnde ſtultitiã in illis curans docet, tarditati fidei medicinã adhibens, vaticinatã oſtendit mortẽ, & mortis formã, ac modum, reſurrectionẽ, & reſurrectionis tẽpus. O egregiũ & diuinũ magiſtrum, o docẽdi artem mirabilẽ, & prorſus diuinã, o noſtræ tempeſtatis magiſtros, diſcite rogo ab omniſcio magiſtro quõ diſcipulos ueſtros ſitis inſtructuri, ſi inſtruendi illos cura uos tangit aliqua, uidete quibus egeant illi miniſtratione rogo illa ignaros docete, infirmos infide ſolidate, & quo illos defectu laborare noueritis modis omnib. ſuplete. Incepit a Moſe & prophetis, o quã appoſita fuere teſtimonia ſenſuq; legitimi, expo nebat legẽ & prophetas autor legis & prophetarũ, & quæ illis ſignificari ipſe uoluit illa explicat, hæc &c. his innumera ſimilia adduces & explicans morte turpiſſima cõdẽnemus cũ &c. Et cũ ſceleratis reputatus eſt &c. & ipſe peccata multorũ tulit &c. ipſe vulneratus eſt &c. & nunc hæc dicit Dñs, noli timere, quia redemi te, & ero mors tua, o mors, morſus tuus, o inferne. Adduxit & illud Ionnæ, certiſſimũ, id eſt, quia ab illo ante fuerat adductũ, ſicut fuit Ionas in uentre cęti, præoſtenſa in illis mors mea inquiens fuit orauit Moſes pro populo &c. in ſerpente ęneo, & in illo Exod. Erit aũt agnus abſq; macula agnus anniculus, in ſacrificio Abraham, modus ẽt mortis circundederunt me uituli multi, aperuerunt ſuper me os ſuũ, qm̃ circundederunt me canes, multi &c. ſap. 2. circunueniamus, ergo iuſtũ &c. Hiere. uero & ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad uictimã, mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra &c. facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſilua &c. & poſt hebdo-

*Gratiſſimus docendi modus.*

*Optimus legis interpres legis autor.*

*Sap. 16.*

*Eſa. 53. & 43.*

hebdomadas &c. Egregium eſt ab egregijs agnoſci cōſuetudinibus ſicut ignominioſum eſt a malis agno
*Egregiū* ſci, agnitus eſt Chriſtus in fractione panis. Ex mala
*ex bona* conſuetudine dijſquoque ſuis ſeruiebant iuxta cōſue
*conſuetu* tudinem & ſap. 146. conualeſcente iniqua conſuetudi
*dine a-* ne diſceſſit poſtquam quæ intendebat perfecit nullā
*gnoſci.* ab illis uel gratiarum actionem ſpectans quam ſolā
*Diuinæ* illorum inſtructionem procurabat, ut illius etiam di-
*colloqu-* ſceſſui magis illius deſiderio incenderentur, & quā il-
*tionis i-* lius ſermo haberet uirtutem & vim explicarent illi, &
*gnes.* ſe emendatos inſtructos & reformatos infide fateren
*Text.* tur, quod utinam nobis ex tantis & tam aſſiduis concionibus diuino beneficio contingat, ut intenta iſta
*Pſ. 118.* omnibus morum reformatio deriuetur, & qui nobis
*Prou. 30* erant defectus reparentur, non ne cor noſtrum ardēs
*Deu. 33.* erat &c. Suauiſſimo, blandiſſimo & cœleſti igne arde
*& 4.* re facit corda uerbum diuinum, ignitum eloquiū tuū vehementer, ſermo Dei ignitus, & in dextera eius ignea lex, Deus tuus ignis conſumens, & quemadmodum, ob ignis uirtutem & efficaciā, ignis & uiridia incendit ligna, & ferrum emollit, & petras mutat & his ſimilia multa facit, facit maiora diuinū uerbū, ſed tunc maxime quāta ſit illius uirtus manifeſtat cū non externa tantū incendit, ſed cor, cum enim illud ardet cuncta calefacit & eodem igni incēdit manus, pedes, caput, facitque omnia fieri non frigide, non tepide, non timide, ſed ardenter, manifeſtarunt id diſcipuli iſti qui ſurgentes eadem hora, uide ignis effectum regreſſi ſunt in Hieruſalem manifeſtarunt & Apoſtoli omnes, martyres, & quotquot Chriſto ex corde adhæſere, quòd utinam & nos ſermone & opere manifeſtemus, ut diuino conſpectu in cœlo potiamur.

## SALVTATIO.

*QVI tot tamque mirabilibus modis ſuis ſe poſt reſurrectionem manifeſtauit, ut reſuſcitatum uiderent, quem mortuum uiderant, ut in hac fide, & firmarentur, & inſtruerentur, dabit nobis gratiam ſuam ut illa inſtructi, ac illa agamus, interueniente Maria virgine.*

## THEMA.

Pax uobis ego ſum nolite timere.

VT Reſurrectionis fides, altas mitteret in Diſcipulis radices, & pronuntiatæ ab illo ueritatis certiores in omnibus fierēt, noſſentq; illius uerbum in æternum permanere, toties, tot modis apparet illis eadem & conſuetudinē & loquendi formā ſeruans, vt non tantum agnoſceretur ille ex aſpectu, ex cicatricibus, ſed ex ſermone, ex conuictu. Expēde nouerunt illum in fractione panis, expende & in ſermone pax uobis, hic enim ſalutandi fuit gratiſſimus modus hic uſus loquendi, hæc legis ſuæ ſumma. Aduerte, inter glorioſos illos titulos quibus promiſſus ille eſt, cum admirabilis dicitur conſiliarius princeps dicitur pacis, ſumens à re gratiſſima titulum, neque contentus ſermones eius eſſent pacis, & pacis ſuas cogitationes dixit, ego.n.ſcio, cogitationes quas cogito ſuper uos ait Dn̄s, cogitationes pacis & non afflictionis. Hinc ſalutandi modum quo nullus optabilior,

*Fides reſurrectionis aſſeritur.*

*Iſa. 9.*

*Hier. 29*

*Luca 10*

& ipſis domibus & familijs commodior obſeruare di-
*Phil. 4.* ſcipulos docuit, ut & in hoc cuius eſſent diſcipuli a-
gnoſceretur in quãcunq; domum intraueritis primũ
dicite pax huic domui hinc magiſtri hærens ueſtigijs
Apoſtolus, ita domum iſtud a ſuis expetens loquitur,
*Col. 3.* & pax Dei quæ exuperat omnẽ ſenſum cuſtodiat cor
da ueſtra & intelligentias ueſtras in Chriſto Ieſu &
pax Chriſti exultet in cordib. ueſtris in quã & uocati
eſtis in uno corpore, ſed oẽs has ſuauiſſimas dilectio-
nis & charitatis plenas dilectiones & ſalutationes ua
nitas mundi, miſit in exilium, quia mendax cum ille
ſit & uanus & inutilis, mendacibus uanis & inutilibus
gaudet, ut millies oſculari manus, quæcunq; humili-
tatẽ & pietatẽ ſapiunt reſpuit, ut felices dies, quietas
*Pacis cõ moda manife-ſtant ſi-milia.* noctes, inanes ſalutationes inanis amat, Eſt pax quod
ver anno, quod trãquillitas mari, quod ſerenitas diei,
eſt bonorum omniũ abundantia, eſt diſſidium qđ fe-
bris in corpore, quod diſſonantia in muſica, qđ in ma-
ri tempeſtas, quod in die turbines, & nubila, eſt inges
animi, eſt & quod omnia corporis & animi bona diſ-
*Odij ſi-milia.* ſipat. Hæc reſciens Chriſtus & pacificus uenit & pa-
cem loquitur, & in pacem uiuit & diſcedens pacẽ cõ
mendat & eadem facit reſurgens ſtetit in medio, ut
qui omnes amabat, ut omnibus magis eſſet cõſpicuus
& diſtinctius poſſet ab omnib. uideri ſimul & docens
*Text.* Apoſtolicã congregationẽ ſemper] illum in medio ha
bituram, & in medium eligit, quia optatiſſimũ & ap-
poſitiſſimum medium erat ad id quod intẽdebat ipſe,
intendebat enim uideri ex æquo, ab omnibus audi-
ri, & omnibus dicere poſſe, palpate, & uidete, ſemper
*In me-dio cur ſteterit Chriſtus* ille media appoſitiſſima (quia ipſa erat ſapientia) ad
fines quos intendebat eligebat, ut uini primum fie-
ret ab illo miraculum, eligit defectus in tam læto con
uiuio uini, ut panum ille faceret, ut diſcerent, illi lon-
ge in ſolitudinem, ut nota fieret omnium neceſſitas,
*Ioan. 2.* ut nos & illius ueſtigijs inſiſtẽtes propoſitis ſanctis in

noſtris

noſtris rebus finib. optata media eligamus, nam huc ſemper animi oculus eſt dirigendus, ſi magiſter, ſi concionator, ſi iudex, ſi princeps cōem curat vtilitatem. Sed uide quam eſſet feruor illius ingens, non in diſcipulos tantū, ſed in Orbes oēm diſcipulum diſcipulorū futurum, qñ ita ſedule, ſollicite ſeſe manifeſtat illis, quā eſſet illius deſideriū conſolandi & inſtruendi ſuos magnū, rurſum, & quam eſſet ingentis momēti reſurrectionis fides, alioqui qui ſumma ſapientia eſt, nō tot apparitionib. tot modis loquendi procuraſſet illam, omnia facit in numero, pondere, & menſura, quanto ergo aliquid magis curat, maioris illud momenti eſt, non ille ut nos eſt qui inuerſis ſtudijs, nō cu rāda maiori ſtudio curamus, & quæ curare debemus aut non curamus, aut frigide, Ego ſum, magiſter ueſter, pater dñs, qui corporū & animorū nubila uenio diſcuſſurus, ego ſum qui ſicut uos morte mea dolore affeci, & uos illa eſtis conturbati, reſurrectione mea uos uenio conſolaturus, & ablaturus oēm cōturbationem, ego ſum fidelis in omnib. uerbis meis & ſanctus in omnib. operib. qui dicta cōpleo & opere perficio. Ego ſum qui uobiſcum ero omni tēpore, inſtruens, docens, animans, confortans, ducens, cooperans, ego ſum cuius doctrinā audiſtis, cuius mores cōſpexiſtis, cuius miracula eſtis admirati, qui mortem meā uobis prædixi & reſurrectionē, ego ſum uox hominis nouiſſimi, aut dñi domus qui nomē ſubticet, quia alioq maxime eſt notus, ego ſum, cuius hoc potiſſimū eſt nomen, reliqui autem non ſunt, quia tranſierunt, aut non ſunt, quia non permanent, ego ſum qui nō tranſeo & ſemper permaneo, ego ſum nolite timere, ſol. n. cum apparet non incutit timorem, ſed tollit ſplēdore, quo fugat ille timidas tenebras. Ego ſum nolite timere conſpectus meus non timorem, ſed amorem, nō dolorem, ſed gaudium, non pœnam, ſed lætitiā, afferre debet uobis, lupi enim horrēdus aſpectus timidas red-

*Sap. 11.*

*Ego sū.*

*Pſ. 144.*

*Exod. 3.*

*Similia.*

*Expēde ſimilia.*

dit, oues inſidiantis hoſtis præſentia metum incutit, latronis inſpectata præſentia metu afficit hæc omnia facit in meos ſathã, ego ſum uobis ouib. meis paſtor illis amiciſſimus, magna largiturus illis, ego ſum nolite timere, ſed affici iubilo, ut Ioſeph affectus fuit deſiderato patris cõſpectu cũ præfectus eſſet ille Ægypto, ut oues Dauid, qui ita illis cõſulebat cõſpecto illo, ut riſo Moſe & Ioſue populus Iſraeliticus cui prę fuere ambo. vide ut cogitationes agnoſcat, ut excitatam illam reconditam tempeſtatẽ ſibi cognitã blãde ſedet, & quam ſit illi proprium uexantem metũ tollere, timuerunt ad inſpectatum conſpectũ Angelorum paſtores & Angelus ait nolite timere Euãgelizo &c. Ioſeph dictum, noli timere accipere, quin & illo confortari, ita animoſe loquuntur, non timebo millia populi &c. non timebo mala; quia &c. Dominus illuminatio mea & ſalus mea quem timebo? Et expende quod ſi ſuis ſpiritus eſſe uidebatur quos inſtruxerat, & quibus toties ſuam reſurrectionem prædixerat, cum eſſent illi teſtes præordinati à Deo quid alijs uideretur quorum animos corruperant odium & inuidia peſtes perditiſſimæ, digniſſime igitur & ſapientiſſime, ut omnia factum fuit, ut teſtibus tantũ præ ordinatis à Deo ſeſe manifeſtauerit.

*Gen. 46.* *1. Re. 16* *Exod. 5.* *Exo. 17.* *Luc. 2.* *Pſal. 3.* *Pſal. 22.* *Pſal. 45.*

Sed uide quanta promptitudine ſuis quocunq; animi affectu præpoſtero affectis ſuccurrat. Cum timore uidet illos turbatos ait, nolite timere, & cogitationi ſe ſpiritum uidere palpate & uidete, neque animo concipi poſſunt, aptiora media ad componẽdos uarios illos affectus ad tollendum metum, ego ſum, blandæ, ſuaues, dulces, & paternæ uoces, non tantum metum tollentes, ſed ſuffundentes gaudio, ad cogitationes quod ſpiritus eſſet, quid appoſitus quam media ſpiritus contraria & corpus eſſe manifeſte teſtantia palpate & uidete, quia ſpiritus.

*Optatiſſime Chriſtus ſuos curat.*

Et vnum quod deeſſe uidebatur apertius manifeſtat, uidebatur.n.deeſſe iã q̃ ſpiritus non eſſet, cum palpare & uideri poſſet, quod non põt ſpiritus, iã qđ cõſtaret eſſe corpus, q̃a carnẽ haberet & oſſa, an idẽ eſſet corpus qđ fuerat paſſum, id qđ ſummi erat momẽti manifeſtauit, eũ dixit uidete manus meas & pedes meos, nullũ.n. apertius teſtimoniũ q̃ quod cõtrectatur manibus & uidetur oculis, neq; certius põt q̃s de rebus quibus ambigit certior fieri q̃ cũ nõ alienis credit ille oculis, non alienis manibus & cõtrectationibus, ſed proprijs oculis & proprijs manibus, decipi fortaſſe poſſent ſi tantũ manibus contrectaſſent, ut Iſaach in Iacob benedictione, quia caligauerat ille oculis, ſed oculis aſpiciẽtibus & manibus cõtrectantibus nulla põt fieri deceptio, neq; à teſtibus aliud aut exigi unquã, aut exigi põt. Vnde fidiſſimi teſtes auriculati & oculati ſunt. Fuere aũt ſupmi teſtes iſti, oculati, videte manus meas, auriculati, ego ſum, & rẽ ipſam manib⁹ cõtrectãtes, palpate & ut firmiora & manifeſtiora eſſent cõſtaretq; myſteriũ luce clarius cometio. Dixit aũt magna & eximia, illa cũ dixit uidete manus meas & pedes, ac ſi diceret, videte vulnerũ cicatrices que fuere ueſtrorũ ſanitas vulnerũ, uidete perforatas manus ut ſoluti pro veſtra libertate pacti non ſolũ magnitudinẽ ſed exceſſum cõſideretis non .n. ſolutũ illud fuit plicata manu, nõ extenſa quod magnæ liberalitatis & clementiæ ſignũ eſt, manus ſuas aperuit inopi, ſed perforatis manibus quod eſt ingentis liberalitatis, & excelſæ & effuſę cuiuſdã clemẽtiæ ſignũ, uidete ex certamine in quo vobis gloriã paraui quibus ictus diſceſſi vulneribus. Videte ueſtrę libertatis tanti parte regia pẽdentiã ſigna & ſanguine factã ſubſcriptionẽ, ne quis illã ualeat in perpetuũ uiolare, ſed ut in perpetuum in cęlis & in terra uobis illa ſeruetur, in prędîtores uos ueſtri fueritis, uidete ſalutates fontes quorũ liquore, non ſitis ſanctorũ oĩum, ſatia-

*Teſtimonium certiſſimum*

*Teſtes fidiſſimi & certiſſimi.*

*Vulnera myſteria*

*Expende omnia.*

ſatiata eſt, ſed ſanati eſtis & mūdati oēs, uidete aſyla, ad quæ uobis delinquētibus ſemper futurū eſt confugiū, uidete foramina petrę in quibus nidificāt qui animis ſunt colūbinis, uidete ęternæ memoriæ anulos, ne ueſtri poſſim vnquā obliuiſci, ſed cur vulnerū cicatrices uoluerit obſeruare quęramus? multis ommiſſis ob id factū uidet, vulnera.n.q̄ aut nos recepiſſe pęnitet, aut inuiti recepimus, & cū dedecore, balſamo quęſito alijſq; medicaminibus, abolere ita curamus, ut nullū illorum ueſtigium, nulla cicatrix maneat, ſed ſi quæ in magni alicuius laudabilis, benemeriti, & glorioſi honoris recepimus manifeſtationē & ingētis decoris fuere quia illis ſpectatis in memoriā redeunt illa oīa & illius qui receperat illa & illorū pro quibus recepit, & parte illis gloriæ & quantū illi debeant & quātopere teneātur pro quibus illa accepit ſeruātur, ac ita Chriſtus ſummæ ſapientię cui placet ita peccatorum uulnera delere ut nulla illorū maneat cicatrix uulnerū, quorū uirtute ſanauit & ſanat illa cicatrices ſeruare uoluit, & æſtus, & frigoris labore, quæ bono animo, & amico nimis fuerat Rachel amore paſſus Iacob, uelut inuſtus nota fuerat, decolorauerant illa. illū, at gaudēt ille denigratione illa, q̄a & curæ q̄ habuerat gregis, & amoris in Rachelē pro qua tāta paſſus, præbebāt indiciū, ſed utinā quemadmodū illorū memor fuit illa & grata in Iacob, & nos in Chriſtū tanto grauiora noſtro amore paſſum qui Heliæ indigni ſumus nomine, eſſemus, illa.n.& ſolum natiuum & paternā domū reliquit & idola patri abſtulit & Iacob amore cunctis prępoſito cū illo fugit, neq; his coutēta liberalitas ſumma quæ & amoris & reſurrectionis euidētia ſigna erat interrogat illos, habetis aliquid quod māducetur? Adhuc illis incredentibus & mirantibus pre gaudio, uide quomodo gaudium, & miratio quæ ſupra modum deſiderantur credere difficile permittāt deſiderat Sarra. Abraham Patriar-

*Cur ſeruata cicatrices uulnerū.*

*Expende ratione.*

*Gene.31*

*Text.*

*Benignitas Chriſti i ſuos*

chæ coniux prolem, magnũ illius deſideriũ facit rẽ illi uix credibilẽ; vñ ait, riſum mihi fecit Dñs, optabat illã maxime Zacharias, hoc uno ille deſiderio flagrabat & prę magnitudine gaudij & deſiderij uix habet Angelicis dictis fidem.

Diuinæ reſurrectionis deſideriũ uigebat in Apoſtolis mirantur illã & uix credunt illã præ gaudio, cuius magnitudo in hoc maxime explicatur q̃ ut manifeſtiori adhuc ſigno cõfirmet rogauit ut diximus habetis aliquid qđ manducetur, qui mortali uiuẽs in corpore ita eoſdẽ diſcipulos eſt alloquutus, ego aliũ cibũ habeo mãducare quẽ uos neſcitis, meus.n.cibus eſt ut faciã uoluntatẽ patris mei, procul dubio ideo nũc iſta dicit, ut illũ eundẽ cibũ manducet in pectoribus Apoſtolorũ reſurrectionis fidẽ confirmãdo, ſemper iſta & his ſimilia eſuriẽs, & ſitiens, ſit ne hæc nr̃a hodie eſuries, & ſitis cõfirmandi in fide debiles, aut animos addẽdi incõſtantibus, ut dignã fidei præſtãtia uitã agãt nos uiderimus, Vt ſe in illos eodẽ eſſe amore, eadẽ familiaritate prę̃ditũ, neq; cũ uitę mutatione aut amorẽ, aut curã in illos mutaſſe ſed ideo uixiſſe & fuiſſe mortuũ vt illis bñfaceret, & ad id ipſum ſurrexiſſe; vñ quemadmodũ uiuẽs inter illos & una cũ illis manducabat ita nunc eadẽ uelle, piſcatores piſcẽ offerunt, libẽtiſſime offerentes qđ hẽt, neq; a quoquã plus un quã exigit ille, gaudet.n. Chriſtus ut in quaq; domo illi ſint cibi quos illorũ ſuppeditare põt ars, aut facultas ut nõ uentri ſeruire, ſed illi⁹ neceſſitati ſubuenire uideatur, uñ cũ ex Apoſtolis plures piſcatores fuiſſent habere illos piſcẽ gaudet, & ut apponatur illi ad ueſcendũ, & nũc nõ ita fit inuenias ſæpe in artificis domo quæ olim fortaſſe nõ reperiſſes in regia, ita ubiq; & ab oĩbus indulgetur corpori, ita ſeruitur uẽtri. Paulus magnus Chriſtianæ religionis magiſter, & uitę reformator, nõ uult ita quidẽ carnẽ negligi, ut negẽtur illi q̃ ſunt neceſſaria, nõ tñ uult ut ita ſeruiatur illi ut

*Luc. 1.*

*Ioan. 4.*

*Expende*

*Piſcatores piſcẽ offerunt.*

*Niminia cura corporis*

dentur

dētur illi ſuperflua,curā inqt carnis ne feceritis in de-
ſiderijs,uñ magna colligit magnus Gregorius tu illa
Rom.13 uide, Mel illi offerunt dulciori melle uolūtate,hoc.n.
Videro- mō quę offeruntur illi ēt ſi mel illa nō ſint,mel oīno
go Greg. ſunt,grata, ſuauia & dulcia illi quaſi oblata careant
lib.m.9. ēt ſi alioqui iucūda ſint,& pretioſa reſpuūtur,quo mi
cap.51. hi multitudinē uictimarū ueſtrarū incēſum abhomi
natio eſt mihi,ex ſe quidē ieiuniū mel eſt,eſt & ora-
tio,eſt ēt & elemoſyna,ſed ſine uita mellea & uolun
tate ſuo illa dedignatur aſpectu & guſtu,cū uitæ aūt
Eſai.11. & ſuauitate uolūtatis,& dulcedine,mel ſunt quæ poſ
ſent alioqui uideri inſipida,ut pauperculæ oblatio ui
duæ. tandē petenti Deo offer qđ habes,hoc ille con
Luc.21. tentus erit,etiā ſi nō piſcis integer ſed pars ſit, Vides
q̄ ſint ſemper tēperata quæ apud Apoſtolos reperiū
tur & qūo repeziuntur piſces.Vide diuerſa ſtudia,bo
norū & malorū erga corpora,boni ut ſeruiāt illa ani
mis paſcūt illa paucis cibis & cōmunibus,mali cogūt
animos ſeruire illis & paſcūt pretioſis & delicatis, ſe
Galat.6. minantes iſti in carne metunt corruptionē, ſeminan
2.Cor.9. tes illi in ſpiritu metunt uitam æternam,quam mihi
& uobis donare dignetur pietas,Ieſus Amen.

**Sunt omnia ſummiſſa ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, iudicio.**

**FINIS.**